

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

#### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + Refrain from automated querying Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.


#### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/









LI. Fo

## MONUMENTA GRAECA

EX MUSEO

EQUITIS AC SENATORIS

## IACOBI NANII VENETI

ILLUSTRATA

A D. CLEM. BIAGI CREMONENSI

MONACHO BENEDICTINO CAMALDULENSI

SAG. THEOLOGIAE ET SAC. CANONUM LECTORE EMERITO

IN COLLEGIO ÜRB. PROPAGANDAE FIDEI S. TH. PROFESSORE

ACADEMIAE CORTONEN. ETRUSCORUM ET VELITERNEN. VOLSCORUM SOCIO



ROMAE
APUD ANTONIUM FULGONI.
ANNO CIDIOCCLXXXV

Praesidum permissu .



# IACOBO NANIO

## PATRITIO VENETO

EQUITI AC SENATORI AMPLISSIMO

EQUITI AC SENATORI AMPLISSIMO

EQUITI AC SENATORI AMPLISSIMO

EQUITI AC SENATORI AMPLISSIMO

CLEM. BIAGI MONACH. CAMALD.



UA funt, Eques ac Senator amplissime, Graeca haec monumenta, quae in lucem nunc prodeunt; Tibi ergo debetur

mea, quaecumque illa sit, eorumdem interpretatio. Tibi vero permagna in primis & referenda & habenda est gratia, quod quum antea locupletissimi tui ac rarissimi. Musei antiqua monumenta illustraverint, qui in litte
a 2 raria

raria republica maximam nominis gloriam funt adepti, FABRETTUS nempe, Muratorius, Corsinius, Zacha-RIAS, PASSERIUS, PACIAUDIUS, aliique plures, volueris deinde, ut alia, quae eidem Museo, Te auctore, accesserunt, ego interpretarer, qui fere vix primis labiis venerandae antiquitatis studia degustaverim, ac vix aliquas in eruditorum rempublicam differtatiunculas contulerim. Itaque, si ineruditum, atque inconcinnum opus Tibi nunc exhibeo, Tua, si mihi liceat ita effari, culpa est, qui doctum non elegeris virum, cui cura demandaretur, egregia haec monumenta in praeclaram lucem revocandi. Verumtamen antiquitatis amatores optimos Tibi magnopere devincies, quibus ex Tua liberalitate concessum est, ut tam illustria Graecorum monumenta ex Tuo ditissimo Museo producta oculis animoque contemplari, atque ea, quae in iisdem. abundant ad agnitionem pulcherrina possint percipere. Quare Tibi quam maxime gratulor, Senator amplis-SIME, qui Maiorum tuorum, praesertim vero germani Fratris tui Bernardi gloriosa sequutus vestigia, èumque potissimum, quem erga optimarum artium, ac litterarum studia foves animum, non modo sancte servaveris, quod raro solet contingere, ab iis iam colleEta.

lecta vetera monumenta; sed ipse etiam plurimum ea. auxeris, atque in dies quoque egregiis praecipue Graecorum monumentis semper adaugeas. Sic agendum. tibi vehementer suades, Senator doctissime, qui quamvis fueris in gravissimis atque difficillimis saptentissimae reipublicae muneribus semper cum summo honore versatus atque detentus; attamen hoc etiam ad commune litterarum, ac totius societatis bonum maxime conferre existimasti, vetera scilicet monumenta, quae nisi quis eadem conquirendi studium commonstret, miserrime plerunque maximo cum scientiarum detrinento dispereunt, ab edacissimi temporis invidia, ab indoctorum hominum iniuriis, atque fatalibus scalpris fummo studio, summaque impensa redimeres. Atque. ita profecto lectissimum Museum antiqui operis; omnisque generis monumentis innumeris ac praestantissimis locupletasti; ut illud iam inter celebriora totius Europae cinelia enumerare eruditorum nemo umquam dubitaverit. Nec dispar erit iudicium de Tua Bibliotheca, cuius rarissimi codices ms. nuper sunt editi. Quisque vero mirabitur sane quamplurimum, tuumque magnopere suspiciet ingenium, quod ea quae alii, quibus summum est otium, summaque vitae tranquillitas, difficile adino-

modum consequi possunt, Tu haud aegre perfeceris inter tot tamque ardua reipublicae munera. Neque enim. ignoro, Te amplissimae Venetae classi Praefectum, & extraordinarium in Barbariam Legatum, tum Corcyrae ac Patavii Praetorem, tum vero & Senatorem, ac Xvirum a fanctioribus reipub. confiliis atque negotiis fuisse a viris sapientissimis praeclarissimae reipub. moderatoribus communi omnium suffragio, precibusque fervidissimis electum. Noverant enim Te & excelso. ingenio praeditum, & in rerum agendarum procuratione peritissimum, tum vero etiam nil magis Tibi cordi esse intellexerant, quam aeternae aequitatis leges san-Etissimas. Tu vero omnia haec aliaque plura reipublica e munia ita es persequutus, ut sapientissimorum Magistratuum iudicium, uno verbo dicam, de Te iam praeconceptum firmatumque omnino rectius comprobare non. potueris. Ita Senator amplissime communi civilis reipublicae bono maximopere studuisti, ut gravissimam ornatissimamque laudationem Tibi cumulatissime comparaveris. Ex quo sane illud consequi clarissime cernimus, nobilissimum tuum Naniorum genus, quum transactis aetatibus, quas heic recensere non est necesse, tum etiam nostris hisce temporibus, quibus perillustria eiusdem. Tui

Tui generis facinora in omnium oculis habitant, civilis ecclesiasticaeque reipublicae, & utilissimum & praegloriosissimum existimari. Heic enim temperare me nullo modo possum, quin lubentissimus commemorem germanum fratrem tuum Ioannem magnae Brixianae dioe cesis Antistitem optimum. Quis namque in eo mirifice non laudaverit antiquos probatissimosque mores, mitiorem politioremque humanitatem, doctrinam Episcopo dignissimam, atque in administrandis ecclesiasticis negotiis prudentiam prope singularem. Hinc sane est, quod gloriari εν πυρίφ possit, obtinere se dioecesim do-Etissimis integerrimisque ecclesiasticis viris nec non. egregiis civibus refertam atque illustratam; qui omnes excellentem pastorem suum, ecclesiastici sui gregis amantissimum magnopere diligunt, colunt, ac venerantur. Nimirum semina illa praeclara virtutum, quae Tuo Naniorum generi, tamquam agro fertilissimo ab optimis Maioribus Tuis mandata fuere, in concipientem comprehendentemque naturam ingenio ac virtutibus excultam inciderunt adeo, ut fructus in utramque, civilem scilicet, ecclesiasticamque societatem uberrimos facillime contulerint. Itaque doleo vehementer, quod extollendis Tuis laudibus imparem me omnino persentiam.

tiam. Ast me non latet, ea quae & leviter, & incompte attigi, eius esse generis, ut in doctorum ac peritiorum hominum oculos incurrant, qui noverint maximum tuarum, Senator amplissime, virtutum pondus experiri, ac probe comprehendere. Novi etiam pauca haec, Te prorsus invito ac renitente, ad Tuam laudem pronuntiata esse; ast incompertum mihi non erat Eques ac Senator Amplissime, Te & aliis virtutibus eximiis, & moderatione pariter ac modestia maxime exornatum. Neque tamen ea silentio praetereunda erant; quinimo aptiorem certe flagitabant scriptorem, qui non adumbratam, sed omnino eminentem Tuae virtutis imaginem. ante omnium oculos poneret. Est namque hominum societati utilissimum, optima proferre exempla eorum, qui praeclarissimam generis nobilitatem cum iis coniunxere anuni dotibus, quae communi ipsius societátis bono quammaxime prospiciunt. Itaque, quod reliquum est, oro Te etiam atque etiam, ut aequo feras animo, quod Tibi consecro, qualecumque opus; atque ut mihi veniam largifsime pro Tua humanitate impertiaris . Vale .

Romae ex monasterio ss. Andreae & Gregorii ad clivum scauri, Id. Ianuarii an. s. cloloccexxxv.

PRAE-

## PRAELOQUIUM.

`s. I.

Ntequam veterum celeberrimi ac locupletissimi Musei Nanil monumentorum illustrationem aggrediamur, quaedam, necessario praemonenda a nobis sunt, quorum alia ad 'Αρχαιολόγες generatim

spectant, alia vero ad hoc ipsum qualecumque opus a nobis conscriptum pertinent. Pauca omnino quoad utramque partem disserere in animo est; ne quod plerique solent, Praefationum mole deterriti, Praeloquium hoc prorfus intactum relinquant, & ne auctorem operis, ut saepe contingit, de iis facile accusent, de quibus reprehendendus minime est. Quare, ut Praeloquii brevitatem servare omnino possim, lubens abstineo ab explicandis iis monumentis, quorum plura in promptu mihi essent, quae ad operis ornatum, tamquam παρεργα huc illuc collocari, atque in ipso Praeloquio veluti per saturam explanari a quibusdam éruditis solent. Atque hace quidem sit per me licet, ut pluribus est, elegans quaedam dicendi ratio & consuetudo; mihi vero aliisque remhanc experimento discentibus nimis videtur molesta; oportet enim librum omnem saepissime, nullo servato ordine, susdeque pervolutare, ut plurima, quae identidem paucis illustrantur verbis, monumenta in eo conquiras. Sed, quae a nobis proposita sunt, iam persequamur.

§. 11.

Itaque multa in primis funt, de quibus & 'Aexaiολόγες & Agxαιολογίας studium docti indoctique redarguunt. Eruditissimus autem doctissimusque Pa-CIAUDIUS in sua Praefatione in Peloponnessa eiusdem nobilissimi Musei Navil monumenta (quae quidem elegantissime illustrata sunt ) iam plura congessit ad venerandae antiquitatis, eiusque sectatorun. defensionem; quae certe video esse tanto viro dignissima. Iis ergo nos pauca omni no adiiciemus. At de indoctis quidem Aρχαιολογίας vituperatoribus sollicitos nos esse minime oportet; iudicant enim facillime de iis, quae prorsus ignorant. Ex doctis vero, si qui studia haec antiquitatis absolute improbent, quod illos eadem minime delectent; iam eos inter indoctos esse recensendos quis non videat? Hi tamen, quoniam eruditi haberi volunt, animadvertant velim, reprehendi non posse studia 'Aρχαιολογίας, nisi etiam historiae, quam ad vitae huius rationes necessariam prorsus agnoscere debent, firmiora parvipendant fundamenta, ac plurima quoque eiusdem historiae capita, quae ex veteribus tantum monumentis suppeditata nobis sunt.

S. 111.

At inter doctos viros non desunt sane aequi rerum aestimatores, qui non ipsum quidem antiquitatis tis studium contemnant; sed multos potius, qui eiusdem cultores videri magnopere exoptant. At sicuti nullum est optimarum artium genus, quod sit iure improbandum; ita e contra nullum ex iisdem esse potest, quod ab aliquibus imperitis hominibus nonpertractetur. Cuius quidem rei argumenta non est cur afferam, quum experientia ipsa id adeo clare demonstret, ut nil magis sit omnibus perspicuum. Sed si quid ego sentio, gloriari equidem inter doctos omnes iure possunt 'Αρχαιολόγοι', quod quum in aliis optimis studiis tot imperiti homines in lucem libros plurimos ediderint, in hoc tamen 'Αρχαιολογίας, instituta etiam qualibet proportione, pauci admodum huius generis enumerari possint. Neque vero id ex eo petendum quis putet, quod scientia haec & per se facillimos habeat aditus, & nullis obstruatur difficultatibus; nam de eius pondere idem prorsus ferendum est iudicium, ac de historiae praestantia; ac praeterea ad illam recte pertractandam tot alia oportet adesse studiorum praesidia, quibus historici carere solent. Atque haec quidem de studio 'Αρχαιολογίας eiusque sectatoribus dicta sufficiant.

## S. IIII.

Nunc vero de hoc ipso opere plura quidem dicam, sed paucis omnia complectar verbis, atque sententiis. In primis autem lectorem φιλλέληνον moneo, vetera haec, quae adnotationibus, commentariis, ac dissertationibus illustrata monumenta propono,

uno aut altero excepto inedita mihi videri. Quae ego noverim ab aliis iam edita, suo loco dicam. Constabit autem, ea iterum a nobis allata fuisse, quod vel ab aliis non fatis diligenter exscripta, vel partim tantummodo explicata fuerint; vel denique quod huc tamquam in propriam sedem debuerint transferri. Quamvis vero satis diligentiae industriaeque posuerim in conquirendo, an monumenta haec aliquando lucem adspexerint; attamen is ego non sum, qui singula ex iis velim ut inedita certissime. proferre; sieri enim potest in primis, ut memoria decipiar, vel ut aliquod ex iisdem delitescat in aliquo opere, de quo nulla sit suspicio, quin contineri in eo possit. Quare ut avensora censere non posfum ea monumenta, quae apud Gruterum, Reinesium, Fabrettum, ceterosque illustriores tantummodo ἐπιγραφῶν veterum collectores non reperiuntur; ut ad effugiendum fere quemcumque molestae inquisitionis laborem pronuntiavit eruditissimus quidam auctor, sui operis 'Αρχαιολογικέ initio. Quod certe nec ipsi persuasum quidem erat, nec aliis vel leviter in his eruditis suadere umquam poterat.

§. v.

Iam vero monumenta haec, quae ex nobilissimo Museo Nanio in lucem nunc a nobis proferuntur, omnia ferme, novi aliquid certe continent, quod Αρχαιολόγοις omnibus pergratum esse debet. Si namque, ut aiebat Plinius senior (1) est natura hominum.

novitatis avida, iunior (2) autem, aures hominum. novitate laetantur; in hisce profecto ἐπιγεαφαῖς plura funt ad veterem Graecorum linguam, ritus, mores, geographiam atque historiam pertinentia, quae antea omnino fuerant doctis viris incomperta; quaeque propterea & novam afferunt eruditioni lucem, atque vel antiquorum recentiorumque scriptorum. errata demonstrant, vel doctiorum coniecturas atque opiniones magnopere ac perspicue ita confirmant, ut nunc pro certis haberi debeant sententiis, atque doctrinis. Quamobrem maxime referendac. funt gratiae Senatori amplissimo Iacobo Nanio, qui tanto studio omnia cuiuscumque generis pretiosa. monumenta avidissime inquirat, tantoque sumptu in suum ditissimum lectissimumque Museum litterariae reipublicae bono quotidie acquisita collocet.

§. vI.

Praeter monumenta integra vel fere integra attulimus etiam ex eodem Museo Nanio, aliqua veterum ἐπιγραφῶν fragmenta. Qua in re non modo exemplum imitati fumus clarissimorum virorum; verum etiam ea praesertim ratione permoti id secimus, quod sieri equidem possit, ut sors aliquando e terrae visceribus, vel aliunde alteras eruditis reddat eorumdem fragmentorum partes; quae simul compositae ea exhibeant monumenta, quae ad veterem historiam plurimum illustrandam sint vel maxime opportuna, vel prorsus etiam necessaria. Huiusce rei exem-

exemplum, ut arbitror, suppeditant duo marmorea Graecae Didascaliae fragmenta, quae cl. Aloysius Odericus (3) edidit eruditissime explicata, quorum alterum Romae in Maffeiorum aedibus repertum, primo sibi acquisivit doctissimus ac eruditissimus Caietanus Marinius Archivis Vaticanis praesectus, ac deinde in celeberrimum Cardinalis ALEXANDRI ALBA-NI Museum transfulit; alterum vero Romae pariter in nostrum Gregoriani monasterii ad Clivum Scauri Museolum ex quadam extra urbem vinea adsportatum iam fuerat. Ad unum vero idemque monumentum pertinere duo haec fragmenta recte iudicavit laudatus Odericus ex eadem marmoris specie, eademque pulcherrima characterum forma & magnitudine, quae in utroque sunt perspicua. Franciscus Sandrius ex nostris Camaldulensibus Gregorianum fragmentum de Athletis fuerat interpretatus, quum nil plane de altero subspicari posset; at ex utriusque fragmenti connexione Odericus putavit rectius, ad comoedos monumentum pertinere. Hoc porro contingere posse, ut unius eiusdemque veteris monumenti fragmenta identidem in lucem appareant, novere etiam, qui 'Αεχαιολόγων deceptores esse maximopere student; ut ex quadam historiola, quam primo in Veronensi Museo, tum in Arte Critica Lapidaria (4) narravit Maffeius, non sine voluptate dignoscere quisque poterit.

S. vII.

Nani monumentorum illustrationibus, illud potissimum cordi fuit, certa ab incertis diligenter secernere. Maximum enim in quibusque scientiis excolendis vitium est, quae dubitationi adhuc sunt obnoxia, pro indubiis certisque venditare. Atque hoc quidem ex eo praesertim proficiscitur, quod nimium in coniecturis pondus inesse arbitrentur; quae dum rem aliquam verosimilem reddunt, eam veluti iam ad veritatis certitudinisque fastigium pervenisse sibi aliisque facile suadere se posse existimant. Siquidem, ut aiebat Menander apud Stobaeum (5)

Τὸ πιθανὸν ἰσχυν τῆς ἀληθείας έχει

Ένιοτε μεζω, και πιθανοτέραν όχλω.

Verosimile vim habet veritate

Quandoque maiorem, & qua facilius multitudo perfuadetur.

Optandum equidem magnopere esset, ut monumenta omnia, quae primo intuitu obscuritatem quamdam praeseserunt, eas haberent proprietates, quas in Burghesiana statua, aliquantulum corrupta, olim deprehendi; quibus rite perspectis potui more, quoad licet in rebus historicis, geometrico determinare eius subiectum, nempe solem; quod proposito theoremate perfeci, problemate autem definii rationes, quibus eadem persicienda erat. At in huiusmodi monumentis, sive in antiquis ἐπιγραφαῖς plura equidem funt,

funt, de quibus ex veteri historia certo nobis constat; plura vero, quae adhuc non satis explorata esse possunt. Itaque ea, quae certis innituntur principiis, ut certa proposui; alia vero coniecturis tantum, ut poteram illustravi. Etenim experientia saltem duce novimus falsum esse, quod generatim docuit Philemon apud eumdem Stobaeum (6):

παντ' ές ιν έξευρεν, εάν μη τον πόνον Φεύγη τις, ός πρόσες ι τοις ζητεμένοις. Omnia licet invenire, nisi quis laborem Fugerit, qui adhaeret rebus quaerendis.

Haud raro etiam in eo pedem fixi, ut demonstrarem rem aliquam eius esse generis, ut nil certi de eadem definiri posset. Quod sane utilitatem non mediocrem assere quisque dignoscit; praecavetur enimpericulum illud, ne incerta pro certis habeantur; quod quidem obtineri prosecto nequit, nisi eruditionem, quae certis glorietur principiis, plurimum consectemur:

## §. vIII.

Illud etiam praemonendum esse arbitror, me in consutandis quandoque eruditorum virorum sententiis, quamdam non quaesiisse gloriolam, quae ex hac consutatione oriri posset. Veritatis enim dumtaxat inquirendae consectandaeque studio in hisce monumentis explicandis sum permotus. Neque sane me latet, quemlibet essi inter eruditos praestantissimum, hominem tamen esse, cui aliquid humani

con-

contingere posse mirum non est; cui propterea nil de gloria, quam inter doctos iure assequutus iam est, ex aliquo errore detractum esse potest. Quare eos, quos refello doctissimos viros, ut urbanitatis leges stagitant, sum alloquutus; eos enim colo magnopere, eorumque eruditionem maxime suspicio. Si initis constutandis a recta rationis via non aberravi, id praestitum a me est, quod in primis debueram, si vero & ipse tum in consutatione aliorum, tum inqualibet re alia veritatis normam non sum satis recte consequutus; ut mihi benigne ignoscas, vehementer postulo. Vereor enim, ne & ego in pluribus erraverim. Namque ut scripsit Menander apud laudatum auctorem (7):

Τὰ προσπέσοντα προσδοκᾶν ἄπαντα δᾶ "Ανθρωπον ὄντα.

Quae contingunt, expectare omnia oportet

Eum, qui homo est.

Quare, si expectarem tantummodo huiusce libelli felieem exitum, timerem sane, ne quis me cum Menandro ipso apud eumdem Stobaeum (8) ita reprehenderet:

Ο βέλεται γαρ μόνον όρων και πεοσδοκών,
Αλόγισος εςι της αλιθέας κείτης,
Qui id tantum videt & expectat, quod cupits in Ineptus est veritatis index.

S. viil.

Quod vero spectat ad commentaria, disserta, tiones, atque adnotationes, quibus monumenta, c haec

#### IIIVX

haec illustrata funt, illud maxime prae oculis habui, ut modum in ipsa eruditione servarem. Nam, ut ex communi omnium sententia aiebat Phocylides (9).

Πάντων μέτρον άξισον, ύπερβασίη δ έλλεανή.

Omnium modus optimus, excessus vero vitan-

dus est.

Quamvis enim ingenue fatear, me parum omnino in veterum historia, moribus, ritibusque versatum; attamen novi etiam, quod qui in ceteris quadam. eruditionis egestate laborat, in aliquo sane nimis locuples & abundans forte esse valeat. Itaque quamvis longiores videantur commentarii & dissertationes in quaedam ex his monumentis exaratae; attamen moderate admodum ea attigi, quae mihi visa sunt ad eorum explanationem necessaria. Neque enim, ut eruditioni parcerem, erat labori ac diligentiae parcendum in adnotandis iis, quae animadversione digna mihi videbantur. Qua quidem faltem in re spero me id assequutum, quod ab 'Αρχαιολόγω antiqua. monumenta illustrante flagitari potest. Quamobrem etsi multus aliquando videar; numquam tamen eam eruditionis segetem contuli, quae corumdem. monumentorum explicationi vel necessaria, vel plurimum non esset opportuna. Illud enim quam maxime praecavendum duximus, ne eruditionis copia a suscepto itinere, ut assolet, nos facile abriperet. Ex quo saepe consequens est, vel festinantem lectorem non fatis percipere nec rerum connexionem, nec ipsas

ipsas monumentorum interpretationes; vel etiam. diligentioris παλαιοφίλε mentem tanta rerum idearumque varietate in alia atque alia distrahi, ac eorum pondere veluti opprimi, ut nonnisi maxima adhibita diligentia, quae mentem nimis fatigat, multoque sumptu temporis, quo eruditis nil pretiosius est, auctoris sensa comprehendere possit. Quod quidem forte contingit iis, qui scripta legerit recentioris cuiusdam ac doctissimi scriptoris, qui dum vitare studet reprehensionem illam, qua arguuntur 'Αρχαιολόγοι fuas commentationes nullo propemodum nexu devincientes, ipse conatus est plura simul monumenta illustrare, dum unum aliquod susceperat explanandum; quum autem in iis quidem aliquid sit cum monumento primo commune, alia vero, quae cum illo minime conveniunt, ipse vero velit omnia simul partim in textu, partim aliquando etiam in adnotationibus explicare; hinc sit nenessario, ut lectorum mens in alia atque alia veluti discerpta, ac rerum multitudine nimis defatigata. earumdem nexum nonnisi improbo labore retineat.

6. x.

Demum perspicuitas in dicendo praecipuum esse debet orationis ornamentum, quod lectores ipsos alliciat, ac veluti ad legendum suaviter pertrahat. Quare licet elegantiorem in his pertractandis orationem improbare non ausim; mihi tamen placuit faciliore sermone uti, qui nullo prorsus sit impedimen-

to

to rerum ipsarum perspicuitati. Itaque ex exquisita quadam Latinae eloquutionis elegantia abstinui; Latinam tamen eloquutionem sum diligenter sequutus, ac magnopere cavi, ne quid esset, quod vel obscuritate, vel barbarie quadam sermonem inficeret, ut haud raro apud quosdam eruditos non sine fastidio deprehendimus. Ob eamdem vero perspicuitatis rationem ubique Graecorum textuum Latinam reddidi interpretationem, modo ex editis auctoribus, modo vero, ut mihi libuit, praesertim vero quoad eos scriptores; quos Graece tantummodo editos habemus, sicuti & quoad plura Graeca inedita monumenta. Id enim consuescunt fere omnes, ipsique doctissimi in Graecis litteris scriptores; qui lectorum omnium utilitati potius, quam cuidam propriae gloriae consuluerunt. Habes iam erudite lector mei instituti rationem omnem. Si quod pollicitus sum, satis non fuerim assequutus, iterum ut parcas, etiam atque etiam rogo. Nam, ut est in-THEOGNIDIS (10) poetae ac philosophi sententiis:

"Ουτι μάλ' ανθρώποις καταθύμια πάντα τελείται.
Non admodum hominibus ex animi fententia omnia fiunt.

(1) PLI.

(1) PLINIUS. Histor. Natur. lib. xiI. cap. I.

(2) PLINIUS IUNIOR. Lib. VIII. epift.

(3) ODERICUS ALOYSIUS. De Marmorea idascalia &c.

(4) MAFFEIUS . Art. critic. lapidar.

lib. III. capit. I. canon. III. col. 72.

(5) STOBARUS. Florileg. tit. XII.

(6) IDEM ibid. tit. XXIIII.

(7) IDEM ibid. tit. CVIII.

(8) IDEM ibid. tit. XXIII.

(9) PHOCYLIDES . Poem.admonit. v.66.

(10) THEOGNIDES . Sententiae v. 617.

Bibliopegus animadvertat monumenta megodoymà numero XXII. sex tabulis insculpta, collocanda esse post pag. 242. fragmenta vero num vI. duabus tabulis expressa, collocanda fore post pag. 312.

## D. IO. BENEDICTUS FIESCHI

**CREMONENSIS** 

# A B B A S G E N E R A L I S ORDINIS CAMALDULENSIS.

Uum librum, cui titulus est: Vetera monumenta ex Museo Equitis ac Senatoris Iacobi Nanii Veneti illustrata a D. Clemente Biagi Cremonen. monacho Benedictino Camaldulen., P. Lector D. Iohannes Benedictus Bonatti monachus noster recognoverit, & in lucem edi posse probaverit, auctori facultatem concedimus, ut praesatum opus typis mandare queat, si ita iis, ad quos pertinet, videbitur.

Faventiae ex nostro monasterio Ss. Hippolyti, Laurentii. Prid. non. octob. an. MDCCLXXXIII.

D. L.B. ABB. GENERAL. CAMALD.

Loco # sigilli.

D. Germanus Beduschi Cancell. Camald.

I M-



#### IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendissimo Patri Sacri Palatii Apostolici Magistro.

F. A. Marcucci Patr. Constantinop., & Episc. Montisalti Vicesg.

## APPROBATIONES.

Chementis Blassi, viri religione, & litterarum laude clarifsimi commentaria in Monumenta Graeca ex Museo Iacobi Nanii tanta doctrina, tantaque accuratione conscripta sunt, videntur quidem certe, ut non dubitem, quin ceterorum scriptorum, quae ab eo typis commissa in manibus versantur, famae atque existimationi responsura sint, sive eam potius, quod eiusmodi opus longe aliis spissius laboriosiusque est, multis partibus superatura.

Romae IIII. id. apr. Clo Io CCLXXXV.

Vitus M. Giovenazzius.

Hristianae religioni, tot monumentis, signis, & argumentis consirmatae, nihilque iam sibi ab hostibus metuenti iniurius esset, qui detrimentum aliquod ex veteris gentilitatis reliquiis in lucem emittendis eamdem capturam esse pertimesceret. Si nihil hoc nomine verendum ex Graecis Musei Nanii monumentis occurrit, nihil quidem, atque adeo multo minus quis resormidet ab eruditis illustrationibus, quibus hoc primum monumentorum volumen ditavit, atque insignivit vir cl. Clemens Blasius monachus Camaldulensis. Eae enim nihil nisi penitiorem Graeci idiomatis, & Graecorum institutorum peritiam cum accurato critices usu coniunctam praeseserunt, quin vel se viter

### LIHXX

viter quidquam de fidei, & morum sauctitate, aut de iure principum detrahant. Qui haec compererit, etiam haec tuto quo ad se typis edi posse pronunciet, quin Praesidum, quorum est pro dignitate decernere, suffragium aliter suturum sit.

Datis Romae kalendis martiis anno falutis clo lo cclxxxv.

Iohannes Christophorus Amadutius Professor linguae Graecae in Archigymnasio Romanae Sapientiae, & in Collegio Urbano de propaganda side, & Praeses typographiae eiusdem congregationis.

#### IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Maria Mamachi, Ord. Praedicat., Sac. Palat. Apost. Mag.

MO-

# MONUMENTUM I

ADNOTATIONIBUS ET DISSERTATIONE
ILLUSTRATUM

## ΣΥΝΟΨΙΣ

## ADNOTATIONUM IN MONUMENTUM 1

- S. I. Eterum laudes in Fortunam. Eius monumentum Graecum latine redditum.
- S. II. Eiusdem monumenti raritas. Graeca Fortunae cognomina. IA-NUARIUS SISTI refellitur.
- 5. 11I. Ordo verborum diversus in Graecis im papaus, quae Numinibus dicatae suns. Quoad Latinas eiusdem generis reprehenditur MARTORELLII opinio.
- S. IIII. Praenomen' Iulia admittendum est in bot monumento. Ex eo autem praenomine latius arguitur eiusdem monumenti aetas. Ulius vocis origo & significatio confirmatur, quam tradit SCHREVELIUS. Praenomina Latina ad Graecos translata.
  - S. v. SERVII Grammatici eius nominis originem & significationem grammaticalem tradentis opinio admittitur, historicam narrantis falsa ostenditur. Praenomina aliquando pro nominibus, & vicissim usurpata.
  - S. vI. Vetus Atheniensium lex fuit, ne feminae dicerentur 'Anvaiau.

    Huiusce legis recta affertur interpretatio.
- S. vII. Illa vero quam proponit MEGALACLIDES, omnino improbanda est. Sed legem omnem fluxu temporis evanuisse ostenditur.
- S. VIII. Graecorum frequens consuetudo gestandi Deorum nomina. Cur Ro. manorum non eadem?
- S.VIIII. Graeci plerumque unicum nomen gerebant; raro familiae nomen, & cognomen.
  - S. x. PLUTARCHUS hac in re illustratur, ARRUNTIUS CLAUDIUS refellitur.
- S. xI. Plura quandoque nomina Graecorum feminae, eaque diversis modis gestabant.
- S. xII. Unicum nomen feminarum nomini additum in secundo casu paternum nomen significat. Desenditur huiusmodi Graecorum.

  A 2 consue-

- consuetudo, illustratis AELIANI, EURIPIDIS, & ARISTO-PHANIS testimoniis.
- S.XII I. Additur etiam feminarum nomini paternum simulque mariti nomen; aliquando etiam avi, & atavi; & quandoque eifdem adscribitur nomen urbis, seu loci, in quo ortae suere.
- S.XIIII. Formula KATA ONAP, pro KAT ONAP. Veterum Graecerum mos non elidendi vocales, quae ex praecepsis grammaticalibus elidi solent.

## MONUMENTUM I



J. I.



ON abs Iove principium, sed a Fortuna, quam Cicero (1) ex vulgari opinione rerum omnium dominam appellavit, quaeque etiam in veteri monumento apud Muratorium (2), aliosque dicta est omnium gentium et deorum; suae enim lucis splendore ceteros etiam Deos illuminat, ut ex ea.

ethnicorum theologia, quam hac etiam in re maxime irridet Lu-CIANUS (3), secure scripsit Apuleius (4). Allatum ergo monumentum interpretor:

> 'Ανέθηκεν 'Αγαθή Τύχη 'Ιελία 'Αθηνᾶ Συντρόφε Κατὰ όναρ

Pofuit
Bonae
Fortunae Iulia
Athena
Syntrophi Fil
Per fomnium

Ad

Ad hoc porro illustrandum primo adnotatiunculas conscribam in omnes eius partes; tum vero dissertationem adiiciam de Fortunae divinitate apud Graecos veteres, contra Herbertum de Cherburi; in qua quidem opportunus etiam maxime erit locus dicendi de Iuliae Athenae somnio. Quod autem ad supradictas adnotationes spectat, brevitatem quidem, sicut in ceteris, sectati sumus; sed magnopere etiam curavimus, ne accuratiorem diligentiam, aut maiorem rerum varietatem desideres. Quod si plura viderint eruditi in hisce adnotationibus dicta ad utilitatem eorum, qui primis labiis Graecas antiquitates degustarunt; quamvis haec edita a nobis sint, quod ab aliis non fuerint observata; attamen inspecto cuiusque παραγράφε initio ea, si velint, facile praeterire poterunt.

6. II.

Observandum itaque in primis est, rarissimas esse Graecas inte γραφάς ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ Bonae Fortunae dicatas; fere enim vix unam & alteram huiusmodi apud ἀρχαιολόγες invenies, de quibus infra suo loco erit in differtatione dicendum; innumeras autem propemodum esse Latinas inscriptiones eidem Fortynae diversis, plurimisque nominibus consecratas. De quo quidem Graecos inter & Romanos discrimine in eadem differtatione erit pariter loquendum. Et quoniam, ut spopondimus, in hac erit ex instituto pertractandum de Fortunae apud Graecos divinitate; nunc satis est adnotaffe, quod plerumque TYXH apud eosdem appellatur AFAOH; aliquando autem nullo infignitur in imigrapais illustri epitheto, sicuti faepe apud Latinos etiam nuda Deorum nomina in inscriptionibus enuntiantur; aliquando vero apparet in monumentis TYXH cum praeposito titulo KAAAH, qui idem censeri potest, quoad fignificationem, cum illo AFAOH. Utrumque porro a Graecis tributum aliis Numinibus non memini; si tamen Daipora Genium. excipias, quem ipsi άγαθον frequentissime dicunt. Demum in aliquibus ἐπιγραφαῖς eadem ΤΥΧΗ dicta est ΘΕΑ ΕΠΙΚΟΟΣ, Dea propitia, & OEA ENIXOONIOS, Dea terrestris. Monumenta in quibus hucusque adnotata reperiuntur, erunt inferius in dissertatione adducenda. Iam vero de titulo EΠΙΚΟΟΣ nulla est disputatio; deeo autem erudite iam differuit Martorellius (5). De ἐπιθέτφ altero EMIXOONIO Z, quod reddidi terrestris, desideratur inter scriptores aliquos confensio. Namque IANUARIUS SISTI (6) graece doctissimus eam vocem interpretatus est superus, sigla O. E explicans OEOIS EIIIXONIOIS Düs superis. At eadem vox ab HENRICO Stephano Graecorum λεξικογράφων principe redditur terrestris, ab eoque duo Homeri loca laudantur, in quibus ipsa vox in eo sensu accipitur. Alii pariter doctiores lexicographi Stephano confentiunt. Fortasse IANUARIUS SISTI eam elegit interpretationem., quod particula in quandoque significat super, supra. At esse super terram, non ostendit necessario esse in caelo. Sed ne plura. quam oporteat, meae interpretationis testem locupletistimum exhibeo Artemidorum (7) qui ut infra etiam erit dicendum, Fortunam inter Deos ἐπιχθονίες terrestres collocat, inquit enim: τῶν δε επιγείων αισθητοί μεν Εκάτη, καὶ Παν ... νοητοι δε , Διόσεροι, καὶ Ήρακλης ... reg Tύχη; ex terrestribus autem sensibiles quidem sunt Hecate, Pan .... intelligibiles vero Dioscuri, Hercules .... & Fortuna . Quare Artemidorus caput xxxxII. lib. II. in quo de Fortunae fomniis agit, inscripsit περὶ τῶν ἐπιγεῖων Θεῶν, de Diis terrestribus.

S. 111.

Animadverto deinde, Graecos minus anxios fuisse Latinis in fervando quorumdam verborum ordine in veteribus ἐπιγραφαῖς, quae funt Numinibus dicatae. Saepe enim apud Graecos nomina Deorum, quibus posita sunt monumenta, vel post initium, vel in fine etiam ipsius ἐπιγεαφῆς conlocata legimus. At Romani folebant plerumque, ut magis convenit, Deorum nomina initio inscriptionum constituere. Dixi plerumque; neque enim desunt Latina huiusce generis monumenta, Graecis simillima. Quod quidem observavit etiam MARTORELLIUS, (8) qui scripsit, in antiquis lapidibus honestatis ergo Deorum nomen primo loco scalptum, atque perquam raro contrarium deprehendi. At deinceps vir cl. minus sibi constitit, dum ex hoc principio, quod veterum consuetudinem non omnino constantem demonstrat, conseguutionem deducit, quae nonnisi ex constanti ac perpetua consuetudine oriri potest. Namque ex eo principio veluti spuriam reiicit Neapolitanam inscriptionem, quae postremo loco habet Sebethum. Quamobrem ab Antonio Veterano (9) Sebethi defensore acerrimo iure Martorzellius reprehenditur, atque refellitur. Ad Graecos ut revertamur, illud etiam heic adnotandum est, eos consuevisse, sicut Latini, nomina Deorum, quibus monumentum aliquod dicatum est, tertio casu esserre: iisdemque nominibus subiicere verbum aneohke, quod apud ipsos Graecos in huiusmodi interprepasse sollemne est, adeoque idem verbum etiam saepe in iisdem sollet reticeri. Exempla autem facile reperies apud Graecarum.

interpraçõe, haud raro etiam in medio positum; numquam vero initio scriptum inveni, ut in hoc monumento.

S. IIII.

Sequitur nunc, ut de praenomine, ac nomine illius femineo, quae Araoh trxh hoc monumentum aneohke, aliqua dicamus. Itaque litteram I, quae postrema est in versu tertio, atque punctis clarissime distincta, iure interpretati sumus 'Ielia. Neque enim subspicari possumus, hoc in loco positam eamdem litteram L veluti lora more veterum tertio casui adscriptum; quum in hac i πιγραφή quae diligentissime exscripta apparet, desit eadem littera priori voci Araon, atque praeter confuetudinem ea sit punctis illis distincta. Itaque non vereor, quin eadem littera sit praenomen, quod Graecis feminis saepe additum occurrit apud MURA-TORIUM, & GRUTERUM, apud quem etiam siglorum more ita effertur IOTA. Plurima autem in veteribus lapidibus Graeca praenomina habentur, prima tantum eorum littera indicata. Ergo de ea interpretatione minime videtur dubitandum. Ex hoc autem praenomine 'Iulia coniici potest, monumentum pertinere ad ea. tempora, quibus aliqua Graecos inter & Romanos erat consuetudo, seu ad ea, quibus Graeci ipsi Romanorum parebant imperio. Latinam enim esse vocem illam, idest iam ab antiquis temporibus Latii iure donatam nemo est, qui neget. Si vero inquirimus an Graecis originem suam referre debeat acceptam, triplex hinc nasci potest quaestio: nimirum an ita e Graeco fonte sit ea. vox, ut Graecam pariter retinuerit significationem, an vero eamdem amiserit; si vero retinuerit, quaenam ea sit significatio? Apud Schrevelium (alil enim celebriores lexicographi filent) voces 'பல்க், & 'பல்க் inter eas recensentur, quae licet fint Latinae

nae veteres, oriuntur tamen a Graecis hortis, atque easdem asseritur significare barbatulus, quia nempe eas, ut censeo, deducit auctor a voce 1820s, que Graece est lanugo, seu prima barba. Sic ut exemplum afferam, a μίσθος merces fit μίσθιος mercenarius. Ouare nil est in adsignata illius vocis origine, quod cum indole Graecae linguae consentaneum non sit. Hinc posita hac eiusdem vocis fignificatione, triplex illa quaestio brevissime soluta est, ut nemo non videt. Quamvis autem plures esse apud lexicographos videantur illius vocis 1/220, significationes; attamen re didiligenter inspecta ceterae omnes, si forte eam excipias prorfus fingularem, quam apud Athenaeum tradit Numenius poeta, ad unam superius allatam facile revocari possunt. Denique ipsum nomen Iulia, quod Graecam habet originem., quodque apud Latinos tamquam proprium retentum est, ad Graecos iterum transiisse dici potest, ut alia plurima Latina, quae iisdem plane elementis ad Graecos sunt translata, etsi nullam forte ab illis obtinuerint originem, ut funt nomina. vel pronomina haec 'Αιλία, 'Αυςηλία, Κλαυδία, Λεκίλλα, Μαρκία, Mirsma, & multa similia, quae in Graecis ἐπιγραφαῖς haud aegre invenies.

\$. v.

Sed examini sublicienda est eadem ipsius vocis 'Isala origo, quam tradit Servius grammaticus, qui ad illa Virgilii (10):

At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo

Additur (Ilus erat, dum res stetit Ilia regno)
adnotavit: migrasse in Ascanium & Mezentium bella; sed eos singulari certamine dimicasse. Et occiso Mezentio, Ascanium Iulum coeptum vocari a prima barbae lanugine, quae el tempore victoriae nascebatur. Ita in antiquis editionibus. At in illa Pancratii Masvicii Leovardiae, anni mdccxvii. post rò vocari, legimus haec alia intra parentheses, vel quasi Iuloni idest sagittandi peritum, & post vocem lanugine, additur, quam islow Graeci dicunt. At Faericius (11) ait, haec ex Graecis Latinisque scholiis collecta, & Servio addita. Porro idem Servius (12) antea dixerat: Iulius autem Caesar ab Iulo silio Aeneae originem ducit, ut consirmat ipse Virgilius (13) dicens:

B

Nasce-

Nascetur pulchra Troianus origine Caesar,

Iulus a magno demissum nomen Iulo.

Ideo idem Iulius Caesar apud Suetonium (14) dixit: a Venere Iulii, cuius gentis familia est nostra. Siquidem Aeneas existimatus est Veneris filius, Ascanius autem, qui & Iulus dictus est, patrem habuit Aeneam. At primo Ascanius dicebatur Ilus a rege Ilo, unde & Ilium; ut idem SERVIUS (15) adnotaverat. Ceterum admissa hac etymologia nominis Iuli, nemo nos cogit, ut veram. agnoscamus historicam eiusdem nominis rationem, quam Servius assignat. Solent quidem grammatici, veluti iure suo, praeter etymologias, tradere etiam nominum caussas, quae ex historia. funt deducendae. At Servius nimis distat ab aetate Ascanii: nemo vero ex historicis ante ipsum illam reddidit eius nominis rationem, quae Servio placuit. Huc accedit, quod Virgilius (16) Mezentii caedem tribuit Aeneae, non autem Ascanio, ut facit Servius; adeoque nec fese sustinet historica ratio, ob quam. celebris hic grammaticus, Ascanium narrat vocatum fuisse Iulum. Hoc tamen non prohibet, quin vox Iulus supradictam. habeat significationem. Ergo vox 'Ishia, quae ab "Ishos orta est, primo fuit Romanae gentis nomen, deinde apud plures praenominis vices sustinuit, sicut aliquibus aliis Romanorum nominibus contigit; quum contra quaedam, quae apud ipsos praenomina erant, ab aliquibus postea tamquam gentilitia nomina usurpata fuerint; ut videre est apud Panvinium (17).

S. viI.

Quoniam vero monumentum hoc potest ad Athenienses pertinere; ideo quod spectat ad nomen aliud AOHNA, quo haec femina donatur, illud mihi videtur adnotandum quod ex VARRONE narrat Augustinus (18): Quum apparuisset illic (ubi conditae erant Athenae) repente olivae arbor, & alio loco aqua erupisset, regem prodigia ista moverunt, & mist ad Apollinem Delphicum, sciscitatum, quid intelligendum esset, quidve faciendum. Ille respondit, quod olea Minervam significaret, unda Neptunum, & quod esset incivium potestate, ex cuius nomine potius duorum Deorum, quorum signa illa essent, civitas vocaretur. Isto Cecrops oraculo accepto, cives omnes

omnes utriusque sexus (mos enim tunc in eisdem locis erat, ut etiam feminae publicis consultationibus interessent) ad ferendum suffragium convocavit. Consulta igitur multitudine mares pro Neptuno, feminae pro Minerva ( quae Graece dicitur 'Abnva ) tulere sententias. Et quia una plus est inventa feminarum, Minerva vicit. Tunc Neptunus îratus, marinis fluctibus exaeftuantibus, terras Atheniensium populatus est ..... cuius ut iracundia placaretur, triplici supplicio dicit idem auctor (VARRO) ab Atheniensibus affectas esse mulieres, ut nulla. ulterius ferret suffragia: ut nullus nascentium maternum nomen acciperet: ut ne quis eas 'Adnialas vocaret. Haec autem lex, etsi expresse non prohiberet, feminis imponi nomen 'Alma, id tamen. videtur contineri in ipsa legislatorum mente. Ideo enim vetitum fuerat, feminas vocari 'Adnivatas, ne perpetuo obversaretur earum mentibus, & ne prae viris gloriarentur, se praecipuam. fuiffe caussam nominis Athenarum; quod quidem multo facilius obtinuissent, si eis permissum fuisset nomen ipsum 'Abnva, quod plurimis faltem feminis in eum finem fuisset a parentibus impositum. Ergo & hoc ipsum dici debet ea lege prohibitum. Quod quidem multo magis confirmare licet ex illo eiusdem legis capite, quo decernitur, ut nullus nascentium maternum nomen acciperet; neque enim ulla in eo est cum caussa legis connexio, nisi supponas secreto quodam fine vetitum eo ipso fuisse, ne qua femina imposterum ex materno nomine vocaretur 'Aθnva; quod ante latam hanc legem facile poterat contingere. Huiusce legis non. meminit Eustathius (19) disserens de nomine 'Abnvaia, sed Ho-MERUM interpretatus ait : Ἰς τον δε ότι παρασημειώνται ὁι παλαιοί, μπ λέγεσθαί ποτε 'Αθηναίαν γυναϊκα, διά την τοιάυτην όμηρικην 'Αθηναίαν, ήτοι Aθηναν . Aνηρ μεν γας, φασιν, Aθηναιος ές ν, ωστερ ητή Θηβαίος. Ε μην, ώσπερ Θηβαία, ετω κς 'Αθηναία γυνή · άλλα έτερωνυμως, γυνή 'Ατίκή . το γαρ 'Αθηναία ήδη προκατείληπται."Οθεν, ως θεϊόν τι τυγχάνον όνομα, ης) ύπερηρμένον, εί θέμις ύποκαταβήνωι, καὶ θνητοίς προσώποις ένκαθεσεθήναι, καὶ ώς διον ίεροσυληθήναι θείαν κλήσιν. Ubi sciendum id quod veteres observant, Atheniensem mulierem numquam dici 'Adnvalus Atheniensem, ob Homericam huiusmodi 'Adniaiai, sive 'Adniai Minervam. Etsi enim, inquiunt, vir est Adnucios Athenienfis, sicuti & Onsocios Thebaeus; non tamen quemadmodum OnBaia Thebaea, sic etiam mulier'Abnvaia, sed diverso nomine. 'ATTINE Βο

'Aflum Attica. Iam enim praeceptum est nomen hoc'Aθηναία. Unde ut divinum atque excellentissimum nomen nesas erat illud demitti, mortalibusque personis imponi; ac veluti per sacrilegium surripi appellationem divinam. Aliam deinde affert rationem ex antiquo scriptore Metaclide, quem alii Megalaclidem nominant; de qua mox dicturi sumus. Postremo inquit: ἔτεροι δὲ τῶν παλαιῶν ἔτω συντόμως εἶπον. 'Ανάττικον, 'Αθηναίαν γυναῖτα ἀπῶν. 'Αςῶς δὲ τὰς 'Ατθικὰς γυναῖτας ἔλερον, ὡς κὰν τὰς ἀνδράς 'Αςὰς. Alii tamen ex veteribus sic paucis rem explicant: non esse Atticae linguae, mulierem dicere 'Αθηναίαν; sed Atticas mulieres vocarunt 'Αςῶς, urbicas, ut & 'Αςὰς urbicos ipsos viros. De his autem instra.

## S. VII.

Megalaclides vero apud eumdem Eustathium, & Sur-DAM (20) dixerat, feminas Athenis natas non 'Abnvaias vocari, sed \*Ατίκος, ένα μη την άγαμον αι γαμέμεναι τη προσηγορία καταισχύνωσιν, πε. nuptae salutando innuptas pudore afficiant; nam, ut adnotat, pofita hac interpretatione, Ion. Ludovicus Vives (21) ex marito cognominatio uxoris fumitur; quum autem viri dicerentur 'Abnvaio, si quaelibet seminae appellatae essent 'Abnvaiae, viderentur iam nuptae, quod ex virorum nuncupatione nominarentur. At nisi Varronem faciamus leges Athenienses somniantem, ex ea lege, quam ipfe commemorat, petenda est tantum potior caussa ob quam Athenienses, mulieres vetustissima illa aetate non dicerentur'Annaia. Inanis ergo est ratio a MEGALACLIDE allata, iuxta Latinam illam interpretationem, quam Ludovici Vives observatio confirmat. Praeterea auctor ille nimis delicatos facit Athenienses, qui adeo subtiliter cogitaverint, posse ex ea nuncupatione innuptas pudore affici. Altera vero est eius loci apud Sui-DAM (22) interpretatio, quam proponit Latinus eiusdem interpres, nimirum: ne virginem (Minervam) nuptae hac appellatione dedecorent. Fateor, interpretationem hanc forte defendi posse; sed altera ex fyntaxi sermonis videtur mihi verosimilior. At quaecumque ex his admittenda sit, concedit in primis ipse Eustathius (23) feminas postea dictas 'Aθπναΐας; Minervam propterea contracte dictam 'Adnvav. Stephanus Byzantinus (24) affirmat quoque, 'Abayaía (nimirum cum accentu acuto, quem ut pro

proprium habet 'Aunaia Minerva) de femina a pluribus dici, quos ipse laudat, quosque cum aliis insuper recenset SUIDAS (25). Deinde vero idem STEPHANUS addit: 'Açaç d'è ras quiarge s'Aspor, & ετα το μη δυνάσθαι λέγαν 'Αθηναίας, άλλ' έσα εδή καὶ τες ανδρας 'Ας ες έκα λεν. 'Asas five urbicas dicebant, non quod non possint dici Athenaeae, sed quoniam viros etiam 'Asis urbicos dicebant. In quibus quidem recte Stephanus afferit, Athenienses seminas vocatas esse 'Agais ea. ratione, quae prorsus opponitur illi, propter quam nollebat MEGALACLIDES, posita prima eius verborum interpretatione, appellatas 'Abnvaias. Ex his vero compertum est, illam Athenienfium legem, de qua Varro apud D. Augustinum, parum viguisfe. Non addam hic tamquam certum ad rem probandam argumentum, quod apud MURATORIUM (26) NEAIPA, & apud Maffeium (27) KPINΩ APTEMONOΣ, utraque dicatur AΘHNAIA; quamvis enim verosimile admodum sit huiusmodi feminas suisse Athenienses Atticas; id tamen exploratissimum nobis non est: novem enim Athenas memorat STEPHANUS, ut inferius dicturi fumus in MONVMENTA NEKPOAOFIKA. Negue vero constat, lapidem. quem habet Maffeius, Athenis repertum fuisse. Quare ex eo evidenter reprehendi nequit Phrynicus, (28) ut eum redarguit MAFFEIUS, (29) quod dixerit Atheniensem feminam non vocari Adnialar, sed Affinit,

S. VIII.

Quod autem Atheniensis semina vocari potuerit AOHNA, ex eo etiam intelligimus, quod lege statutum apud Athenienses deinde suerit, ut patres quaecumque placuissent nomina siliis imponerent; quod resert Petitus (30) inter leges Atticas. Quare hac posteriori lege derogatum est illi antiquiori, ac rationi etiam, seu consuetudini, quam recenset Eustathius; de quibus superius dictum est. Nam quod non sit Atticae linguae, dicere seminam 'Admessar, ut aliquis apud Eustathium supra laudatum asserbat, nil videtur curandum. Quod autem alii Graeci eamdem haberent cum Atticis facultatem quaecumque nomina siliis imponendi, communis nationum consuetudo suadet; ut paucissimas praeteream exceptiones, de quibus nulla hic adest disserendi necessitas. Illud ergo observandum est, Graecos generatim

tim loquendo adamasse plerumque nomina, quae inlustria & gloriosa effent; ac proinde ipsorum Deorum vel simplicia, vel composita nomina eos gestasse comperimus. Quare femina, ad quam hoc pertinet monumentum, AOHNA, idest Minerva facile. appellata est. Alias in veteribus ἐπιγεαφαῖς sic nuncupatas non vidi; nisi huc referas nomen AOHNAIZ, quod est apud Gruterum, (31) & Passioneium (32), aliis tamen vel fimplicibus vel compositis Deorum nominibus plures. Ex multis pauca libet afferre, quae fuppeditant Gruterii & Muratorii indices, quaeque apud alios etiam veterum inscriptionum collectores reperiuntur. Huiusmodi funt aptemas, aptemis. aptemiaΩpa. appodith, seu appodei-ΤΗ. ΔΑΜΑΤΡΙΑ, vel ΔΗΜΗΤΡΙΑ. ΔΙΟΔΩΡΑ. ΔΙΟΝΥΣΙΑ, vel ΔΙΟΝΥ-ΣΙΑΣ. ΕΡΜΙΑ. ΘΕΟΔΟΤΗ. ΘΕΟΔΩΡΑ. ΙΣΙΔΩΡΑ. ΥΤΕΙΑ. ΦΟΙΒΗ, & alia huius generis plura apud Graecos, inter quos pari omnino iure & masculis divina saepe nomina indita suere. In hoc autem. Romani non videntur sequuti Graecorum morem; apud illos enim adeo pauci (proportione recte instituta) erant, qui Deorum nomina gerebant, ut maximus esset Imperatorum, eorumque coniugum honor eadem gestare. Huiusce rei caussam si abs me inquiras, paucis iam tihi proponam, quae mihi apparet verosimilior. Nimirum etsi Deorum apud Graecos religio magna effet; apud Romanos tamen fanctior videtur fuisse eiusdem. religionis ritus. Ouo nomine complector omnia, quae ad extrinsecum religionis systema pertinebant; magistratus nempe, pontifices, facerdotes, collegia, ministros, caerimonias, ac cetera huiusmodi, quae norunt eruditi. Quae quidem ita per seipfa comparata erant, ut in populo altiorem de Diis opinionem crearent, ac propterea etiam venerationem. Ex hac autem fi qua est caussa, certe deducenda videtur ratio, ob quam Romani magis abstinerent quam Graeci a Deorum nominibus sibi imponendis. Atque hinc etiam intelligitur, cur postea adulationis studio suis Imperatoribus, eorumque uxoribus, quos omnes tamquam Deos venerabantur, ipsorum Deorum nomina saepe addiderint.

S. VIIII.

## S. VIIII.

Ut ad IULIAM ATHENAM redeat oratio, inutile non erit animadvertere, ipsam duplici, eius vero patrem unico tantum nomine compellari. Graecos duplici nomine uti non confuevisse tradit ULPIANUS (33) inquiens: Nomen itaque cum speciali hac fignificatione accipitur, familiae nomen significat, Romanis tantum hominibus; nam Graeci & barbari fingulis nominibus ufi, familiae nomine non utebantur. Pausanias (34) vero scribit : ἐπεὶ καλενταί ρε εἰ στατρόθεν οἱ \*Ρωμαΐοι κατά ταυτά Ελλησιν, άλλα και τρία οπότε η όλιγιςα, και έπι πλέονα ονόματα έκας φ τίθενται, non enim Romani Graecorum ritu unico a patribus accepto nomine appellantur; sed tria fere singulis ut pauciora, plura etiam imponuntur nomina. Quod quidem ita intelligendum, non quasi lustrico die tria imponerentur Romanis pueris nomina, sed quod praeter praenomen, quod erat uniuscuiusque proprium, haberent nomen familiae, & cognomen eidem commune; quo familiae nomine vel cognomine non utebantur Graeci. At Arruntius Claudius, ut scribit Diomedes (35), putat Romanos a Graecis mutuatos esse morem plurium nominum; apud Graecos enim, ut apud Romanos, tria nomina plures usurparunt; quod intelligi posse arbitratur exemplo Alexandri Dardanii Paridis, & Achillis Aeacidis Celeris. PLUTARCHUS (36) ipfe. postquam de Romanorum praenomine est loquutus, addit deinde: των δε άλλων, το μεν κοινον, άπο συνγενείας, τές Πομπνίες, κα τές Μαλλίες, και τες Κορνηλίες, ωσπερ αν Ήρακλείδας τίς είποι και Πελοπίδας, τὸ δε, προσηγορικὸν εξ ἐπιθέτε ωρὸς τὰς φύσεις ἢ τὰς ωράξεις, ἢ τὰ τῶ σώματος είδη καὶ σάθη τίθεσθαι, τὸν Μακείνον, καὶ τὸν Τεςκεάτον, καὶ τὸν Σύλλαν , διόν ές ιν δ Μνήμων , η δ Γευπός , η δ Καλλίνικος . Reliquorum alterum commune ex gente effe, Pompeios, Manlios, Cornelios; ut si Heraclidas dicas & Pelopidas (apud Graecos): appellativum alterum ex apposito, mutuatum a natura, vel factis, vel corporis figuris, & vitiis, ceu Macrinum, Torquatum, Syllam; cuiuscemodi est (apud Graecos) Mnemon, vel Gryphus, vel Callinicus. Et alibi idem Plutarchus (37) de Romanorum & Graecorum cognominibus differens, de Graecis inquit : καθάπες ελληνες ετίθεντο πράζεος μεν έσσώνυμον τον Σωτήρα, πα τον Καλλίνικον, ίδεας δε, τον Φίσκωνα, κα τον Γευσον . άρετης δε , τον Ένεργετην, και τον Φιλάδελφον . έυτυχίας δε, τον Eudai\*Eudaipova, τῷ δωτές φτῶν Βάτων. κ. λ. sicut tribuerunt Graeci ex regesta cognomen Soterem & Callinicum, ex forma Phisconem, & Gryphum, ex virtute Evergetem & Philadelphum, ex felicitate Eudaemonem alteri Battorum.

#### S. x.

Videtur quidem in his Plutarchus pares facere Graecos cum Romanis; at cogitandum non est eum ignorasse, quod ULPIANUS & PAUSANIAS, immo omnes norunt, Graecorum fuisse morem, unicum gestare nomen, negligere autem illud familiae, quo utebantur Romani. Ergo quod Plutarchus affirmat, hoc utique probat, aliquos ex Graecis adhibuisse nomen quoddam tamquam familiae, aliquos vero etiam cognomina; quod libenter fatemur; non autem morem fuisse Graecis communem, sicuti fuit Romanis, praeter praenomen gerere etiam nomen familiae, atque insuper cognomen. Hoc enim minime afferit PLU-TARCHUS; sed affert tantum exempla eorum Graecorum, qui hac in re erant Romanis fimiles. Atque ita interpretanda esse recitata PLUTARCHI verba, ipse auctor iubet, qui statim addit ibidem: ἐπὶ πλέον δὲ τῷ γένα τέτῳ, κὰ Ῥωμαῖοι κέκρηνται, largius funt hoc genere usi Romani. Quod ergo ait Arruntius Claudius supra laudatus, a veritate alienum est. Vetustiores enim Graeci vel omnino vel fere omnino a pluribus nominibus abstinuere. Recentiores autem, idest sub Romano imperio, si plura gerunt nomina, hoc a Romanis, quibuscum frequentius erat commercium, profectum. dici verosimilius debet; plura enim praenomina ac nomina Romanorum a Graecis tunc usurpata conspiciuntur. Sed quoniam communis non erat haec Graecorum consuetudo; propterea in nostro hoc monumento femina duo habet nomina, unum vero eius pater. Atque huius quidem generis plura, ut arbitror, in. veteribus Graecorum iniyeaquis exempla facile invenies, quae heic recensere non oportet. Nam de Graecorum nominibus alias συν θιώ ex instituto pertractabimus; quum de his nemo adhuc, quod ego sciam, disserendi onus sibi sumserit.

## §. xI.

Sed alia nunc etiam quoad haec Iuliae Athenae eiusque patris Syntrophi nomina sunt animadvertenda ex diverso more, quo

ano in Graecis monumentis virorum ac feminarum nomina, cum quibufdam additis enuntiantur; ut nempe constet id, in quo haec ab aliis differant. Ac primo de feminarum nomine loquamur, ut huius imigeaque ordo postulat; ex quo & sua sponte nascetur de virorum nominibus sermo. Quandoque igitur & feminas tribus indicatas nominibus reperio; ut apud Chisul-LUM (38) OTATIAN ETODIAN MOTDIANHN... OTTATEPA MOTDIA-NOT KAI ETODIAZ, Ulpiam Evodiam Mudianam ... filiam Mudiani & Evodiae; ubi observandum, feminam hunc obtinere nomina parentum fuorum; fed tamquam familiae nomen, illud matris, tamquam vero cognomen, illud patris. Aliquando vero & feminae Graecae agnomen praeseferunt. Sic apud MURATORIUM (39) NEIKH H KAI MAPKEAAINA, Nice quae & Marcellina; & in ipfo Mu-SEO NANIO alia est ἐπιγεαφὶ, quam infra (40) adducemus: ΛΟΥ-ΚΕΙΛΙΑ ΠΡΙΜΑ ΚΑΙ ΦΙΛΑ, Lucilia prima, quae & Phila, nempe καλεμάτι vocata est, ut in altera inter marmora Oxoniensia (41) ΙΟΥΛΙΑ ΠΩΛΛΙΤΑ Η ΚΑΛΟΥΜΕΝΗ ΞΥΝΤΥΧΗ, Iulia Pollita, quae vocatur Xyntyche. Sic etiam viri aliquando hoc habebant agnomen, ut pariter inter MARMORA OXONIENSIA (42) ATTAAOS TAIQS O KA-AOTMENOS TAIOS EAEMHOPOS, Attalus Cai fil., qui vocatur Caius Elemporus. Saepe vero feminarum nomini adiicitur & paternum nomen, ut in hac nostra iniquan; sed diversis modis. Nam aliquando ficut in Latinis filia, ita in Graecis monumentis aliqua. femina dicitur OTTATHP alicuius; sicut in hoc Atheniensi apud MURATORIUM (43) AOPOGEA IZITENOTE MYPPINOTEIOT GYTATHP. Dorothea Isigenis Myrrhinusii silia; ita apud Chisullum (44) PA-AIAAAN OTTATEPA M. ATPHAIOT ANTONEINOT, Phadillam filiam. M. Aurelis Antonini: fic apud Aelianum (45) 'Ασπασία ή Εξμοτίμα θηγάτης, Aspasia, quae est Hermotimi silia. At plerumque omittitur vox θηγάτης, eaque ut nimis iam usitata subintelligitur.

S. xII.

Neque vero huic communi Graecorum consuetudini officere potest exemplum in aliquo Graeco scriptore rarissimum., ut est illud apud Aelianum (46), ubi dicitur Ὁλυμπιὰς ἡ ᾿Αλεξάν
γω, quo intelligitur Olympias Alexandri mater, non autem filia. Hoc inquam non officit exemplum; neque enim ea dicendi ratio

tio adhibetur tamquam folemnis formula; sed ex toto orationis contextu percipitur clarissime ita esse scriptorem illum interpretandum. Nam ibidem legitur: 'Ολυμπιάς ή 'Αλεξάνδ'ρε πυθομένη, ότι πολύν χρόνον ο παϊς άυτης άταφος μένα ... & τήκνον , άπεν κ. λ. Olympia Alexandri, quum audiisset longo tempore iam filium suum manere insepultum .... o fili, inquit &c. De hoc autem Alexandro supra narraverat idem Aelianus (47) triginta diebus relictum fuisse inhumatum, eumque appellat Philippi & Olympiadis filium, inquiens: 'Ο μεν Φιλίππε και 'Ολυμπιάδος 'Αλέξανδρος . AELIANUS ergo, qui praeter communem Graecorum morem loquutus est, seipsum etiam declarat. Neque àlia obstant supradictae Graecorum consuetudini exempla muliebrium nominum, quibus aliquando subintelligitur yuri uxor, non autem suyárne, filia; ut funt illa apud Euripidem (48) "Extopos 'Ardpopalxn, & apud Ari-STOPHANEM (49) #2' & Grayéres. Nam ex procemio Euripidis in Andromacham constat, hanc fuisse Hectoris uxorem; ex contextu autem Lysistratae Aristophanis, atque ex voce אייני, quam antea femper usurpavit comicus, faltem verosimilius ibi uxorem Theagenis esse intelligendam, Biserus interpres deducit. At si nihil ex orationis contextu erui possit; iam omnia obscura prorsus delitescerent, nisi apud Graecos recepta statuatur aliqua dictionum consuetudo, quasi consecrata formula, quae ipsi rei lucem afferat. Ergo nulla remanet dubitatio, quin paternum sit nomen ita enuntiatum, ut in hac ἐπιγεαφή. Quod sane magis adhuc illustrant, quae dicturi sumus. Heic vero tantummodo observandum superest, quandoque paternum simulque maternum nomen alicuius apponi, ut patet ex primo exemplo superius §. viiil. allato, atque ex altero apud MURATORIUM (50).

s. xIII.

Praeterea in veteribus monumentis saepe feminarum nomini additur non solum patris nomen, sed alterum etiam mariti; ita tamen ut raro admodum ponantur ambae voces ΘΥΓΑΤΗΡ, & ΓΥΝΗ; sed omissa voce ΘΥΓΑΤΗΡ, & exposito patris nomine infecundo casu, addito vero alio secundo casu cum voce ΓΥΝΗ. In Atheniensi marmore apud MURATORIUM (51) legitur: ΜΥΡΡΙΝΗ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΕΚ ΚΕΡΑΜΕΩΝ ΘΥΓΑΤΗΡ ΠΟΛΥΚΡΑΤΩΥ ΕΚ ΚΕΡΑΜΕΩΝ ΓΥ-

NH,

NH, Myrrhina Theodori Ceramei filia, Polycrati Ceramei uxor. Plurima autem funt exempla alia, in quibus praetermittitur vox ΘΥΤΑΤΗΡ, ut inter MARMORA OXONIENSIA (52) ΑΚΕΣΤΙΜΗ ΔΗΜΑΓΟ-POT ITNH DE APTEMIDOPOY, Acestima Demagorae filia, uxor vero Artemidori. Vide huiusmodi plura praesertim apud MURATO-' RIUM (53). In his vero plerumque servata est consuetudo enuntiandi primo nomen paternum, deinde mariti nomen. Non desunt tamen monumenta alia, in quibus contra primo nomen mariti, deinde alterum patris effertur; ut apud ipsum MURATORIUM (54) ΑΡΙΣΤΗΝ ΠΑΡΜΕΝΙΣΚΟΥ ΜΕΝ ΓΥΝΑΙΚΑ ΘΥΓΑΤΈΡΑ ΔΕ ΛΥΣΑΝΙΟΥ. Aristen Parmenisci quidem uxorem, filiam vero Lysaniae. Aliquando vero omittitur paternum feminae nomen, addito tantum mariti nomine, ut apud eumdem MURATORIUM (55) ΘΕΩΡΙΑΣ ΤΟΥ ΒΑΚ-ΧΟΥ ΚΗΦΙΣΙΕΌΣ ΓΥΝΗ, Theorias Bacchi Cephisiensis uxor. De paterno autem nomine ut iterum loquamur, illud etiam observandum est, aliquando feminis addi (sic etiam viris existimo) nomen patris simulque avi, fortasse ut vel femina, vel eius etiam pater ab homonymis distinguerentur. Sic inter MARMORA Oxo-NIENSIA (46) legitur: AAKH TEIMOKPATOYS TOY ATTEAAOY, Alce. filia Timocratis, filii Apellis, & ibidem (57) id clarius expressum est, addita voce TIOT, nimirum: TATIA ANOAAOOANOTE TIOT MENANAPOY, Tatia filia Apollophanis, filii Menandri. Quinimmo in pluribus Graecis έπιγραφαίς Palmyrae apud Muratorium (58) nomina apparent avi, atavi, & tritavi. Demum, ut alia huiusmodi praeteream, aliquando feminarum nomini adpositum cernitur nomen urbis, ad quam pertinebant, forte quod extra. ipfam sepultae forent, vel ob alias rationes, quas heic non lubet inquirere. Ita apud laudatum Muratorium (59) NEIKH H KAI MAPKEAAINA ATIAMIZZA, Nice quae & Marcellina Apamienfis: fic & in Museo Nanio alia quae inferius (60) erit adducenda imiyeaqui huiusmodi est: ΠΑΥΛΕΙΝΑ ΕΡΜΟΓΕΝΟΥΣ ΝΕΙΚΟΜΗΔΙΣΣΑ, Paulina Hermogenis filia Nicomediensis. In ea autem, quam heic illustramus, atque in aliis plurimis nullum urbis vel loci indicium legitur, fortasse quod ii ad quos illae spectant, in loco ipso in quo orti fuerant, quemque incolebant, vel monumentum pofuerint, vel in eo sepulti sint. S. XIIII.

S. xIIII.

Postremo in lapide est formula KATA ONAP, per somnium. quam in aliis Graecis monumentis frustra inquires. Incertum vero est, an ad hoc genus referri debeant illae apud Reme-SIUM (61) formulae: KATA PPOSTAFMA, & ES ENITAFMATOS TOT OEOT ex Dei iussu; neque enim ex his constat, qua ratione manaverit huiusmodi Dei iussus. Raro etiam in Latinis legimus: somno admonitus, ut apud Gruterum (62). De fomnio autem IULIAE ATHENAE aptior in sequenti dissertatione erit dicendi locus; hoc enim pertinet ad Fortunae divinitatem. Hoc autem. loco, ne quid vel minimum a nobis praetermissum obiiciatur, observanda est formula KATA ONAP, quae iuxta communis grammaticae canones conscribenda esset xar' orap. Atque ita quidem... scripta legitur apud Graecos auctores; sed ex iis nil erui potest, quod rem definiat; novimus enim eos tandem editos non iuxta veterum codicum ορθογραφίαν, fed iuxta communes grammaticae regulas. Verum censent etiam viri docti, inquit GRETSE-RUS (63) non tantum in carmine, sed & in soluta oratione fine piaculo fcribi rbura 82m : quo quidem exemplo, ut quisque agnoscit, nil aptius ad rem nostram. Sed vir cl., cuius auctoritate non parum moveor, gratum nobis fecisset, si eos doctos viros nomine laudaffet · Itaque ut alio etiam utamur argumento, quod nullum delicatioribus relinquat dubitationis vestigium, ipsa vetera Graeca monumenta confulamus. In iis faepe non eliduntur vocales litterae & diphthongi, quae inxta dictos Graecae linguae canones elidi deberent. Sed ne dicant, factam in pluribus non. effe elisionem illam, ne obscurior maneret orationis sensus (quod pariter monent grammatici non esse faciendum) unum tantum. affero ex antiquitate exemplum, quod nullam quaestionem moveat. En epigramma apud Sponium (64).

ΜΑΡΚΕΛΛΉΣ ΤΑΦΟΣ ΕΙΜΙ ΤΙΣ ΑΥΤΉ ΓΑΜΜΑΤΑ ΛΕΞΕΙ ΑΡΧΙΓΑΜΟΣ ΚΟΥΡΉΣ ΕΙΚΟΣΙΝ ΟΥΣΑ ΕΤΕΩΝ ΑΥΤΉΝ ΓΕΝΝΉΣΑΣΑ ΚΑΙ ΚΥΔΕΥΣΑΣΑ ΕΠΕΓΡΑΎΑ ΑΧΘΟΣ ΕΧΟΥΣΑ ΚΡΑΔΙΉΣ ΠΈΝΘΕΟΣ ΟΥΚΟΝΙΟΥ.

In versibus secundo & tertio vides non abiici litteram A abs vocibus OTEA, & KTAETEAEA, quamvis quantitas pedum carminis

minis id maxime reposcat; & licet abiecta ea littera nec voces per se ipsae, nec cum ceteris vocibus comparatae obscurum, redderent sensum. Licuit ergo & nostri huius lapidis auctori conscribere KATA ONAP, quaecumque tandem huiusce rei excogitanda sit ratio. Ex allato enim exemplo, atque ex aliis, quae. afferri possent, exploratum quidem est, hanc scribendi methodum arbitrio relictam, vel fortasse etiam aliquorum locorum, propriam suisse dialectum. Haec adnotanda a nobis erant ad huius monumenti illustrationem. Quum autem nil aliud in eo nobis observandum occurrat, datam superius sidem nunc liberare oportet, ac de Fortunae apud Graecos divinitate disserere.

#### 22

#### MONUMENTA GRAECA EX MUSEO NANIO.

- (1) CICERO. Orat. pro Marcello.
- (2) MURATORIUS . N. Tb. LXXXIII. 1.
- (3) LUCIANUS. In Iove confutato.
- (4) APULEIUS . Metamorphof. lib. xI.
- (5) MARTORELLIUS . Theca calamar. pag. xvI. in additament., & lib. I. cap. vI. num. xxvil. pag. 148. 149.
- (6) IANUARIUS SISTI. Indirizzo per la letteratura Graeca pag. 39.
- (7) AR TEMIDORUS. Onerocritic. lib. II. pag. xxxv.
- (8) MARTORELLIUS . I. l. lib. II. cap. vI. part. IIII. num. vinI.
- (9) VETERANUS . Sebetbi vindiciae cap. IIII. num. 11.
- (10) VIRGILIUS. Aeneid. lib. I. v. 271.
- (11) FABRICIUS . Biblioth. Lat. lib.I. cap. xil. num. 1111.
- (12) SERVIUS. Initio commentar.in Aeneid.
- (13) VIRGILIUS . l. l. v. 290. & seqq.
- (14) SUETONIUS. In Iul. Caefar. num.vI.
- (15) SERVIUS. Ad lib. I. Aeneid. v.271. (16) Virgilius . l. l. lib. x., & initio lib. xI.
- (17) PANVINIUS. De nominibus Rom.
- (18) S. Augustinus. De civitat. Dei lib. XVIII. cap. XVIIII.
- (19) Eustathius. In Iliad. A. n. clviil.
- (20) SUIDAS . v. Abnvaias.
- (21) VIVES. Commentar.in l.l. D. Augustini. (22) SUIDAS . l. l.
- (23) Eustathius . l. l. (24) STEPHANUS Byzant. v. 'Abnivat.
- (25) SUIDAS . 1. 1.
- (26) MURATORIUS . N. Tb. LXXXVIIII.
- (27) Museum Veronen. xxxxiI. 2. (28) PHRYNICUS. In Lexic. Attico.
- (29) MAFFEIUS. Mus. Veronen. in adnotat. ad num. Lv. 2.
- (30) PETITUS. Legum Attic. lib.11. tit.1111. leg. vil.
- (31) GRUTERUS . MCXXVII. 7.
- (32) PASSIONEIUS. Iscrizioni antiche cl. XIIII. 18.

- (33) Ulpianus. De verbor.fignificat.,
- (34) PAUSANIAS . lib. vII. in Achaic. cap. vil.
- (35) DIOMEDES. Art. grammatic.
- (36) PLUTARCHUS. In Caio Mario.
- (37) ID. In C. M. Coriolano.
- (38) Chisullus. Antiquitat. Afiat. part. II. pag. 4.
- (39) MURATORIUS. N. Tb. MXXVI. 1.
- (40) In hoc opere. Monumenta Ninpoloyınd num. xxıI.
- (41) MARMORA OXONIEN. part. II. num. LXVIIII. edit. an. MDCLXVI.
- (42) *Ibid.* part. I. num.LXXXI.
- (43) MURATORIUS. N. Tb. MXXXVII. 5.
- (44) CHISULLUS . Antiquitat. Asiat. part. 11. num.vI. pag. 7.
- (45) AELIANUS. Var. biftor. lib. xII. cap.1.
- (46) ID. ibid. lib. XIII. cap. XXX.
- (47) ID. ibid. lib. XII. cap. LXVIIII.
- (48) EURIPIDES . In Andromacha.
- (49) ARISTOPHANES. In Lysistrata . v. 63.
- (50) MURATORIUS . N. Tb. DLIII. 5.
- (51) ID. ibid. MXXXVII. 5.
- (52) MARMORA OXONIEN. part.I. n. VIIII.
- (73) MURATORIUS. l.l. DXLVII.I. DLIII.5. DLIIII. 4. DLVIIII. 12.
- (54) ID. ibid. DXLVII. 2.
- (55) ID. ibid. MXXXVII. 6.
- (56) MARMORA OXONIEN. In Append. num. xxxII.
- (57) Ibid. num. XXVIIII.
- (58) MURATORIUS. DCVIII.7. DCCVIIII.4.
- (59) ID. *ibid*. MXXVI. 1.
- (60) In hoc opere. Inter monumenta Neκρολογικά num. xxII.
- (61) REINESIUS. Antiq. inscription. cl. I. num. cxiil. & cxcvl.
- (62) GRUTERUS . LXII. 9. LXXX. 2.
- (63) GRETSERUS. Gramm. Graec. deapostropbo adnotat. 111I.
- (64) Sponius . Miscellan. erudit, antiquitat. sed. x. num. CXXXIII.

# IN MONUMENTUM I DISSERTATIO DE FORTUNAE DIVINITATE APUD GRAECOS VETERES

## ΣΥΝΟΨΙΣ

## DISSERTATIONIS

## IN MONUMENTUM I

# DE FORTUNAE DIVINITATE

## APUD GRAECOS VETERES

- S.I. Portunae divinitas apud veteres Graecos demonstranda proponitur ex antiquorum scriptorum, ac monumentorum auctoritate.
- S. II. Ratio redditur, sur PLUTARCHUS nullum recenseat philosophum, qui de Fortunae divinitate disseruerit. Afferuntur autem bac de re et illustrantur PLATONIS et ARISTOTE-LIS testimonia.
- S. 11I. LIBANIUS et SALLUSTIUS philosophus, necnon ARTEMIDO-RUS perspicue admodum Fortunae divinitatem affirmarunt.
- S. IIII. Graeci etiam poetae, ut PINDARUS, EURIPIDES, ac vetus ille, qui sub ORPHEI nomine delitescit, MENANDER, et PHILEMON eamdem comprobarunt.
  - S. v. Ratio affertur praecipua, ob quam Fortuna inter Deos relata ab antiquis fuerit.
- S. vI. Eiusdem Forsunae divinitas apud Graecos veteribus confirmatur monumentis.
- S. vil. Ex veteribus ἐπιγραφοῦς, in quibus memoratur ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ bona Fortuna, aliae quidem, an eam ut Numen referant, dubium maxime est;
- S. VIII. Aliae vero minorem certe, sed aliquam tamen pariunt dubitationem.
- S. VIIII. Rationes adducuntur, quibus solemnis etiam Graecorum formula AEAOH TYXH censeri possit implicita Numinis Fortunae invocatio.
  - S. X. Non desunt antiquae iwippapai, de quibus nulla prorsus adest D dubi-

- dubitandi caussa, quin Fortunam, ut Numen exhibeant; in aliquibus enim TYXH appellatur GEA.
- S. xI. In aliis vero intelligitur implicite sic nuncupata; secus nullasuperesset eisdem significatio.
- S. xII. Alterius Graecae ἐωιγραφῆς, quae Fortunae dicata est, sides defenditur-adversus MAFFEIUM. Additur vero aliud ex veteribus ἐωιγραφαῖς argumentum pro Fortunae apud Graecos divinitate.
- §. XIII. Recensetur MAZOCHII opinio existimantis tam apud Graecos, quam apud Romanos Fortunam pro Genio acceptam suissi eaque opinio aliis sirmatur argumentis.
- S. XIIII. Sed paucos ex veteribus ita sensise ostenditur, demonstrato utriusque Numinis discrimine, quod veteres ipsi interutrumque agnoscebant.
  - S. xv. Illustratur ISAIAE testimonium, atque expenduntur MAZO-CHII observationes.
- S. xvI. Graeci uno vel altero, Romani vero pluribus nominibus Fortunam colebant.
- S. XVII. Huiusce discriminis ratio petenda primo est ex eo, quod HO-MERUS, ut testantur PAUSANIAS, & MACROBIUS, Fortunam non secerit Deam.
- S. XVIII. De eadem re disseritur adversus LILIUM GTRALDUM. HE-SIODUS etiam de Fortuna siluit. Ex Graecis philosophis Fortunam vituperantibus alia ducenda est illius discriminis ratio.
- S. XVIIII. Divina somnia quando in somnis contingerent, tradidit IAM-BLYCUS.
  - S. XX. ARTEMIDORUS vero & MACROBIUS somnium de futuris, insomnium de praesentibus esse docent.
  - 5. xxI. Somnia generatim e Iove esse, atque ab omnibus Diis censebant veteres. Eadem & a Fortuna esse excogitavit ARTEMI-DORUS, eaque explicavit fausta, vel infausta.

DIS-

## DISSERTATIO

# DE FORTUNAE DIVINITATE

APUD GRAECOS VETERES

## ADVERSUS HERBERTUM DE CHERBURI.

S.. I.



I veterum Graecorum hominum indolem in religione praesertim erga Deos, adeo servidam, fuisse cogitemus, ut vetustiori aetate, qua slorebat Hesiodus, triginta mille Numina ipso teste (1) venerati iam suerint, ac praeterea insinitam propemodum Deorum multitudinem in.

dies receperint, atque eorumdem Numinum frequentissimas veluti colonias ad nationes alias transmiserint; si deinde rationem illam perscrutemur, ob quam apud gentes omnes inventa funt Numina, nempe vitae huius necessitatem, utilitatemque maximam; magna quidem hinc oriri faltem debet in mente suspicio, Graecos eosdem inter sua Numina Fortunam etiam facile admissse, eique, sicut alia splendidissimo venerabantur cultu, divinos, eximios, ac prope fingulares decrevisse honores. Si vero diversa ac multa Graecae historiae monumenta consulere. velimus; ita certo, ita evidenter de Fortunae apud Graecos divinitate constabit, ut nulla amplius vel minima de hac re dubitatio excitari a quoquam possit. Quamobrem mirum profecto videtur, eruditum virum HERBERTUM de CHERBURI in ea fuisse opinione, ut putaverit, nec apud orientales, nec apud Graecos Fortunae cultum obtinuisse. De orientalibus solliciti esse non possumus; de Graecis enim dumtaxat agendum a nobis est. Itaque Fortunae divinitatem adeoque & cultum apud illos fuisse demonstrare primo aggredimur ex veterum probatissimorum scriptorum auctoritate: deinde vero illud prosequemur, quo unice ex Pausania usus est mythologus Banier, multo amplius argumentum, ex pluribus antiquis monumentis, praepraesertim vero ex veteribus Graecorum iniquação, atque ex hac nostra, quam illustramus. Quare nil erit opportunius, quam & de somnio disseramus, quod habuit I. AOHNA, quodque postremo loco in eius imiquação commemoratur. Neque vero quisquam a nobis consutationem exspectet rationum, ob quas Herbertus de Cherburi in eam descendit opinionem, quam resellimus: etenim auctor ille (2) dixit tantummodo, sed neque apud Graios, & orientales obtinuit eius (Fortunae) cultus; nulla autem indicavit suae assertionis sundamenta. At quaecumque ea esse possint ; eadem certe nonnis admodum insirma, ac nullius omnino ponderis censeri debent, quae numquam sanc argumenta a nobis assertenda vel minimum quidem insirmare poterunt.

6. II.

Atque ut a veterum scriptorum auctoritate exordiamur, animadvertimus in primis, mirandum non esse, si inter philosophos, quorum placita recenset Plutarchus, nemo plane, ubi de Fortuna (3) sermo est, eam inter Deos collocet. Mens enim Plutarchi in eo libro est, ut ex eius titulo constare potest, placita, ac decreta philosophorum tradere, quae in rebus tantum naturalibus verfantur. Quare scriptor ille (4) philosophorum sententiis de Deo generatim traditis, de nullo peculiariter Numine in toto eo libro disserit. Nec de solis, & lunae, aliorumque planetarum divinitate ullam facit mentionem, quum de his omnibus ex instituto (5) eorumdem sapientum opiniones enumeret. Exfpectandum ergo non erat, ut Plutarchus afferens Platonis, & Aristotelis de Fortuna sententias, eas ex hisce scriptoribus seligeret, quae ad comprobandam ipsius Fortunae apud Graecos divinitatem pertinerent. At de Plato-NE quidem, ubi de Fortuna loquitur, dubitatio aliqua inesse potest, nulla vero, vel ferme nulla de Aristotele historice loquente, an Fortunam inter Graecorum Deos referat. PLA-To (6) enim ait : ώς Θεός μέν πάντα, κα) μετά Θεε Τύχη, κα) καιρός τ'ανθρώπινα διακυβερνώσι ξύμπαντα. Deum quidem, & cum Deo Fortunam, opportunitatemque res omnes humanas gubernare. HIEROcles (7) quidem dictum hoc Platonis de Fortuna interpretatur iuxta iuxta propriam de illa opinionem (8); quod nempe divina. Fortuna nil aliud sit, quam Dei adversus crimina sententia; sed interpetrationem suam nullis confirmat rationihus. Quod si velint. Platonem eo in loco Fortunam Deam non facere, certum tamen est, ab eo tradi rationem illam, ob quam a gentibus Fortuna inter Deos relata est. Ceterum quum xaipò; idem sit, ac χρόνος, qui CICERONE (9) teste, Graecis Deus erat, immo ipse καιρος dicatur a PAUSANIA (10) ο νιώτατος των Διος παίσων, Ιουίς filiorum natu minimus, cui aram dicatam commemorat; propterea & xaleos censendus est pariter Graecorum Deus. Ac de xaleos quidem, ut Deo, erudite disserunt RIVAUTELLA, & RICOLvius (11) marmorum Taurinensium editores. Hinc inverosimile non est, in adducto loco Τύχην quoque a Platone recenferi tamquam Numen, quod cum Iove, nempe supremo omnium Deo, & cum τῷ καις ῷ humanas res omnes moderetur. Sed Ari-STOTELES (12) paullo clarius Fortunae divinitatem ab aliquibus admissam narrat, inquiens: अंगं और नाम्बद और जी कार्य मेर वार्गव में Tuχη, άδηλος δε άνθεωσίνη διανοία, ώς θείον τι έσα, και δαιμονίστερον, sunt autem nonnulli, quibus Fortuna videtur esse quidem caussa, sed humanae menti obscura, tamquam sit divinum quid, ac numen excellens. De his vero scriptoribus si qua est dubitatio, an revera de Fortuna loquuti sint, tamquam de Numine; de aliis, quos fubiicimus, nulla certe excitari poterit. Qui autem allati a nobis funt, nullo modo erant praetermittendi; ipsi enim viam veluti sternunt ad alios mox afferendos.

§. 111.

LIBANIUS nimirum, & SALLUSTIUS philosophus magis perspicue Fortunae Numen testantur. LIBANIUS quidem non videtur ex propria sententia id fateri. Nam alicubi (13) ait: φοβεμαι τάντην ἐγὰ τὰν θεὰν, ἢ γέλωζα ἐξ ἐμε πεπόριςαι, istam ego Deam formido, quae risum ex me comparavit; at idem auctor iuxta communem saltem suorum opinionem haec, quae sequuntur, alibi (14) protulit: χρη γὰρ οἰσθαι καὶ τῆ τύχη κῶσθαι ἐν ἐρανῷ θρόνον εἰ καὶ μὰ ἐν τοῖς διάθεια Θεοῖς πρίθμηται, etenim par est, opinari etiam Fortunae sedem in caelo constitutam esse, licet inter duodecim Deos consentes numerata non sit. Quid clarius? Si namque in caelo eius

eius sedes constituta dicitur, nec tamen inter duodecim Deos, qui excelsiores a gentilibus putabantur; profecto ea ponitur inter alios innumeros, quos ab his duodecim distinxere gentilium theologi. Quamquam vero scriptores initio superiorum adnotationum laudati, aliique etiam, praesertim poetae, Fortunam. ita laudibus exornant, ut videantur eam inter primores Deos constituere: hoc tamen non opponitur LIBANII doctrinae; consuetudo est enim eorum, qui Numen quodcumque laudant, illud super omnia alia extollere, ita ut in Orphicis somnus ipse. appareat Numen Iove Deorum omnium rege summo excellentius. Sed incoeptum iter prosequamur. Sallustius philosophus (15) non modo Fortunae divinitatem agnoscit, sed cultum ipsi, divinosque convenire honores tradit: in rossur, inquit, τὰ διάφοςα, καὶ τὰ σταρ ἐλπίδα γινόμενα πεὸς ἀγαθὸν τάτθεσα δύναμις τῶν Θεών, Τύχη νομίζεται, και διὰ τέτο μάλις α κοινή τὰς στόλεις την θεὰν προς ήκα τιμάν . . . εν τοις ύπο σελήνην δε την δυναμιν έχα, igitur diversa ac praeter exspectationem accidentia ad bonum vis Deorum disponens, Fortuna existimatur; ideoque potissimum urbes hanc Deam honoribus afficere generatim, universeque addecet ... ea sub luna potestatem exercet. Hisce scriptoribus addendus est etiam Artemidorus (16), qui eamdem Fortunam inter Deos terrestres collocat, eique divinorum somniorum vim tribuit. Neque vero tamquam de renuper inventa ipse loquutus est, sed quae iamdiu apud Graecos obtinebat, ficut aliorum Deorum, quos ibi commemorat, religio, & cultus. Artemidori plura afferemus infra, ubi de somnio I. Athenae erit disserendum.

## S. 1111.

Aliquos nunc poetas audiamus. Euripides quidem (17) Fortunam videtur a Deorum numero removere; his enim eamdem opponit tamquam aliquid ab iifdem omnino diversum.; inquit enim:

'Ω Ζεῦ . τὶ λέξω; πότερα σ' ἀνθρώπες ὁρᾶν;

"Η δόξαν ἄλλως την δε κεκτησθαι μάτην

Υσυδη, δοκώντας δαιμόνων είναι γένος

Τύχην δε πάντα τἄν βροτοῖς ἐπισκοπεῖν.

O Iup-

O Iuppiter quid dicam? utrum te homines respicere? An opinionem temere hanc habere frustra, Falso existimantes esse Deorum genus, Fortunam vero omnia mortalia gubernare.

Sed vatem hunc postea sanioris mentis suisse ait NATALIS Comes (18) eumque secisse Fortunam Deorum ministram; sed rectius dixisset, ab Euripide Deos sieri Fortunae auctores, ut ipse (19) eos vocat Τύχης ἀρχηγέτας. At Pindarus modo Deam. dixit, modo Iovis siliam, eamque ex Parcis potentiorem. Primo (20) enim ait: δς Τύχα μὲν δαίμονος, qui Fortuna quidem divina; deinde (21) vero cecinit:

Λίσσομαι παῖ ξηνὸς ἐλευθεςίν Ἰμέρω ἐυρυθενέ` άμ-Φὶ πόλει, σωτῆρα Τύχα.

Supplico tibi filia Iovis libertatis praesidis pro Himera potenti urbe, servatrix Fortuna. De hoc autem poeta opportune scripsit Pausanias (22): ἐγῶ μὲν ἔν Πινδάρε τὰ τε ἄλλα πάθομω τῆ ἀδῆ, τοὴ μοιρῶν τε εἶναι μίαν τὴν Τύχην, τοὴ ὑπὲρ ἀδελφάς τι ἰσκυέν. Facile autem mihi Pindarus in suis canticis, quum alia multa persuadet, tum vero unamesses Parcarum Fortunam, & eam quidem potestate sororibus antecellere. Vetus autem poeta (23), qui sub Orphei nomine delitesscit, Fortunae hymnum ita exorditur:

Δεύρο Τύχη καλέω σ' αγαθην κράνταραν επ ευχαίς.

Huc Fortuna voco te bonam ducem in orationibus; atque eumdem hymnum ita perficit:

Αλλα Θεα λίτομαί σε μολάν βίφ ἐυμενέκσαν.

Sed Dea supplico te venire vitae benevolam.

His addere libet MENANDRUM & PHILEMONEM. Ille apud ATHE-NAEUM (24) cecinit:

Τύχη κυβερνά πάντα ταύτην κεψ φείνας
Δεί κεψ περούαν την θεόν καλείν μόνην.
Fortuna regit omnia, hanc, & ingenium
Et prudentiam oportet folam Deam vocare.

PHILEMON vero contendit quidem Deam non esse Fortunam; sed dum hoc demonstrare conatur, ostendit communem suisse de illius divinitate opinionem, quam suis rationibus ab hominum

num mentibus evellere conatur. Ita ergo loquutus est apud CLEMENTEM Alexandrinum (25).

'Ουκ ές ν ήμιν εθεμία Τύχη Θεός,
'Ουκ ές ν άλλα τ' ἀυτόματον, δ γίνεται
'Ως έτυχ' εκάστω προσαγορίνεται Τύχη.
Nulla eft nobis Fortuna Dea,
Nulla eft, sed casus, quod contingit.
Temere unicuique vocatur Fortuna.

**§**. v

Itaque licet aliqui ex Graecis praesertim philosophis τύχην Fortunam spernerent, vehementer reprehenderent, eamque propterea a Deorum collegio removerent; ex his tamen, qui adducti funt veteres scriptores, satis certe patet Graecorum. opinio de Fortunae divinitate. Fortunam quidem gentes omnes veri, ac supremi Numinis in res humanas providentiam ignorantes admisere; atque vix unum, & alterum invenies, qui eius vim non agnoverit. Quum autem existimarent, eius maximum esse in easdem res humanas vel prosperas, vel adversas imperium, potestatemque; hinc sicuti alia omnia sibi fecerunt Numina ex rebus, quas vel fibi utiles, vel necessarias putarunt, ita facillime & Fortunam sibi Deam constituere. Quam quidem de vi Fortunae opinionem sectati sunt non solum indocti, ac de trivio homines, sed philosophi etiam, ac viri, qui apud Graecos sapientiores habebantur. Unus omnium loco esse posset Demosthenes (26), qui hanc de Fortuna sententiam protulit: μεγάλη γὰρ ρόπη, μαλλον δε τὸ όλον η Τύχη έςὶ πρὸς απαντα τὰ τῷν ἀνθρῶωων πράγματα, magnum enim quid est momentum rerum, vel potius totum est Fortuna ad omnia hominum negotia. At scriptores etiam superius laudati, dum de Fortuna loquuntur, eamdem tuentur opinionem. Sic pariter antiquus vates (27) sub Orphei nomine paullo ante laudatus cecinit:

Έν σοὶ γὰς βίοτος θνητών παμπολειλός ές ιν.

In te enim vita hominum multiplex eft.

Ita etiam alii pene innumeri ex veteribus scriptoribus. Quaremirum profecto non est, si Graecorum antiqui theologi Fortunam, ut Deam, permiserint, vel praeceperint esse a populis colendam.

\$\int\_{\text{s}}\text{v}\text{l}.

## §. vI.

Ouod quidem quum demonstrent templa, arae, & simulacra ipsi Fortunae apud Graecos dicata, de quibus Pausanias; tum etiam oftendunt haec alia, quae mihi modo suppetunt, venerandae antiquitatis monumenta. Namque in catalogo aureorum munerum, quae rex Seleucus Callinicus misit ad templum Apollinis Didymei, ut legitur in monumento Milesio apud Chisullum (28), recenfetur ΦΙΑΛΗ ΚΑΡΙΩΤΗ ΑΓΑΘΗΣ ΤΥ-XHE MIA, Phiala Carlota bonae Fortunae una; quinimmo haec primo loco praeponitur aliis Deabus, quibus simile donum ab eodem rege factum est. Sequitur enim ΑΛΛΗ ΚΑΡΙΩΤΗ ΘΕΜΙΔΟΣ MIA, alia Cariota Themidis una; ΑΛΛΗ ΚΑΡΙΩΤΗ ΛΙΤΟΥΣ ΜΙΑ, alia Cariota Latonae una . 'Αυτοματίας βομὸν aram Fortunae rebus beneaffluentibus erexisse Timoleontem narrat PLUTARCHUS (29) bonae autem Fortunae άγαθης Τύχης statuam in Atheniensi Prytaneo πρὸς τῷ Πρυτανείφ refert AELIANUS (30), de qua & elegantem habet historiolam cuiusdam adolescentis, qui statuam illam amabat vehementissime. Quum autem in Prytaneo esset Fortunae simulacrum, in eoque haberetur fenatus, & in eo fierent decreta Δήφιτματα; hinc arguit KREBSIUS (31) propterea pronuntiatam in iildem folemnem formulam ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ, de qua σὺν Θεώ dicemus in libro de Atheniensium Ingiomagi. Iam vero & de Fortunae templo fermo est in monumento, ut Humphrido Prideaux videtur, Smyrnensi, quod habemus inter marmora Oxoniensia (32), & apud Reinesium (33), in quo quidem veteri monumento legitur: ΣΜΑΡΑΓΔΟΣ ΠΡΥΤΑΝΙΣ ΝΑΟΝ ΤΥΧΗΣ ΚΑΤΑΣΚΕΥΑΣΕΙΝ ΕΝ ΤΩ ΦΟΙ-NEIKO, Smaragdus Prytanis Fortunae fanum exstruere in palmeto. In Epiro etiam templum fuisse eidem Fortunae dicatum refert AELIANUS (34). Pheraitas quoque habuisse Fortunae templum. cum eius simulacro, narrat Pausanias (35). Plutarchus vero (36) scribit Timoleontem pariter, postquam tyrannos Sicilia expulit, augustissimum Fortunae templum erexisse. Denique & aliud Fortunae templum erat in Syracusarum urbe; quae quidem Graecarum omnium maxima, & pulcherrima conftabat ex quatuor magnis urbibus, quarum tertia, quia in ea antiquum Fortunae fanum fuit, appellabatur τύχη, quod commemorat CICERO (37) his verbis: tertia Syracusarum urbs, quod in ea parte Fortunae fanum antiquum suit, Tyche nominata est.

6. vil.

Argumentum aliud pro Fortunae divinitate apud Graecos veteres nobis suppeditant eorum inscriptiones AFAOH TTXH dicatae. Sunt paucissima quidem haec monumenta, atque ex his quaedam trahi in disputationem possunt, ac de iisdem primo dicemus; sunt tamen ex iis aliqua, de quibus nulla prorsus excitari poterit quaestio, de quibus postea erit dicendum. Ad primum genus spectare potest, quae sequitur ex MURATORIO (38) deprompta:

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ ΑΥΡ. ΠΑΡΜΕΝΏΝ ΚΑΙ Η ΓΥΝΗ ΑΥΤΟΥ ΑΥΡ. ΕΙΣΙΔΟΤΗ ΑΡΤΕΜΙΣΙΝ ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ

Quum enim in hac Aur. Parmeno, & coniux eius Aur. Isidote Dianis mansuetis gratiarum actionem referant; videtur quidem illud АГАӨН ТҮХН initio positum non esse Numen, cui dicatum sit monumentum. Itaque videntur potius verba illa nil aliud efficere, quam consuetam Graecis formulam, qua saepe bene ominandi caussa utebantur. Ergo in hac ἐπιγεαφή eius formulae. sensus erit, ut Dianis mansuetis accepta sit gratiarum actio, quam ipsis reddunt Parmenon, & Isidote. Verum contra etiam dici potest, iisdem verbis indicari, Numen ATAOH TYXH, tamquam his vocibus invocetur Dea ATAOH TYXH, quae acceptum facilius reddat APTEMIZIN illud KAPIZTHPION. Si vero dixerint invocationem hanc Deae bonae Fortunae non usurpari in. pluribus aliis similibus monumentis, quae vel continent gratiarum actiones, vel dona aliis Numinibus facta, iam promptan. quisque videt responsionem, deesse quoque in iis ἐπιγεαφαίς mentionem bonae Fortunae, tamquam consuetam pluribus in rebus formulam; quoniam desunt eadem verba AFAOH TYXH. Quapropter in eodem gradu remanet utrobique difficultas.

S. VIII.

## s. viil.

Atque haec quidem multo minor deprehenditur in aliis duabus in papaic, quarum altera apud eumdem MURATORIUM (39) hoc habet initium:

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ ΣΜΙΝΘΕΙ ΛΠΟΛ ΑΩΝΙ ΚΑΙ ΑΣΚΛΗ ΠΙΩΙ ΣΩΤΗΡΙ

Altera vero apud Reinesium (40) simillima, cuius initio haec leguntur:

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ ΔΙΙ ΗΛΙΩ ΜΕΓΑΛΩ ΣΑΡΑΠΙΔΙ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΣΥΝΝΑΟΙΣ ΘΕΟΙΣ

Potest enim existimari positum utrumque hoc monumentum tam AFAOH TTXH, velut Numini, quam aliis Diis in utroque commemoratis. Nec quidquam in utriusque in inversationem. Verum sicut in illo Muratoriano monumento, quod superius allatum est, dubius remanet illorum verborum AFAOH THXH sensus, licet illud contineat APTEMHZIN sactum KAPIZTHPION, atque in eodem casu tertio sint, & AFAOH THXH, & APTEMIZIN, ita in his duobus eadem urgeri poterit dubitatio ab iis, qui velint positum AFAOH TTXH tamquam communem Graecis formulam.

## §. VIIII.

Sed ut addam, quod in hac re animadverti potest, ipsam quidem formulam Graecis usitatam AFAOH THXH, cur dici nequit, continere invocationem quamdam bonae Fortunae, tamquam Deae, ne excepta quidem eadem formula, quae saepissime adhibetur in Graecorum decretis? Mihi quidem nihil occurrit, quod huic opinioni repugnare possit. Namque in primis bonam Fortunam ut Deam a Graecis habitam suisse fatis iam demonstratum est superioribus argumentis. Deinde vero neque in monumentis, neque in scriptorum locis, in quibus eadem reperitur, quidquam apparet, quod eam interpretationem reiiciat. Applanum (41) fortasse oppones, qui referens E 2

quoddam Romanorum decretum, ubi illi solebant hac uti sormula: quod selix, saustumque sit; ipse ponit Graeca illa Afaoh tixh, ex quo videtur eius sormulae sensum non esse, ut invocetur bonae Fortunae Numen. At his facilis est responsio; Appianum scilicet non verbo verbum reddidisse, sed formulam sormula, quae una alteri, quam maxime poterat, accederet; utraque enim selicem decretis exitum adprecatur: atque altera quidem expressam in supradicta opinione Numinis bonae Fortunae invocationem continet; altera vero vel hanc invocationem habet implicitam, vel generatim prosperum rebus exitum portendit.

Sed ea nunc afferamus monumenta, de quibus nulla prudens oriri potest dubitatio, quin bonae Fortunae tamquam Numini sint consecrata. Binae sunt aqud Gruterum (42) iniquação, quas tamen hac in re ut unicam puto, quod ab uno Ubiano Antiocho sint positae. Eas graece tantum attulit Gruterus ex eo fortasse, quod in earum prima habeatur versu secundo vox, quae nullum parit sensum, si cum ceteris eiusdem vocibus componatur: en imagrae qua

ΘΕΑ ΕΠΙΚΟΩDeae . propitiaeΙΣΙ ΤΥΧΗ. . . FortunaeΤΙΤΟΣ ΦΛΑΟΥΙTitus . FlaviΟΣ ΟΥΒΙΑΝΟΣus . UbianusΑΝΤΙΟΧΟΣ ΕΥAntiochus . oΞΑΜΕΝΟΣ ΑΝΕrans . poΘΗΚΕΝfuit

ΘΕΑ ΕΠΙΧΘΟDeae . terreΝΙΩ ΤΥΧΗftri . FortunaeΤΙΤΟΣ ΦΑΟΥΙTitus . FlaviΟΣ ΟΥΒΙΑΝΟΣus . UbianusΑΝΤΙΟΧΟΣ ΑΝΕAntiochus . poΘΗΚΕΝfuit

Primam ex Smetio, alteram ex Boissardo, utramque ut Romae in parvis aris exfistentem protulit Gruterus. Utramque vero inceadem ara scriptam iudicarem, si idem vel Smetius, vel Boissare.

sardus utramque exscripsisset. At inverosimile omnino videtur, neutrum ex his vidisse aram ex utraque parte exsculptam, si res ita se habuisset. Quodque de Smetio, vel Boissardo observavi, idem de aliis, qui eas exscripserint, dictum esto. Iam vero inhis ἐπιγραφῶς ΤΥΧΗ expresse Θεὰ vocatur, vel ΕΠΙΚΟΟΣ propitia, vel ΕΠΙΧΘΟΝΙΟΣ terrestris. De epitheto ἐπίκοος erudite disseruit Martorellus (43); aliud vero facile intelligitur, cur Fortunae sit attributum. Namque ut antea diximus, Fortuna inter Numina terrestria collocatur ab Abtemidoro: terrestrem quoque aliqua ratione facit Sallustius philosophus supralaudatus (44) dum ait de ipsa: ἐν τοῦς ὑπὸ σελήνην δὲ τὴν δύναμιν ἔχει, sub luna potestatem exercet. Quamvis vero ex scriptoribus initio adnotationum a nobis laudatis, aliisque praeterea, ut ex Euripide (45), qui cecinit:

'Ουδείς δε θνητών παις τύχαις άχήταρος 'Ου Θεών, ἀοιδών είπερ & ψευδείς λόγοι.

Nullus autem mortalium est illaesus a Fortuna

Neque Deorum, si modo non sunt falsa poetarum carmina; quamvis, inquam, ex hisce scriptoribus non modo terrestria, sed caelestia etiam moderetur Fortuna, attamen ex eo ipso quod rebus praesit terrenis, iure, ac recte ab Ubiano terrestris dicta est. Sed mentio heic facienda est etiam vetustissimi cuiusdam monumenti, quod asservatur in locupletissimo ac praeclarissimo Veliterno Museo Praesulis cl. Stephani Borgiae, sacrae congregationis de propaganda side a secretis, viri doctissimi, & litterariae reipublicae bono nati. In ea ἐπιγραφή legitur ΘΕΟΣ ΤΥΧΑ Dea Fortuna; atque ut Deam ibi exhibitam putat cl. Barthelemy, in epistola ad eumdem data. Eam vero ἐπιγραφην iussu optimi Praesulis σην Θεφ alibi illustrabimus.

## S. xI.

Alia praeterea funt vetera monumenta apud MURATO-RIUM, REINESIUM, & IULA CAESAREM CAPACIUM, in quibus etsi Fortuna non appelletur Dea; ut Numen tamen excogitatam esfe perspicue colligitur. In hoc numero ponenda certe est primo imigrapi haec, quae apud MURATORIUM legitur (46):

ΑΓΑΘΗΙ ΤΤΧΗ
ΘΕΑΜΑ ΤΙΒ. ΚΛ
ΧΑΙΡΕΜΩΝ
ΚΑΙ ΤΙΒ. ΚΛ. ΑΥ
ΡΗΛΙΑΝΟΣ ΑΡΧΕ
ΛΑΟΣ ΧΑΡΙΣΤΗ
ΡΙΟΝ

Hanc vero Bimardus apud eumdem Muratorium ita interpretatus est:

Quod . felix . fauftumque . fit
Spe Etaculum . Tib. Claudius
Chaeremon
Et . Tib. Claudius . Au
relianus . Arche
laus . in gratiarum
actionem (ediderunt)

Quis vero est, qui non videat, illud Araoh Trxh reddendum. esse bonae Fortunae, cui tamquam Numini sacratum sit hoc monumentum? Secus enim cuinam in gratiarum actionem editum fuerit spectaculum illud, non modo ignoraretur, sed nullus etiam inippaon fensus constaret. Corsinus (47) quidem vocem. ΘΕΑΜΑ mutilam esse, & nomen hoc ΘΕΑ ΜΑΓΑΡΣΙΔΙ idest Palladi in eadem delitescere arbitratur: voces vero Araohi TTXHI solemnem formulam, aut Fortunae, bonique facti mentionem exprimere censet, non autem nomen, cui gratiae pro voto suscepto referantur. Verum necesse non est sigla excogitare, ubi prompta adest ratio explicandi vocem propositam. Sed vide etiam PLACENTINIUM (48) contra hanc Corsinii interpretationem paucis disputantem, ac eam, quae a nobis allata est, defendentem. Hanc pariter video fuisse mentem Froelichii, qui apud eumdem Muratorium (49) alibi monumentum hoc afferentem, ita interpretatus est: Bonae Fortunae speckaculum Tib. Claudius &c. in gratiarum actionem (exhibendum curavere). Nulla similiter remaneret significatio huic alteri ἐπιγραφή, quam ex REINESIO (50) exscribimus, nisi Fortunae tamquam Deae positam agnoscamus: КАЛЛН ΚΑΛΛΗ ΤΥΧΗ
Μ. ΑΛΦΙΔΙΟΣ . Μ. ΛΠΕΛΕΥ
ΘΕΡΟΣ ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΣ
ΤΑΤΡΟΣ ΦΥΣΙΚΟΣ
ΑΝΕΘΙΚΕΝ

Bonae . Fortunae
M. Alphidius . M. Liber
tus . Calliftratus
Medicus . Physicus
posuit .

Hanc exscripsi, ut est apud Reinesium; sed quisque animadvertere potest reponendum IATPOE & ANEOHKEN. Iamvero etsi mihi non occurrat exemplum, quo probem TYXHN appellatam esse a Graecis scriptoribus KAAAHN, omnes tamen norunt idem esse KAAAHN & ASAOHN.

S. xII.

Aliam denique nobis suppeditat IUL CAESAR CAPACIUS (51), de qua nulla potest esse suspicio, quin ad Deam Fortunam non pertineat.

Μ. ΜΑΡΙΟΣ ΕΠΙΚΤΗΤΟΣ

ΤΗΙ ΤΥΧΗΙ ΝΕΑΠΟΛΕΩΣ ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ

**ANEOHKEN** 

M. Marius . Epictetus
Fortunae
Neapolis
in . gratiarum . actionem
pofuit

De cultu huius Numinis apud Neapolitanos, ac de voce XAPI-ETHPION erudite differit laudatus auctor. Sed diffimulandum. non est, Maffeium (52) in ea esse opinione, ut putet ex Graecis monumentis, quae tamquam Neapolitana recenset CAPA-CIUS, paucissima esse, quae suspicione vacent. Quamvis vero eam, quae τΗΙ ΤΥΧΗΙ diçata est ἐπιγραφὶ, nominatim non recenseat; rationes tamen, quas ille affert, hanc etiam comprehendunt. Arbitratur enim, Graecam linguam Neapoli popularem non fuifse sub Rom. Imperatoribus (53). Deinde addit (54), Neapoli, quum ibi Graeca lingua obtineret, omnem magnam Graeciam cum reliqua Italia usam fuisse Dorica dialecto; vel si Aeolicam in iis urbibus viguisse aliqui putent, hoc in idem sere recidere ob cognationem maximam Aeolicae cum Dorica dialecto. Porro ad primum quod pertinet, ἐπιγραφὶ illa dicata THI TYXHI habet nomina M. MAPIOZ, quae funt Latinae originis; adeoque. demonstrant iam Neapolitanorum cum Latinis commercium, atque consuetudinem; deinde vero, quod ad alterum spectat, diale-

dialecti Doricae, vel Aeolicae nullum est in eadem ἐπιγραφη vestigium, ubi adesse oportebat. Ergo iuxta ea principia a Mar-FEIO constituta nil evidentius esset, quam inscriptionem illam. inter apocryphas reiiciendam esse. Quod vero probat MAFFEIUS de Latina lingua, quae Neapolim sub Rom. Imperatoribus induci debuit, optime convenire videtur cum iis, quae generatim de exterarum linguarum in urbem aliquam ingressum accuratissime contra Dominicum Diodatum disputavit Iohannes Ber-NARDUS DE ROSSI (55). At MAZOCHIUS (56) affirmat Doricam dialectum floruisse non in omni, sed in maiore tantum magnae Graeciae parte; ipse (57) vero sinceras supponit Graecas inscriptiones Neapoli exsistentes. Atque has quidem non repugnat antiquiores esse Romanorum colonia Neapolim inducta, vel etiam ad eam pertinere aetatem, qua primum colonia Rom. illic habitavit; ut ex ipfo Iohan. Bernardo de Rossi deduci potest. Itaque nulla est satis firma ratio a MAFFEIO allata, qua Graecae inscriptiones Neapoli exsistentes reiici tamquam spuriae debeant. Omitto autem alia MAFFEII argumenta levioris momenti; quae propterea nil probant adversus illam Neapolitanam ἐπιγραφὴν Fortunae tamquam Numini dicatam. Ex his ergo, atque ex nostra ἐπιγραφη optimum habes argumentum adversus Herbertum de Cherburi, negantem Fortunae apud veteres Graecos divinitatem. Quod quidem argumentum quoad nostram ἐπιγραφὴν augeri adhuc potest ex eo, quod voces ΑΓΑΘΗ TTXH prae ceteris omnibus expressae in illa funt litteris maioribus. Quamvis autem Graeci vetustiores solerent omnia aequali prorsus charactere exponere; attamen subsequutis temporibus, quum praesertim Romanorum adepti essent consuetudinem, coeperunt etiam, ut illis in more positum erat, in imigoaquis Deorum nomina grandioribus, relate ad alias voces, litteris exscalpere. Huiusce moris unum apud MAFFEIUM (58), tria comperi ариd Gruterum (59) exempla Graecarum inscriptionum, quae Numinibus funt dicatae, quaeque positae iisdem sunt a viris, qui Romano - Graeca habent nomina.

S. XIII.

#### S. XIII.

Ex his omnibus evidenter intelligitur, Fortunam apud Graecos ut Numen habitam, cultamque fuisse. De Romanis vero nulla prorfus excitata umquam dubitatio est, an in Deorum numerum eamdem collocaverint. At quodnam Fortunae Numen apud Graecos, & Romanos? Expendenda nimirum. est Mazochil (60) opinio, qui eam apud utrosque vix aliter quam pro Genio acceptam putavit. Namque interpretatus illud Isaiae (61): qui ponitis Fortunae mensam, & libatis super eam, observat primo, in Hebraeo textu legi: qui instruitis Gad mensam, & impletis Meni libamen; nostrum vero interpretem. pro hisce duobus idolis, Fortunae unius nomen memorasse. Quid ita, inquit MAZOCHIUS: synonyma, credo, putavit, ut qui animadverteret Graecos interpretes hic Δαιμονία, & Τύχης usos vocabulis, quae synonyma noster putavit; nam & Δαιμόνον Genium significat, & Toxn quoque vix aliter quam pro Genio accipitur, CHA-RISIO teste qui docet, την Τύχην Genium significare, Hinc τὰ Τυχάα h. e. tà Tuxne iseà quae Gazae, Alexandriae, Antiochiae, atque in. fingulis ferme civitatibus colebantur, templa erant Genio illarum civitatum consecrata. Verum cur, inquies, Fortunam, ac non potius Genium vulgatus hic posuit? Credo, quod apud Latinos etiam Fortuna pro Genio usurparetur. Hinc Fortuna barbata occurrit apud Tert. ad Nat. qui & extremo lib. de Monog. Fortunae muliebris meminit. Haec MAZOCHIUS in ISAIAM erudite observavit. In. Danielem (62) vero, ubi de Geniis veterum aliqua attingit, haec habet in eadem, cum superioribus sententia: In Appiani certe Particis legitur Aegyptius quidam magus dixisse Antonii Fortunam ( Τύχη Graecis tantumdem quod Latinis Genius ) ceteroqui maximam, a Caesaris Octavii Fortuna obscurari: proinde optimum factu fore, si ab Octavio Antonius quam longissime recederet; ο γας σος έφη, δαίμων τον τέτε φοβάται, nam Genius tuus, inquit, illius Genium reformidat. Pluribus aliis observationibus poterat Mazochius eamdem Fortunae cum Genio similitudinem commonstrare. Fortunae enim simulacrum, teste Pausania (53), Bupalus omnium. antiquorum primus cum cornu Amaltheae ad declaranda eius bona effinxit. Aliquando etiam effingitur modium in capite ha-

bens abundantiae fymbolum, eique additur cornucopia, & serpens: qua de re videndus de la Chausse (64). Eadem vero figna Genio etiam ab antiquis tributa novimus; namque cum cornucopia in sinistra, & calatho in capite effictus fuit; immo etiam sub serpentis imagine. Similem quoque tum Genii, tum Fortunae vim admittebant veteres. Genius enim, qui a gignendo dictus fuit iuxta Aufustium apud Festum, cuique statim a nativitate datus existimatur tamquam humanae mentis, ac voluntatis moderator · Quinimmo aliqui putabant, ficuti testatur NATALIS COMES (65), singulis hominibus vix in lucem editis duos fuisse Daemones, bonum alterum, alterum malum, quos Genios vocabant, quique natorum procurationem sibi sumerent. Alii autem, ut ipse scribit, arbitrati sunt, Genii nomine vocatam fuisse occultam vim planetarum, qua ad singulas res gerendas impellimur. De Fortuna vero, quis ignorat, fimilia plane a veteribus excogitata? Adde, quod sicuti Fortuna aliquando barbata dicitur, ita quandoque Genius barbatam gerit faciem. Denique, ut alia omittam, Fortuna dicta est a veteribus primigenia, quam Tullius (66) a qiqnendo affirmat nominatam. S. XIIII.

Hinc ergo mirum non est, si qui Fortunam cum Genio idem esse censuerint. At non omnium sane haec fuit opinio; siquidem Fortunam, ut fupra diximus, alii fecere Oceani filiam, quamvis & alii Iovis filiam dixerint; nisi tamen distinguenda sit Fortuna a Τύχη; qua de re consulendus Massieu, infra (67) laudandus; alii e fanguine natam putarunt; at Genium Iovis, & Ter-· rae filium credidere. Praeterea etiam in symbolis, quae antiquitas utrique adfignavit, aliqua apparet diversitas. Namque Fortunae simulacro addi consuevit clavus, sive navis gubernaculum, cui delphinus, & serpens superpositi sunt, vel ad eius firmitatem significandam, vel ad ipsius vim, & necessitatis potentiam exprimendam. At Genius saepe (Fortuna numquam) dexterapateram, vel simpulum tenens stat ante aram verbenis ornatam, facrificantis in morem. Huc accedit, quod Genium dicebant veteres adesse viris, feminis autem singulis Iunonem. Neque vero umquam reperies Genium muliebrem appellatum, ficuti

sicuti nuncupata est Fortuna muliebris. Praeterea Genium mero honorabant, quod numquam Fortunae oblatum invenies. Aliquis forte existimaverit, Genios a Fortuna distingui ab Euripide (68), ubi Iovem alloquens ait, an frustra homines invasit opinio illa:

Υευδη δοκένται δαιμόνων είναι γένος
Τύκην δε πάντα τ' αν βεοτοίς επισκοπείν;
Quoduspiam sit forte daemonum genus,
Furtuna cuncta cum regat mortalia?

At evidens est, ibi vocem δωμόνων significare Deos ipsos, Iovem namque poeta interrogat:

Ω Ζεῦ, τί λεξω, ποτεςάσ' ἀνθρώπες ὁρᾶν; Dicam ne te Iuppiter viros cernere?

fi nempe Fortuna cuncta moderatur? At Demosthenes, Aeschines, & Plutarchus apud Scapulam simul coniungunt Δαίμονα, & Τύχην; quae quidem nominum, & rerum coniunctio si aliquam supponit Genium inter, & Fortunam similitudinem, arguit quoque eodem tempore res esse inter se aliqua ratione diversas; secus ab iis scriptoribus minime coniungerentur. Neque enim ea nominant, tamquam synonyma, ut utrumque idem esse commonstrent.

\$. xv.

At ex antea dictis potuit sane Latinus bibliorum interpres ea vocabula ut synonyma censere; quum praesertim in eodem. sensu videri possint usurpata ab ipso Isaia. Saepissime enim in poeticis, ac propheticis veteris Testamenti libris eadem res in altera periodi parte diversis vocibus ad maiorem quamdam sermonis impossime exprimi solet. Quod pariter in illo Isaias loco contingere potuit; dum in prima periodi parte dicitur mensam poni, in altera libamen offerri. Quae & si ad unam, eamdemque rem, nempe ad sacrissicium Numini oblatum referantur, attamen quod in altera periodi parte additur, ipsum sacrissicium adhuc magis declarat, quam prior eiusdem pars. Fieri etiam potest, ut libatio illa, de qua Isaias, sucrit vini libatio, quae ut antea innuimus, Genio ab antiquis ethnicis siebat; atque hinc iuxta Grecos Lxx. interpretes in altera periodi parte

Genius debeat intelligi, cui vel soli, vel simul, si velis, cum. Fortuna ipsa factum libamen, ac facrificium ab Isaia indicetur. Quod vero addit eruditissimus Mazochius tà Túxng ispà, quae Gazae, Alexandriae, Antiochiae &c. colebantur, erant templa Genio illarum civitatum confecrata, lubentissimus admitterem, fi quod huiusce rei vetus testimonium attulisset, quod adhuc desideramus. Quod autem Mazochius ait de Latinis, quos arbitratur Fortunam pro Genio usurpasse, si hoc aliquando a... Latinis factum velit, non repugnaverim; semper vero id eos fecisse ex antea observatis falsum eruitur. Quid vero probant quoad Latinos duo illa exempla Fortunae barbatae muliebris? Genium quidem barbatum supra vidimus. At inter Numina solus ne Genius, fola ne Fortuna hoc nomine appellata est? Cenium vero nuncupatum fuisse muliebrem, ut ante animadvertimus, numquam agnovimus. Quod demum ex Appiano commemorat Mazochius, maxima certe commendatur verosimilitudinis specie. Verum quum plures sint vocis Jaipur significationes, nescio an evidenter probari possit, ibi pro Genio, potiusquam pro Deo generatim fumptum esse vocabulum illud. At quaecumque tandem eidem yoci adscribi debeat significatio; id tantummodo ex eo Appiani testimonio consequens erit, aliquos dumtaxat in ea fuisse opinione, qua Fortunam cum Genio prorsus confunderent; quum certe communis Graecorum, Latinorumque doctrina, ac fententia esset, Fortunam a Genio distingui, licet magna inter utrumque Numen intercederet similitudo. & xvL

Illud vero observandum est, quod tamen Herbertum de Cherburi nil iuvat, constare ex historia, ac monumentis Deae Fortunae, multo ampliorem, intensioremque suisse eiusdem. Numlnis cultum apud Romanos, quam apud Graecos. Etenim non solum multo plura sunt apud illos, quam apud istos monumenta Fortunae dicata; sed in illis praeterea Romanorum clarissime elucet maximus devoti animi fervor in Deam illan.; quippe qui eamdem quamplurimis nominibus insignitam coluere, ut ex Lilio Gyraldo (69), atque ex antiquis inscriptionibus dignosci potest. Quae quidem nomina ostendunt veterum Roma-

Romanorum in hoc Numen spem maximam, amorem, atquevenerationem. In eo autem variis nominibus colendo adeo fuere anxii, ut non modo venerati sint Fortunam bonam, fed ctiam Fortunam dubiam, quinimmo & Fortunam malam, cuius erat templum in Exquiliis, teste Plinio (70). At Graeci quidem generatim loquendo Fortunam coluere tantummodo sub nomine bonne, idest ajadir. Sane Iulius Firmicus (71) dixit, in caelo effe αγαθήν Τύχην, & κακήν Τύχην bonam Fortunam, & malam Fortunam; fed nullibi video cultam a Graecis fuisse. κακὰν Τύχην. Nec moror Siculos, quos Plutarchus, & Aemilius Probus apud Lilium Gyraldum (72) afferunt veneratos esse duτοματίαν Τύχην spontaneam Fortunam; hoc enim universalem Graecorum consuetudinem non effecit. Cur vero tanta haec Graecos inter, & Romanos diversitas ? Num Graecae theologiae praeceptum erat Deos uno, vel altero tantum cognomine appellare? At contra novimus πολυωνυμίαν inter praecipuas Graecorum Numinum dotes fuisse; haec enim Deos, tum pluribus locis, unde passim indita iisdem fuere nomina, solemni cultu decoratos arguebat, tum vero eorum diversa, atque nobiliora, quibus praeesse credebantur, munia, multiplicemque ipsorum potestatem ac Súrapur, & collata inde varia in humanum genus beneficia commonstrabat. Qua de re videndus SPANHEmius (73). Neque dixeris, Fortunam quoque apud Graecos πολυώνυμον dici in Orphicis, eo quod PINDARUS, PAUSANIA teste. superius laudato, Fortunam inter Parcas recenseat, Parcae autem in Orphicis appellentur πολυώνυμοι, haec, inquam, ne dixeris; nam in Orphicis Parcae quae vocantur πολυώνυμοι, funt Atropos, Lachesis, & Cloto; de Fortuna ibi ne verbum quidem. Haec autem in iis dem Orphicis (74) non πολυώνυμος multi nominis; sed magni nominis μεγαλώνυμος dicitur.

S. xviI.

Cur ergo Fortuna apud Romanos, non autem apud Graecos tam multis colebatur nominibus? Rationem huius discriminis reddere nunc pro viribus tentabo. Hanc vero censeo deduci in primis posse ex Macrobii (75) in Homerum, atque Virgi-Lium observatione, quae huiusmodi est: Fortunam, inquit ille, HOMERUS nescire maluit, & soli Deo, quem Moser vocant, omnia regenda committit, adeo ut hoc vocabulum Tóxn in nulla parte Homerici carminis (seu voluminis ut in aliis editionibus) nominetur: contra VIRGILIUS non solum novit, & meminit, sed omnipotentiam quoque eidem attribuit, quam philosophi, qui eam nominant, nihil sua vi posse, sed decreti, seu providentiae ministram esse voluerunt; versus autem Virgilii (76) est.

Fortuna omnipotens, & incluctabile fatum.

Pausanias quidem ait (77), se invenisse in Homerico hymno Cereris illud nomen Τύχη, qui hymnus an nunc suerit repertus, quaestio adhuc est inter eruditos; ut accepi a cl. & eruditissimo viro Ioh. Christophoro Amadutio. Hymnum enim in Cererem a Christiano Federico Matthaeio repertum in codice sec. xiiil. bibliothecae synodi Moscoviticae edidit nuper David Ruhnkenius. (78); at Nicolaus Ignarra (79) dubius est de huius hymni γνησιοτίτη. Eustathius (80) autem & plerique alii non Homero, sed alteri poetae tribuunt hymnos illius nomine insignitos. Verum etsi carmen illud Homeri suisse cum Pausania aliisve admittamus, ex ipso tamen historico patet, agnitam ab Homero non suisse. Τύχην, tam quam Numen aliquod. De eo namque haec scribit Pausanias:

Ἡμεῖς μὲν μάλα πᾶσαι ἀν ἱμετρὸν λειμώνα Λευκίππη, Φαινώ τε καὶ Ἡλέκτρη, καὶ Ἰάνθη, Μηλόβοσίς τε, Τύχη τὲ, καὶ Ὠκυρόη καλυκώπις,

πέρα δε εδήλωσεν εδεν έτι, ως ή Θεος ες ν αυτη μεγίς η Θεων εν τοις ανθρωπίνοις πράγμασι, καὶ ἰσχὺν παρέχεται πλείς ν, ωσπερ γε εν Ἰλιάδι εποίησεν Αθηναν μεν, καὶ Ἐνυω πολεμέντων ηγεμονίαν έχειν. Ἄρτεμιν δε γυνεκών ωδίσιν είναι φοβεράν. Ἀφροδίτη δε τὰ έργα μέλειν τών γάμων. άλλ' έτος μεν εδεν άλλο εποίησεν ες την Τύχην. Fortunam etiam ipfam Oceani filiam ludentem cum Proferpina fecit quibusdam versibus:

Una omnes vario per prata comantia flore Candida Leucippe, Phaenoque, Electra, & Ianthe, Melobofis, Tyche, & Ocyrhoe praefignis ocellis.

De ea nihil praeterea: neque illud omnino Deam esse maximam, penes quam sint rerum humanarum momenta omnia; quum tamen idem poeta in Iliade bellantibus Palladem, & Enyo duces praesecerit, Dianam

nam feminis parturientibus sanctam, & venerandam esse dixit, Veneri autem nuptiarum curam attribuerit; verum de Fortuna nihil ille, plusquam ante dictum est, memoriae prodidit.

S. xvIII.

Miratur Lilius Gyraldus (81) quod Pausanias dixerit, primum Homerum nominasse Fortunam; quum ante hunc poetarum principem Fortunae meminerit Orpheus in hymno, quem\_ eidem Fortunae, cum thuris idest Libani thymiamate concinnuit. Orpheum quoque de Fortuna canentem laudat Natalis Co-MES (82). At in primis si Homerus Fortunae mentionem facit, Pausania testante; ex huius longiori oratione coniici potest, ab illo non laudari Fortunam, ut Numen aliquod. Enimvero etsi HOMERUS, iuxta Pausaniam, affirmet, Fortunam Oceani esse siliam; attamen iuxta eumdem historicum non illam excogitavit, ut Deam, penes quam fint rerum humanarum momenta. omnia; ficut tradunt ii, qui illam inter Deos enumerarunt, neque ei ullum tribuit munus, sicuti exempli loco tributum Palladi, Dianae, & Veneri ab Homero idem refert. Deinde nemo hisce temporibus genuina esse contendit Orpher carmina. Adde quod Hesiodus, qui Deorum omnium ortus conscripsit, nullam de Fortuna mentionem iniecerit; qua de re videndus est D.Mas-SIEU (83). Quum ergo apud Graecos mos effet canendi poetarum carmina, ut ad religionem informarentur, quum vero in poetis Graecorum principibus Fortuna vel non recenseretur inter Numina, vel non laudaretur tamquam Dea; hinc certe oriri primo apud multos debuit vel opinio, vel faltem dubitatio, ipfam inter Deos locum non habere. Adde vero quod magis est, plerosque Graecorum philosophos, ut etiam ex supralaudato Macrobio constat, qui quidem in Graecia abundabant, non folum non agnovisse ullam vim Fortunae, sed etiam eosdem. contra illam disputasse, veluti rem inanem, & vacuam. Atque hinc etiam clarius fiet, cur minor apud Graecos fuerit, quamapud Romanos Fortunae cultus; quae enim hucusque adnotavimus, non exigua certe fuere huic cultui impedimenta, quaeapud Romanos nulla, vel fere nulla exstitere. Iuvenalis (84) quidem praeclare scripsit, stulte inter Deos collocatam suisse-For· Fortunam: vates alii plures Latini eiusdem Numinis inconstantiam, atque iniquitatem accusarunt: sed nimis tardi suere horum poetarum labores; adeo enim Fortunam venerabantur iam Romani, ut ex ipsa eius iniquitate, ac inconstantia occasionem sumerent, eam magis, magisque colendi. Quare ut antea vidimus, & dubiae, immo & malae Fortunae divinos retulerunt honores.

## S. XVIIII.

Demum eiusdem Graecorum Fortunae divinitatem probat fomnium, quo admonita I. AOHNA hoc monumentum, de quo differimus, eidem ANEOHKE. Divina fomnia, quale est illud, quod L AOHNA obtinuit, fic definit, atque a ceteris distinguit IAMBLYCUS (85): 'Αλλ' ότε ύπνος, και ή κατοχή των δρομάτων, και ή κάρω ωροσφερής κατάλη ψις , και ή μεταξύ τε ύπνε τε και έγρηγόρσεως κατάστασις, καὶ ή άρτι άνεγειρομένη, ή ή παντελής έγρηγορσις, ωάντα θείά ές ι καὶ πρὸς ύποδοχήν τῶν Θεῶν ἐπιτήδια, ἀπ' ἀυτῶν τε ἐπιπέμπται τῶν Θεῶν, μέρος δὲ της θέας έσιφανώας, και κατά τοιαυτα προηγώται. Sed ille somnus, & quod ita oculi teneantur, & caro quasi opprimatur, & quod sic medii simus inter somnium, & vigiliam, vel quod aut pene expergesiamus, vel etiam quod omnino; omnia, inquam, ista sunt divina, & ad Deos suscipiendos accommodata, immo ab ipsis Diis concessa. funt, & quaedam portio divinae epiphaniae, five apparitionis illabitur per huiusmodi praeparationes. Haec IAMBLYCUS ex Aegyptiorum doctrina; quam quidem ad se transtulisse Graecos, sicuti alia plura ad Deorum religionem spectantia ab iisslem accepere, verosimile omnino est. Quod si Artemidorus, qui ex instituto de Graecorum somniis pertractavit, eius doctrinae non. meminit; hoc nil plane officit, quum neque ea tradat, quae eidem adversentur Aegyptiacae doctrinae.

## §. KX.

Ipse vero Artemidorus (86) distinguit, quod nobis opportune accidit, inter τον ὅναρον, & τὸ ἐνύπνιον, somnium, & informium inquiens: τάυτη γὰρ ὅναρος ἐνυπνία διαφέρα, ἤ συμβέβηκα τῷ μὲν είναι σημαντικῷ μελλόντων, τῷ δὲ τῶν ὀντων, hac ratione enim somnium ab insomnio differt, quod illud quidem futura significat, hoc vero praesentia. Quod quidem ita explicat: ὅιτε τὰν δεδιότα ὀςᾶν τὰν δεδιότα ἐνᾶν

α δεδα · κα) ακάλιν αυ τον αινώντα έσθίαν, και τον διλώντα πίναν, quod formidolosus videat ea, quae timet; & rursus quod esuriens comedat. & sitiens bibat. Haec ad infomnium, sive ivummor. Somnium vero ita declarat: O de overes evonvior re de everye de, de es eniçame προαγορεύσεως των μελλόντων, χα μεθ όπνον ένεργες έκάγων τας έιχειρήσεις. έγεραν τε και ονείρειν την ψυχήν απέφυκε. διά ταύτα και τε ονόματος άυτω πέθεντος απ' αυχής, παρά τὸ ὄν είραν δ έςι λέγαν. Somnium autem in. somnis obveniens semper efficax est, intendens curae praedictionis suturorum, & post somnium efficaces inducens aggressiones excitare. & concitare animam solet; atque ea gratia nomen ab ipsa re compromissa impositum habet. Siquidem overes Graecis ab ov idest verum. & deav quod est loquor, componitur. Distinctionem eamdem tradidit etiam MACROBIUS (87). Est, inquit, evo avior, quoties cura aggressi animi, corporisve sive Fortunae, qualis vigilantem fatigaverat, tale se ingerit dormienti; atque affert exempla rei praesentis, quae ad corpus, & fortunam pertineant. Somnii vero definitionem proponit arctiorem ea, quam ab Artemidoro accepimus; inquit enim: Somnium proprie vocatur, quod tegit figuris, & velut ambagibus, nonnisi interpretatione intelligendam significationem rei, quae demonstratur; adeoque de re futura... over formium esse fatetur. Sed Artemidorus hanc non docet esse omnium somniorum constantem, ac necessariam proprietatem, ut interpretatione indigeant. Somnia enim haec, qualia Macrobius describit, ea peculiari ratione Artemidorus opponit (88) inquiens: ἔτι τῶν ὀνκίρων οι μεν εἰσὶ θεωρηματικοὶ, δι δ'ε ἀλλεγομιώ. Somniorum alia funt speculativa, alia vero allegorica, hoc est aliorum significativa. Quod vero o d'unegos sit somnium de re sutura, innumera probant loca veterum scriptorum. In eodem. sensu plura etiam eius vocis exempla reperies in novo Foedere; fed in veteri haud raro vox alia evizarior fumitur in hac ipfa fignificatione, quam voci overpos convenire dixerunt ARTEMIDORUS, & MACROBIUS,

§. xxI.

Iam vero formula KATA ONAP, quae in hac legitur imprational demonstrat, Iul. Athenam monitam in fomnis fuisse, ut monu-

mentum Araoh tyxh bonae Fortunae poneret. Quod vero existimaverit se admonitam in somnis ab ipsa Dea Fortuna, videtur omnino ad veritatem accedere; neque enim indicat, a quonam Deo fuerit commonefacta. Namque in primis etsi fomnium ex love esse tradiderit Homerus (89), illud tamen Deorum. omnium donum ab ethnicis putabatur; ut ex innumeris veterum scriptorum locis perspicuum est. Quinimmo & somnia a. Fortuna ipsa immitti docuit Artemidorus (90), qui ex superstitionis fonte rationem quoque suppeditat iudicandi, quaenam eius fomnia fausta sint, quae vero infausta. Inquit enim: Τύχη δε ή μεν έωι κυλίνδρε ές ώσα, ωρνηρά πασι σημαίνα, διά τὸ τῆς βάσεως έπιxivo ovov . Fortuna super cylindro stans omnibus mala significat, propter basis ipsius periculositatem: ακ δε αγαθή η καθεζομένη, η κατακεκλιμένη. τὸ ἀσφαλές γὰρ καὶ τὸ βέβαιον διὰ τέ σχήματος ἐπαδάκνασιν, semper autem bona est sedens, aut reclinata; securitatem enim, & constantiam per ipsam figuram demonstrat; δσφ δ' αν πολυτελες έρα, και έυμορφοτέρα φαίνηται τοσέτω βέλτιον νομίσεσθαι, quanto vero sumptuosior, & formosior apparuerit, tanto melius esse putandum est. Qui vero secus sensere de his gentilium mysteriis, ab ipso ARTEMIDORO ibidem. reprehenduntur. Ergo prorsus verotimile est, luliam Athenam ab ipfa Fortuna in fomnis xar' ovae, ut in falfa ethnicorum opinione loquamur, admonitam fuisse, ut hoc monumentum eidem dicaret; adeoque hinc etiam colligitur, faustum fuissequod ex Fortuna se habuisse somnium censebat. Vividiori autem Graecorum omnium, praesertim vero seminarum phantafiae nil fane facilius, quam Deorum monita, ac responsa in. fomnis habere. Sed apud Romanos, nempe apud Antium, ut scribit Macrobius (91) promovebantur simulacra Fortunarum ad danda responsa vigilantibus; qui nimirum non noverant, se deceptos fraude sacrorum ministrorum, qui ex ipsis Fortunarum simulacris, vel proxime ex abditis locis responsa ipsarum nomine effundebant. Qui autem falsa religionis opinione abrepti sidem fomniis praestabant, non animadvertebant, quod egregius philosophus Cicero (92), observat : Quis est, inquit, qui totain diem jaculans, non aliquando collimet? Totas noctes somniamus, neque ulla fere est, qua non dormiamus: & miramur aliquando id quod somniamus evadere? (1) HE-

- (1) HESTODUS. Opera & dies lib. I. v. 250.
- (2) HERBERT de CHERBURI. De religions gentilium cap. XII. S. ult.
- (3) PLUTARCHUS. Placita philosophor. lib. I. cap. XXVIIII.
- (4) IDEM . ibid. cap. vI. & vII.
- (5) IDEM . ibid. lib. 11.
- (6) HIEROCLES. De providentia pag. 264. edit. Cantabr. Petri Nebedam MDCCVIII.
- (7) IDEM. In aurea Pythagoreor. carmina pag. 86.
- (8) RIVAUTELLA & RICOLVIUS. Marm. Tauninen. tom. 11. pag. 4. & feqq.
- (9) PLATO. De legib. lib. 1111.
- (10) CICERO . De nat. Deor. lib.11. num.
- (11) PAUSANIAS. lib.v. qui est Eliacorum I. cap. XIIII.
- (12) ARISTOTELES. Natural. aufcoltation. lib. II. cap. 1111.
- (13) LIBANIUS . Declamatione X.
- (14) IDEM . Orat.xxxI. de servitute .
- (15) SALLUSTIUS PHILOSOPHUS. De mundo & Diis cap. viiiI.
- (16) ARTEMIDORUS. Onerocritic. lib. II.
- (17) Euripides . In Hecuba v. 488.
- (18) NATALIS COMES. Mythologiae lib.
- (19) EURIPIDES. In Electra v. 890.
- (20) PINDARUS. Olymp. od. VIII. v. 88.
- (21) IDEM . ibid. od. XII. v. I.
- (22) PAUSANIAS . lib. VIII. in Achaic. cap. xxxvI.
- (23) ORPHEUS. Hymno inscripto: Fortunae suffimentum.
- (24) ATHENAEUS. lib. vI.
- (25) CLEMENS ALEXANDRIN. Stromat. lib.v.
- (26) DEMOSTHENES. Orat. ad epift. Philippi.
- (27) ORPHEUS. L.I.
- (28) CHISHULLUS. Monumenta Afiat.pag. 67. vers. 31.
- (29) PLUTARCHUS. Orat. quomodo quis fine invidia se ipsum laudet.
- (30) AELIANUS . Var. biftor. lib. 1111. cap. XXXVIIII.
- (31) KREBSIUS. Commentar. in decret.

  Athenien.
- (32) MARMORA OXONIEN. part. I. num. xxvIII.

- (33) REINESIUS. Syntagma antiq. inscription. cl. II. num. LXVIII.
- (34) AELIANUS. De animalib.nat. lib.xiI. cap.xxx.
- (35) PAUSANIAS. lib. iv. in Messaniac.
- (36) PLUTARCHUS .In Timoleonte .
- (37) CICERO . In Verr. 2ct. II. lib. 1111. num LIII.
- (38) MURATORIUS . N. Tb. XXVIII. 5.
- (39) IDEM . ibid. LXXXIIII. 9.
- (40) REINESIUS . 1. 1. cl. I. n. CCLXXX.40.
- (41) APPIANUS. De bello civ. lib. IIII.
- (42) GRUTERUS. LXXIII. 3. LXXV. 3.
- (43) MARTORELLIUS. Thec. calamar., in additament. pag. xvI., & lib.I. cap.vI. pag. 147. 148.
- (44) SALLUSTIUS PHILOSOPH. De mundo & Diis cap. VIIII.
- (45) EURIPIDES. In Hercul. furen. v. 1314.
- (46) MURATORIUS · N. Tb. DCXXXXV. 2.
- (47) Corsinius. De notis Graecor. pag. 29.
- (48) PLACENTINIUS. De figlis veter. Grace. pag. 86.
- (49) MURATORIUS . N. Tb. MMXVIIII. 3.
- (50) REINESIUS. l. l. cl. XI. n. LXVIIII.
- (51) CAPACIUS . Histor. Neapol. lib. I. cap. xIIII.
- (52) MAFFEIUS. Art. eritic. lapid. lib.III. cap. I. can. III. col. 82.
- (53) IDEM . ibid. col. 83.
- (54) IDEM . ibid. col. 84.
- (55) DE ROSSI Ioh. Bernard. della lingua propria di Cristo dissert.I. §. xIII. e seg.
- (56) MAZOCHIUS. Tab. Heracl. tom. I. Prodrom. ad Heracleae pfephism. diatriba III. cap. I. pag. 118.
- (57) IDEM. De cathedra eccles. Neapolit. &c. part. II. cap. II. sect. I. §. I.
- (58) Maffeius. Museum Veronen. pag. xxxviiiI.
- (59) GRUTERUS . xI. 10. XXXXVIIII. 1. Lx. 6.
- (60) MAZOCHIUS. Spicileg. biblic. tom.II. pag. 258. & 287.
- (61) ISAIAS . XXXXIIII. 11.
- (62) DANIEL . X. 13.
- (63) PAUSANIAS . lib.mil. in Messeniac.

G 2 (64) DB

- (64) DE LA CHAUSSE . Deor. simulatea. tab. xxI. & xxII.
- (65) NATALIS COMES. Mytholog. lib.1111. cap. 111.
- (66) CICERO . De legib. lib.II. num.II.
- (67) §. xviif.
- (68) EURIPIDES. In Hecuba.
- (69) Lilius Gyraldus, Deor. fintagm. xvI.
- (70) PLINIUS . Hiffor nat. lib.il. cap.vil.
- (71) IUL. FIRMICUS. De errer. profanar. religionum.
- (72) Lilius Gyraldus. I. l.
- (73) SPANHEMIUS. Observat. în Callimachi bymn. in Dianam v. 7.
- (74) ORPHEUS. Hymn. in Fortunam.
- (75) MACROBIUS. Saturnal. lib.v.cap.xvI.
- (76) VIRGILIUS. Aeneid. lib.vil. v.334.
- (77) Pausanias . lib. mil. in Messeniac. cap. xxx.
- (73) DAVID RUHNKENIUS. HOMERI bymnus in Cererem nunc primum editus. Lugduni Bataverum. 2n. 1781.
- (79) NICOLAUS IGNARRA. Emendationes bymni Homerici in Cereçem e ms. codice

- Moscovitico &c. Neapoli . an. 1781.
- (80) EUSTATHIUS. Procem. in Iliad.
- (81) LILIUS GYRAEDUS. 1.1.
- (82) NATALIS COMES . Mytolog. lib. ml.
- (83) D. MASSIEU. Ode XII. Des Olympiques de PINDARE traduite en François &c. T. XI. Memoires de literature de l'Academie des Inscriptions &c.
- (84) IUVENALIS . Satyr. x. 336. xvIIII. 316.
- (85) IAMBLYCUS. De mysteriis sect. III. cap. II.
- (86) ARTEMIDORUS. Onerocritic. lib. I. cap. I.
- (87) MACROBIUS. In fomn. Scipion. lib.I. cap. 11I.
- (88) ARTEMIDORUS . 1. 1. cap. 11.
- (89) HOMERUS. Iliad. A. v. 63.
- (90) ARTEMIDORUS . l. l. lib. il. cap. xxxxil. num. 12.
- (91) MACROBIUS. Saturnal. lib. I. cap.
- (92) Cicero. De divinat. lib. il. num. cxxI.

# MONUMENTUM II COMMENTARIO ILLUSTRATUM

## ΣΥΝΟΨΙΣ

# COMMENTARII

## IN MONUMENTUM 11

- S. I. Ndicantur ea, de quibus agendum est, atque innuitur buius monumenti praestantia.
- S. II. Eius Graeca lectio statuitur .
- S. 11I. Probatur ex DIONE & SPARTIANO Hadriani imp. adoptionem fictam fuisse a Plotina uxore Traiani.
- S.III. Solvuntur petitae ex SPARTIANO difficultates contra hanc sententiam.
  - S. v. Haec confirmatur ex aliis veteribus scriptoribus, aliaque solvitur difficultas ex CEDRENO.
- S. vI. Demum ex eodem SPARTIANO, veteribusque monumentis ratio redditur de ea, quae vera existimabatur Hadriani imp. adoptio.
- S. vil. Ostenditur nomen βασιλεύς ex veteribus saepe tributum imp. Hadriano.
- S. vIII. Vetustissimam esse comprobatur adulationem, qua reges appellabantur nomine Iovis.
- S. VIIII. Rationes afferuntur, vur Iuppiter a veteribus dictus est Olympius.
  - S. x. Omnes buiusmodi rationes admitti simul posse oftenditur.
  - S. xl. Disseritur de cognomine Dodonaei, quod lovi tributum legimus.
  - S. xII. Refellitur ea , quam APOLLODORUS tradidit etymologiam vocis Δωδωναῖος.
- S. XIII. De Dodonenssum origine affertur sententia cl. MAZOCHII, eorumque indicatur religio.
- S. XIIII. Inquiritur, quomodo cognomen Olympius Hadriano imp. conveniat.
  - S xv. Ratio verosimilior redditur buius appellationis.
- S. xvI. Affertur ad eam confirmandam exemplum PERICLIS Atheniensis, qui solus ante Hadrianum Olympius appellatus est.
  6.xvII.

- S. XVII. Quaestio instituitur, an Hadrianus imp, semplum Iovis Olympii Athenis sibi dedicaverit.
- S. XVIII. Ex veteribus negans propugnatur sententia.
- S. XVIIII. Eaque adhuc aliis argumentis confirmatur.
  - S. xx. Incertum esse tempus, quo Graeci Hadrianum dixere Olympium, ostenditur contra HARDUINUM; ubi probatur Hadrianum numquam dimissse imperium.
  - S. xxI. Eadem de re aliis disseritur argumentis.
- S. xxII. Solvitur ducta ex SPARTIANO in hanc rem difficultas.
- S. XXIII. Eadem temporis incertitudo demonstratur contra KHELLIUM.
- S. XXIIII. Inquiritur ratio, cur Hadrianus appellatus sit Dodonaeus.
  - §. xxv. Caussa affertur, cur Graeci Hadrianum imp. nuncupaverint Olympium, & Dodonaeum.
  - S. xxvI. Diversi indicantur populi, qui Hadrianum imp. vocarunt Olympium.
- S. KXVII. Hadrianus imp. appellatus est etiam βελαίος, nimirum verosimilius Iuppiter βελαίος.
- S. XXVIII. Nuncupatus est etiam Mars, forte ob bellum, quo Iudaeos vicit, atque ob militarem disciplinam, quam diligentissime tue-batur.
- S.XXVIII. Demum appellatus quoque est Hercules, propter labores maximos, quos strenue sustinuit.
  - S. xxx. Divi nomen post mortem non obtinuisset Hadrianus, nis Antoninus ab eo adoptatus senatum de hoc rogasset,

MO-

## MONUMENTUM II



## COMMENTARIUS

S.. I.

Ingulare prorsus est hoc monumentum, quod illustrare aggredior. Quamvis enim plura sint huiusmodi, quae Hadrianum Imp. pronuntiant Olympium; nullum tamen, quod ego noverim, ex iis est, in quo Imperator ille Iuppiter etian. Dodonaeus nuncupetur. Primum igitur hoc no-

mine insignitus apparet in hac ἐπιγαςοῆ, quae propterea de ipso nomine Dodonaei occasionem praebet disserendi. Sed quoniam recentiores leviter omnino scripsere de Olympii cognomine Iovi tributo, & sere nihil de eodem, ut est Hadriano adscriptum; ideo & de hoc ipso plura a nobis erunt ex veteribus dicenda. Antequam vero de his disseramus, nobis lubet aliqua de huius Imperatoris Hadriani, qui Traianus in ἐπιγςαοῆ dicitur, adoptio-

ptione ex instituto pertractare; quod & si non minimam pariat quaestionem, vix tamen ab ἀρχαιολόγοις degustatum reperio. Pauca etiam alia observabo ad huius pulcherrimi monumenti illustrationem vel necessaria, vel opportuna, quae certe nonerunt ab eruditis saltem benignioribus contemnenda. Sed in primis exesi marmoris lectio statuenda a nobis est; ac posteade his, quae indicata sunt, eo ordine agendum, quem ipsainscriptio suppeditat.

S. 11.

Eam ergo ita fuppleo, atque interpretor:

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ ΤΡΑΙΑ

ΝΩΙ ΑΔΡΙΑΝΩΙ ΒΑΣΙΛΕΙ

ΟΛΥΜΠΙΩΙ ΔΙΙ ΔΩΔΩΝΑΙΩΙ

Imperatori. Traia

no . Adriano . Augusto Olympio . Iovi . Dodonaeo

Perspicua est autem iis, qui graece sciunt, nostri supplementi ratio, praesertim ex secundo versu, in quo post litteras tres efformantes terminum vocis (quae manca est) in dandi casu, apparet vox ADPIA, in primo autem versu habetur ATTOK, adeoque iure legendum ATTOKPATOPI. Et quoniam Imperator Traianus habetur tamquam a Traiano adoptatus; ideo prosequimur TPAIANOI ADPIANOI veteri Graecorum more cum iõta adscripto, non subscripto. Postea vero mihi evidens est, legendum esse BAZIAEI, non autem ZEBAZTOI. Huius enim vocis initio locum non sinit brevissima marmoris lacuna, in qua locato supplemento antecedentis vocis ADPIANOI nullus remanet alteri supplemento locus. Secus supponere oporteret sculptum in marmore correptum nomen ADPIA, pro ADPIANOI: quod & insolens, & incomptum esset omnino. Cetera per se clara sunt.

S. III.

Itaque de Hadriani imp. adoptione primo nascatur sermo. Nam Dio Cassius (1) sic de hoc Augusto historiam coepit: 'As ριανὸς δ'ὲ ὖπὸ μὲν Τραϊανᾶ ἀυα ἐσεποιήθη, Hadrianus a Traiano adoptatus non est; & paullo post ita prosequitur: ἀλλὰ καὶ καίσαρα ἀυτὸν καὶ ἀυτοκράτορα τῶ Τραϊανῶ ἀπαιδος μεταλλάζαντος, δ, τε 'Ατειανὸς πολί-

πολίτης αυτού ων , και έτω ίτροπος γεγονώς , και η Πλωτίνα έρωτικής Φιλίας πλησίον τε όντα, κα δύγαμιν ωολλην έχοντα απέδαξαν, sed cum defun-Eto Traiano fine liberis Attianus qui municeps eius erat, curatorque fuerat, & Plotina, quae amore eius capta erat, imperatorem designaverunt. Et post pauca rem magis declarat, inquiens: Καὶ ότι ὁ θάνατος τε Τραϊανέ ἡμέρας τινας δια τέτο συνεμρύφθη Ιν ή ποίησις -προεκφοιτήσοι, mortem Traiani per aliquot dies in occulto fuisse, ut adoptio procederet, sive prius emanaret. Ergo sicta est adoptio a Plotina, quae litteras ad senatum de hac adoptione declit, ut ibidem Dio Cassius narrat. Spartianus (2) etiam plures recenset opiniones de Traiani voluntate circa imperii successorem, ac demum scribit : Nec desunt, qui factione Plotinae, mortuo iam Traiano, Hadrianum in adoptionem adscitum esse prodiderint, supposito, qui pro Traiano sessa voce loqueretur, nempe vice Traiani -praesentis quidem, sed iam demortui. Rem ita se habuisse de-Hadriani adoptione, nulla dubitatio esse potest. Quod eniminarrat Dio Cassius, ait ibidem se didicisse a patre suo Aproniano, qui res huiusmodi omnes certo cognovit. Quamobrem, quod ipse Dio non explicat, quodque ex aliorum sententia refert Spartianus, de supposito qui fessa voce loqueretur pro Traiano iam mortuo, ad fingendam Hadriani adoptionem, hoc inquam velut certissimum est habendum; ac praeterea in utroque historico certe supplendum arbitror, hoc factum esse coram testibus; ut nimirum Plotina, quae tam callida in hac refuit, senatui scribens de hac adoptione, apud eumdem inveniret fidem. Secus nimis imprudenter se gessisset senatus Romanus, qui adoptione illa non satis legitime probata Hadrianum confirmasset imperatorem, quod ne suspicandum quidem est. Itaque illud etiam hinc fequitur, vel Plotinae fraudem ( quod filent historici) non fuisse ullo modo detectam apud senatores, dum imperaret Hadrianus, vel si quid de ea audierint, nullam eos praestitisse narrantibus sidem, vel demum eosdem id nimis sero novisse, adeo ut vel inutile, vel maxime foret periculosum ea de re quaestionem movere. Id vero praesertim, quum Hadrianus imperator iam constitutus, approbatusque a senatu Romano ita erga Traianum se gesserit, ut Ηo

eum publice veluti patrem & unice diligeret, & magnopere coleret, ut paullo infra erit a nobis probandum.

6. IIII.

Binae enim modo funt ex Spartiano difficultates folvenvendae. Is namque sub initium vitae Hadriani scribit de ipfo (3). Quinto iduum augusti die legatus Syriae litteras adoptionis accepit: quando & natalem adoptionis celebrari iussit. Sed haec facile in supradicta sententia de Hadriani adoptione explicantur. Neque enim afferit Spartianus, a quonam litteras huiusmodi Hadrianus acceperit. Eas autem sictas a Plotina accepisse tamquam Traiani fuissent, iudicare finit ipse Spartia-Nus, qui statim post recitata verba, addit (4) haec alia: tertio iduum garumdem, quando & natalem imperii instituit celebrandum, excessus ei Traiani nuntiatus est; nempe excessus e vita. Duorum porro dierum intervallum tantummodo intercessit inter utrumque nuntium ab Hadriano acceptum. Quis ergo non videat heic Plotinae artem, quae scilicet occultata ad tempus Traiani morte (ut supra ex Spartiano ipso vidimus) & primo scripserit Hadriano eius adoptionem a se effictam, & statim Traiani, ut fingebatur, adoptantis mortem? Namque ex XI-PHILINO apud DIONEM (5) Traiani mors describitur non quae. subito ipsi contigerit, sed post plures infirmitates. Igitur omnino incredibile est, scriptam ab aliquo fuisse ad Hadrianum eius adoptionem, factam a Traiano biduo ante ipsius mortem. quin de eiusdem, quae iam praecesserat, infirmitate ipsum Hadrianum certiorem faceret; idque prorsus inverosimile est a. Spartiano praetermissum, si revera factum suisset. Nimis enim rationi & naturae confentaneum est, ut qui Hadriano scripsit laetum de eius adoptione nuntium, scribat etiam laetiorem notitiam de effectu, quem cito sperare licebat ex ipsa adoptione, videlicet de proximo eius imperio. Itaque non dubito, quinduplex illud nuntium tam proximum tribuendum sit ipsius Plotinae arti, ut nuper explicavi. Neque vero negotium facessit, quod infra idem Spartianus (6) de Hadriano inquit: Quum ad fenatum scriberet, veniam petiit, quod de imperio suo iudicium senatui non dedisset, salutatus scilicet praepropere a militibus imperator, quod

quod esse respublica sine imperatore non posset. Hoc inquam non probat, veram ipsum obtinuisse a Traiano adoptionem; immo probare posset nec veram, nec sictam, sed eumdem imperatorem creatum fuisse a militibus. Nobis autem satis est. si illud explicari possit in nostra sententia de adoptione sicta a. Plotina, quin verbis vim inferamus; quod nullo negotio asfequimur. Nihil enim pugnat, quod ipse Hadrianus evulgaverit prius nuntium a Plotina acceptum de sua ipsius adoptione a Traiano obtenta, quodque postea milites insum ut imperatorem falutaverint. Neque vero aut genuinam aut fi-Ctam adoptionem negat Hadrianus, senatui scribens se imperatorem esse a militibus falutatum. Eam namque non tollit, sed filet dumtaxat. Nec ulla ratio afferri potest, quae. certo ostendat, debuisse eum mentionem etiam facere de sua electione ad imperium per adoptionem. Illud contra intelligitur, ex duobus principiis illius imperii validius existimari debuisse, quod praebebat militum acclamatio, quam aliud ex adoptione ortum. Ergo nulla erat necessitas, qua cogeretur adoptionem fuam, quaecumque illa fuerit, in medium. adducere. Non tenemur igitur rationem ullam reddere, cur de ea filuerit.

§. v.

Atque haec quidem fatis valida funt ad id probandum, quod nobis propositum est; sed multo etiam validiora, si memoria repetas, quae initio dicta sunt ex DIONE. Is enim scriptor maximae in hac re auctoritatis absolute denegat, veram Hadriani adoptionem a Traiano susse praestam. Heic vero ad sententiam nostram sirmandam addere praestat, quae contra Dodvellum (7) pro sabula habentem ea, quae de supposita Hadriani adoptione traduntur, attulit Eutropii, Victoris, & Cedreni testimonia auctor adnotationum ad Dionem (8), quibus & nostras adiiciemus observationes. Itaque in primis huc referri potest illud Eutropii (9), qui de Hadriano ait: Creatus est princeps sine aliqua voluntate Trasani, sed operamadante Plotina, Trasani uxore: nam eum Trasanus, quamquam consobrinae filium, noluerat adoptare. Heic absolute loquitur Eutropius

TROPIUS afferitque, Hadrianum sine ullo Traiani consensu factum esse imperatorem, quia noluit eum adoptare. Ergo si ille creatus est imperator operam dante Plotina, id non est accipiendum de opera, qua tandem licet ab invito Traiano obtinuerit sui Hadriani adoptionem; sed alia ratione eamdem conseguuta dici debet Plotina; ea nempe de qua supra disseruimus, quamque etiam Aur. VICTOR (10) narrat ex aliorum sententia his verbis: Quamquam alii Plotinae, Traiani coniu-, qis favore imperium affequutum putent, quae viri testamento heredem regni institutum simularat; ut nempe etiam SPARTIANUS refert, quem supra laudavimus. Quod pariter affirmat CE-DRENUS (11), qui de Plotina scribit : Τελευλήσαντος Τραϊανέ ἐπλάσατο έπις ολήν ώς δήθεν παρ άυτε γραφώσαν προς την βελην, ένθα ύιον κα Suas οχον της βασιλείας ωνόμασεν . Mortuo Traiano effinxit epiftolam, quasi ab eo scriptam ad senatum, in qua (Hadrianum) vocavit eius filium & imperii successorem. Quare ex his, quae admodum funt perspicua, oritur eorum interpretatio, quae paullo ante idem CEDRENUS scripserat, quaeque primo adspectu videntur his omnino contradictoria; nimirum: Omone de Tpaïaνὸς ᾿Αδριανὸν τὸν γαμβρὸν προχειρισάμενος βασιλέα. Moritur autem Traianus Hadrianum affinem deligens imperatorem, nempe deligens, ut apparebat ex ficta eius nomine ad senatum epistola. Secus in turpissimam contradictionem CEDRENUS incidisset, brevissimo verborum interiecto spatio, quod ne cogitandum quidem.

Itaque ex veteribus probatissimis scriptoribus compertum est, Hadrianum non obtinuisse a Traiano veram adoptionem; sed hanc suisse arte Plotinae essictam, quae Hadriani amore capta erat. Ex quo factum est, ut illum communis opinio & sama tamquam vere a Traiano adoptatum agnosceret; quum praesertim ipse Hadrianus velut ab eo adoptatus se gereret, amoremque & obsequium erga mortuum. Traianum semper exhiberet, ut verum parentem. Spartianus enim de Hadriano scripsit (12): Post hoc Antiochia digressus est ad inspiciendas reliquias Traiani, quas Tatianus, Plotina, & Mattidia deserbant: & alibi de eodem Hadriano: In honorem

norem inquit (13) Traiani balsama & crocum par gradus theatri fluere iussit. Et infra aliud mentione dignum de ipso imp. Hadriano commemorat (14) nempe: Quum triumphum ei senatus, qui Traiano debitus erat, detulisset, recusavit ipse, atque. imaginem Traiani curru triumphali vexit; ut optimus imperator ne post mortem quidem triumphi amitteret dignitatem. Quodque. multo his omnibus maius est (15) Hadrianus Traiano divinos honores, datis ad senatum, & quidem accuratissimis litteris, postulavit, & cunctis volentibus meruit, ita ut senatus multa quae. Hadrianus non postulaverat, in honorem Traiani decerneret. Adde etiam, quod Hadrianus non modo in omnibus publicis monumentis se ut a Traiano adoptatum repraesentaret, sed etiam eumdem Traianum nuncuparet patrem ac parentem, ut in duobus apud VAILLANTIUM (16) nummis. Omitto alia; ex his enim abunde patet, Hadrianum ita se gessisse, ut vere a Traiano adoptatus censeretur.

§. viI.

Neque vero mireris, Rom. imperatorem in Graeco monumento a Graecis polito appellari βασιλέα regem non autem σίβαςον auqustum. Spanhemius (17) prae ceteris hunc fuisse. Graecorum morem exemplis generatim ostendit. Nobis autem etsi maxime persuasum hoc est, attamen peculiariter de Hadriano imp. agentibus unum & alterum ex antiquitate testimonium afferre libet, quod ad eumdem pertineat; quod quidem nec praestitit, nec praestare tenebatur laudatus SPA-NHEMOUS. Ergo Pausanias (18) non folum inquit: 'Ad pare Baσιλένοντος, fed etiam ab eo commemoratur εἰκών Αδριανέ βασιλέως, ftatua Hadriani imp.: fic ab Appiano Alexandrino dicitur (19) 'Pwμαίων βασιλεύς 'Αδριανός. Ita & PHILOSTRATUS (20) fcripit: έφασκεν 'Ad plavòr βασιλέα. Eusebius (21) autem licet Hadriani imperium... n'yeur appellet, ipsumque Hadrianum, xirapa (22), alibi tamen eumdem vocat (23) βασιλέα, inquiens: συμμαχίας ἀπὸ βαγιλέως πεμφθώσης, auxiliis ab imperatore (Hadriano) submissis. CEDRE-NUS (24) pariter supra laudatus, & Rom. Imperium Hadriano tributum βασιλάαν, & imperatorem ipsum βασιλία nuncupavit. Haec autem fatis effe arbitror veterum testimonia ad id confirman-

firmandum, quod nobis ipsis proposuimus. Non modo enim. posterioris, sed etiam antiquioris aevi scriptores Graeci tum alios Rom. imperatores, tum ipsum de quo disserimus Hadrianum, etsi quandoque, aut saepe αυτοκράτορα, vel κέσαρα. attamen & βασιλία dixere. Cur autem Graeci imperatorem. Rom. βασιλέα appellarunt ? Qui Romanis, inquit Spanhemius (25) imperatores, ii βασιλάς vulgo (apud Graecos) nuncupantur, ut vel inde liqueat maius quidpiam & augustius ea voce imperatoris, quam summam exercitus praesecturam ... designari. Videtur ergo Spa-NHEMIUS in ea fuisse opinione, ut putaverit Graecos voce illa βασιλώς usos esse ad Rom. imperatores designandos, quod vox haec imperator soleret ex Romanorum indole indicare. praesertim summam exercitus praesecturam, non autem universam in subditos omnes iurisdictionem, quam ex Graecorum aliorumque nationum confuetudine vox altera βασιλεύς significabat. At si haec foret illius adhibitae vocis ratio communis, ornnes quidem vel fere omnes Graeci uti eadem debuissent, qui ut paullo post erit dicendum, maximo erga Rom. imperatores afficiebantur adulationis studio. Verumtamen nec omnes Graeci scriptores eam adhibent, nec ii qui eadem utuntur, femper utuntur; immo & raro in nummorum, & rarius in. lapidum Graecorum interpator ea vox usurpatur. Quare illud videtur affirmandum, aliquos fortaffe ob allatam a cl. Spanhemio rationem adhibuisse vocem illam, ceteros vero pro arbitrio, ac sine delectu, ita ut potuerit eadem ab aliis praetermitti absque ullo inurbanitatis metu. Si namque allata illa ratio pro communi fuisset Graecorum opinione; iam fereomnes tam scriptores, quam nummorum & lapidum ἐπιγραφῶν auctores Graeci eadem diligenter admodum un fuissent; de quo tamen minime constat.

\$. VIII.

Tamvero, ut ad alia properemus, vetustissimam esse novimus gentilium adulationem, qua reges suos appellabant loves, ut apud NATAL. COMITEM (26) ISAACIUS his verbis: Διὰς τ΄ς παλαιοὶ πάντας ἐκάλεν τοὺς βασιλείς. Ioves antiqui omnes vocabant reges,
& TZESES apud eumdem τὲς βασιλείς δ' ἀνέκαθε Διὰς ἐκάλεν πάντας.

Reges

Reges autem omnes olim Ioves vocarunt. Nam in quodam ex hymnis (27) qui Homeri nomen praeseferunt, reges dicuntur esse ex love, έκ δε Διος βασιλήες. Idemque prorfus cecinit CALLIMA-CHUS (28) qui etiam ita profequitur: ἐπά Διὸς ἐδεν ἀνάκτων θαότερον, quando Iovis regibus nihil divinius eft . Quin & PLATO (29) regum feriem usque ad lovem perducit, inquiens: Barnais itois ix Barnais μέχρι Διὸς, reges sunt ex regibus usque ad Iovem. Quae quidem antiquissimae de regibus opiniones facile Iovis augustissimum. nomen iisdem adscripserunt. Quamvis enim Dio Chrysosto-MUS (30) affirmet, non quosvis reges, sed bonos tantum a love datos; attamen nemo est, vel maxime improbus, qui se probum non putet, aut numquam defuerunt, qui regibus etiam improbis assentatores se praebuerint, eosque ut Deos colendos esse clamaverint. Quanto autem Graeci adulationis studio tenerentur, testatur Tullius (31), qui de illis scribit: Graeci diuturna servitute ad nimiam assentationem eruditi; & alibi hanc Graecorum assentationem, ut proverbium commemorat, inquiens (32) Graeculus assentator. Quam adulationem Graecos fovisse plurimum, praesertim erga Rom. Imperatores, quum istorum subderentur imperio, nemo est in historia vel leviter eruditus, qui ignoret, Quo quidem assentationis studio saepe Rom. Imperatores Osis; nuncuparunt; ut pluribus exemplis & auctoribus iam. commonstravit Paciaudius (33), illustrans antiqua huius ditisfimi Musei Nanil monumenta. Inquirendum ergo a nobis est potissimum, cur hic Imperator Traianus Hadrianus, cui monumentum hoc dicatum est, Iovis Olympii Dodonaei nominibus fuerit insignitus. Quod quidem ut maiori qua potest, perspicuitate innotescat, investiganda prius ratio erit, ob quam summo Deorum Iovi eadem nomina fuerint tributa. De Olympii cognomine primum, tum de illo Dodonaei loquemur; neque enim Mythologi recentiores, ut initio monuimus, adeo vel copiose vel diligenter de his pertractarunt, ut nobis omnino otiosos esse liceat. Ex veteribus ergo afferam, quae in hanc rem dici possunt.

S. VIIII.

## s. viiil.

Quatuor autem potissimum invenio apud eos caussas, ob quas iudicari potest, Iovem dictum esse Olympium. Alii namque sic appellatum arbitrantur ab urbe Olympia, ut constat ex Stephano Byzantino (34) qui ait: 'Ολυμπία, ή πρότερον Πίσα λεγομένη, ένθα 'Ολύμωτος Ζευς τιμαται, αφ' ε 'Ολύμπια, ο αγών. Olympia, quae prius Pisa dicta fuit, ubi Olympius Iuppiter colebatur, a quo Olympia, certamen. Atque hoc quidem ex eo confirmari potest, quod Theocriti Scholiastes testetur, Iovem Olympium dictum. effe etiam Pisaeum. Alii vero ita nuncupatum aiebant, quod in Olympo monte plerumque versaretur, ut Lactantius (35) qui haec habet: In Olympo autem Iovem habitasse docet historia eadem. (nempe veteris cuiusdam scriptoris Evhemen) quae dicit: ea tempestate Iuppiter in monte Olympo maximam partem vitae colebat, & eo ad eum in ius veniebant, si quae res in controversia erant. Item si quis quid novi invenerat, quod ad vitam humanam utile esset, eo veniebat, atque Iovi oftendebat. Alii vero, ut Diodorus Siculus (36) eo nomine distinctum Iovem putant, quod a quodam. Olympo ille adhuc iuvenis fuerit eruditus. Παρακατας ηναι δ' αυτώ να) έπις άτην Ολύμπιον, ύφ' οῦ τὸν Δία παιδευθέντα, καὶ σερωτέυσαντα κατ' αρετήν 'Ολύμπιον προσαγορευθήναι. Sed magistrum ei adiunkit (Dionyfius ) Olympum: a quo eruditus Iuppiter, & ad summum virtutis gradum evectus, Olympii cognomen retulit. Illud vero commune est, quod non tangunt Mythologi recentiores, Iovem vocari Olympium a caelo, cuius imperium quammaxime tenet. Lactan-TIUS (47): Potest, inquit, & mons Olympus figuram poetis dedisse, ut Iovem dicerent caeli regnum esse sortitum; quod Olympus nomen est & montis & caeli; adeoque Olympium ex caelo vocarent, sicuti ex monte ita vocatum putant. Diodorus (38) autem scribit magnitudinem beneficiorum, quae in homines contulisse credebatur Iuppiter, & eius potentiae maiestatem effecisse, ut consensu omnium perpetuum Iovi regnum & habitaculum in Olympo, τήν τε βασιλείαν είς τ ακι χρόνον, και την οίκησιν τ έν 'Ολύμπω, idest in caelo tribueretur. Hinc firma opinio, profequitur Diodorus (39) quod omnium, quae in caelo fiunt, imbrium nempe, tonitruum, fulminumque, & id genus aliorum arbiter sit, & moderator. ProPropterea aliis pluribus nominibus Iuppiter appellari consuevit, quae supponunt ipsum Olympium in hoc sensu esse . Sic dicitur luppiter Pluvius, Serenus, Fulgurator, Tonans; & similia plura.

Si autem ex me quaesieris, quaenam admittenda sit ex hisce sententiis de appellatione Olympii, summo Iovi tributa; refpondebo posse omnes facile admitti, quoniam nulla ex iis invicem sibi contradicit, ac propterea simul omnes consistere. possunt; adeo ut alii quidem populi ob unam, alii ob aliam., vel etiam ob plures ex allatis rationibus Iovem potuerint Olympil nomine insignire. Communis enim ex mythologia est ratio nominum Deorum, deducta ex locis, quae habitarunt, vel in. quibus eos peculiari cultu gentes veneratae funt. Verum haud fatis fortaffe omnes probaverint allatam a Diodoro Siculo huius nominis, quod Iovi tributum afferit, rationem. Neque. enim gloriosum est supremo gentium Deo Iovi, magistrum habuiffe, a quo ad virtutem sit eruditus. Sed cum hoc magis decorum sit magistro ipsi, eiusque concivibus, vel etiam eiusdem cum illo provinciae incolis, ex qua Olympus ipse Iovis maximi Numinis magister; ideo sieri quidem potest, ut ibi potissimum inventa, atque plurimum usurpata sit ea Iovis nuncupatio in ea, cle qua hic differimus fignificatione; aliarum autem nationum. gentes de hac ne cogitaverint quidem. Sicuti enim unum idemque Numen alicubi sub aliquo peculiari tantum nomine, alibi fub alio dumtaxat cultum obtinuit; ita & Numen ipsum sub eodem quidem nomine diversis in locis agnitum forte fuit, sed fub diversis ubique eiusdem nominis significationibus, tamquam diversis plane nominibus. Itaque censeo, cultum Iovis Olympii sub ea notione, quam tradit Diodorus, universalem non fuisse, quinimmo exiguis limitibus definitum. Neque fane huic interpretationi repugnat sensus verborum Diodori; sed eidem facile. locum relinquit. Ratio autem fuadet magnopere eamdem interpretationem.

§. xI.

At si plures sunt caussa propter quas Iuppiter dictus est Olympius, unica certe apud omnes esse debuit ratio, ob quamidem

idem Iuppiter vocatus est Dodonaeus; scilicet ob cultum, qui illi delatus est in Epiri urbe Dodona, atque ob celeberrimum, quod in eadem erat illius supremi Numinis oraculum. Δωδώνη, inquit Stephanus Byzantinus (40), πόλις τῆς Μαλόσσιδας ἐν Ἡπείρω, μεθ ἡν Δωσωναῖος Ζεὺς, κοὴ

Δωδώνης μεδέων δυσκαμέρε

Dodona urbs Molossidis in Epiro, apud quam Dodonaeus Iuppiter, & Dodonae imperium tenens

nempe ex Homero, quem infra laudabimus. Quod quidem. Iovis imperium in Dodonam facrum intelligo, ob eius Numinis peculiarem cultum, atque infigne oraculum. Alii autem reddunt illud Homeri: quem Dodona colit. De quo cultu eiufque ratione Pomponius Mela inquit (41): In Epiro Dodonaei Iovis templum & fons ideo sacer, quod quum sit frigidus, & immersas saces, sicut ceteri extinguat, ubi sine igne procul admoventur, accendit. Dodonaeum vero oraculum antiquissimum esse testatur Herodotus (42); illud celeberrimum & cum Delphico comparatum canit Ovidius (43). Ab urbe igitur Dodona, in qua tam impense colebatur Iuppiter, hunc Dodonaeum appellatum esse conveniunt veteres ac recentiores.

S. xII.

Neque enim hunc auctorum consensum perturbare potest quidam vetus scriptor Apollodorus, cuius de hac re opinionem recenset Stephanus Byzantinus (44) his verbis: ᾿Απολλόδω-ρος δὰ ἐν ὰ περὶ Θεῶν ἢ Δωδωναῖον δυτ Θ. ἐτιμολογεῖ. Καθάπερ δι τὸν Δὶα Δωδωναῖον μὲν καλεντες, ὅτι δίδωσιν ἡμῖν τὰ ἀγαθὰ · Πελασγικὸν δὲ ὅτι γῆς πέλας ἐςίν. Apollodorum autem in lib. I. de Diis, sic nominis Dodonaei etymologiam explicat, quemadmodum, qui Iovem Dodonaeum vocant, quod dat nobis bona, Pelasgicum vero (Iovem) quod prope terram est. Ob oculos nimirum habebat Apollodorus illud Homeri (45):

Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε Πελάσγικε

Sed haec vocum etymologia quam tradit Apollodorus, licet per se ipsa minime destruat earumdem significationem superius traditam, quinimmo cum ipsa simul optime possit concipi; atta-

men

men a nullo alio ex veteribus, quod ego sciam, vel recentioribus probata eadem est, nec sere commemorata. Neque sane video, quomodo ex Graecis sontibus hausta sit illa τε Δωδωναίε etymologia, ut eum significet, qui δίδωσιν ἡρῖν τὰ ἀγαθὰ. Aliavero vocis Πελάσγιας & si videatur aliquam habere etymologiae rationem; ea tamen accidentalis est & plane arbitraria. Atque ut cetera praeteream, quae contra afferri possent, ex ea confequens esset, Pelasgos dictos esse ob eamdem rationem, & ipsam Pelasgiam pariter ex eodem sonte derivatam; quo sane nil magis videtur ridiculum. Nec miror Graecum hominem in suae linguae vocibus explicandis ineptire; quemadmodum non miror Italum in suarum vocum reddenda ratione aliquando decipi.

Δωθώνην, Φυγόν τε, πελασγών έσξανον πίκεν.

Dodonam, quercumque Pelasgorum sedem venit.

Denique Mazochius eosdem Pelasgos contendit in omnibus iis locis suisse, ubicumque Dodanicae stirpis vestigia reperiuntur. Inter haec illud commemorandum heic est, quod rem nostram magis utique attingit, quodque refert Herodotus (50): "Εθυση δίλα μάντα πρότερον δι Πελασγδι θεοϊσιν ἐπευχόμενοι, ως ἐγωὶ ἐν Δωσώνη δίσια ἀκέσας. Sacrificare ac Deos invocare Pelasgi primi exorsi sunt, ut apud Dodonam auditum mihi fuit. Atque hinc magis perspicuam habes caussam, cur suppiter Dodonaeus simul & Pelasgicus sit ab Homero nuncupatus. Qui plura in hanc rem desiderant, consulere poterunt Stephanum Byzantinum cum exercitationibus sacosi Gronovii, & sacosum Triglaudium (51),

Digitized by Google

nec-

necnon Ezechielem Spanhemium (52). Nos enim de Iove Olympio ac Dodonaeo fatis, ut arbitror, iam diximus.

S.XIIII.

Videamus nunc, si licet, cur nomina haec Olympii & Dodonaei Hadriano Imp. adscripta fuerint. Ex antiquis scriptoribus, qui de hoc Imperatore sunt loquuti, neminem prorfus invenio, qui non modo horum cognominum rationem reddat, fed ne unum quidem, qui illud Dodonaei Hadriano tributum. vel leviter innuat. Itaque ex coniecturis tantum id erui poterit, coniecturis tamen, quae folido nitantur fundamento. Atque illud in primis certum est, adulationis quidem studio ea nomina eidem Imperatori imposita; sed illa potius quam alia ob aliquam peculiarem eius cum supremo Iove analogiam. Ergo ut primum de Olympii nomine loquamur, analogia haec ex una faltem deducenda est earum rationum, ob quas Iovem ipsum. vocatum esse a Gentilibus Olympium supra docuimus. Quae porro ex iis vel maiorem habet, vel unicam cum Hadriano Imp. relationem? Iuppiter ex antea dictis (53) Olympius appellatus est I. quod in urbe Olympia coleretur; il. vel in monte Olympo habitaret, ibidemque quaestiones & inventa ad vitam utilia audiret; III. aut quod a viro quodam Olympo iuvenis sit eruditus; III. aut demum, quod caeli imperium tenuerit, in quo praesertim sedem suam fixerit. Iamvero ad primum quod pertinet, non constat ex historia Hadrianum Imp. in Olympia urbe fuisse cultum. De tertio pariter dicendum, nos in eadem esseignoratione. Itaque fecundum & quartum remanet. De fecundo quidem aliqua perpendi posset Iovem inter & Hadrianum. analogia, quod hic effet in omni fere scientiarum, ac bonarum artium genere eruditus; & controversias peculiari quadam ratione, ut Imperator, audire vellet; atque ficut Iuppiter Olympius dictus est a Dione Chrysostomo (54) ας ασιάς ε και όμονοέσης της Έλλαδω ἐπίσκοπω, a seditionibus alienae & concordis Graeciae inspefor, ita & Hadriano ob eamdem rationem potuit a Graecis adfcribi cognomen Ὁνύμπιω. Sed alia in promptu est Iovem inter & Hadrianum analogia, quam eruere licet ex ratione postremo loco adducta, ob quam Iuppiter ipse Olympius appellatus est. S. XV. §. xv.

Nimirum sicut caeco quodam adulationis studio Hadrianus Imp. a Graecis Iuppiter est nuncupatus; ita & Olympius, sive caelestis dici potest etiam ab iisdem appellatus. Quamvis enim. non esset immunis a vitiis; attamen & mentem in ceteris animumque videbatur caelestem gerere, ut ex eius vitae scriptoribus, atque ex veteribus monumentis licet agnoscere. Namque fuit princeps humanishmus (55), qui adeptus imperium tuendae per orbem terrarum paci operam impendit (56), qui propterea nullum bellum, saltem sponte movit, sed etiam motacomposuit (57). Imperii tamen fines auxit plurimum (58). Opera ubique infinita fecit, suo fere numquam nomine iisdem adscripto (59); immensae ubique fuit vir munificentiae ac liberalitatis; neque sane exspectabat, quousque rogaretur, sed ipsesponte largiebatur quidquid suorum necessitas postularet (60). Fuit enim princeps humanitatis prorfus singularis, cuius plurima non desunt exempla (61). Optimum quemque amicitiis suis l'unxit (62). Quos vero in privata vita inimicos habuit, Imperator tantum neglexit, ita, ut cuidam, quem capitalem habuerat, factus Imperator diceret: evafifti (63). Erat autem & memoriae prorsus ingentis, & ingenii acutissimi, atque sublimis; quo quidem omnes publicas rationes ita complexus est, ut domum privatam quisquis paterfamilias non fatis noverit (64); in iudiciis vero ac fententiis ferendis fumma utebatur & prudentia & aequitate · Rem omnem publicam moderatus est optimis legibus & institutis. Quare ut cetera sileam, Graeci in veteri ἐπιγεμφη apud MURATORIUM (65) praedicarunt Imperatorem hunc, ut HANEA-АНNION. NOMOØETHN. KAI. ТРОФЕА. universae Graeciae legislatorem, ac nutritorem; aliudque monumentum ipsi inscripsere (66), ut ΟΛΥΜΠΙΩ. ΚΤΙΣΤΗ. ΔΙΙ. Olympio conditori Iovi; in Romanis autem nummis apud Vaillantium (67) dictus est locveletator ORBIS TERRARVM: imo quod maximum est, Graeci verosimilius Athenienses in veteri lapide apud laudatum MURATORIUM (68), extollunt Imperatorem hunc ut TON ΣΩΤΗΡΑ ΤΟΥ ΚΟΣΜΟΥ, salvatorem mundi. Quamvis porro Hadrianus Imp. non esset sibi ipsi in virtutibus constans, haec tamen tanta sunt, ut eius asfenfentatores iure suo potuerint eum tamquam Olympium Iovem-venditare.

### S. xviI.

Ob similes quidem caussas Graeci tinum Periclem Athe. niensem ante Hadrianum Imp. Olympii nomine exornarunt, ut colligere est ex eius vita apud PLUTARCHUM (60), qui hac de re ita loquitur : Τῆ μέντοι περὶ τὸν βίον κατασκευῆ καὶ τῷ μεγέθα τε φρονήματος άρμόζοντα λόγον, ώσπερ όργανον, έξαρτυόμενος, παρέτανε πολλαχε τὸν 'Αναξαγόραν · ὁιτε βαφή τη βητορική την Φισιολογίαν ὑποχεόμενος . τὸ γὰρ ύ Ιηλόνεν τέτο και πάντη τελεσιεργον, ώς ο θείος Πλάτων φησίν, προς τῷ ἐυφυής είναι, κτησάμενος έκ Φισιολογίας, καὶ τὸ πρόσφορον έλκύσας έπὶ τὴν τῶν λόγων τέχνην, σολύ πάντων διήνεγκε. διό και την επίκλησιν αυτώ γενέσθαι λέγεοι . καίτοι τινές αδωο των δις εκόσμησε την ωόλιν, δι δ' αδωο της έν τη ωολιτέια καὶ ταῖς τρατηγίαις δυνάμεως, 'Ολύμπιον ἀυτὸν οἰονται προσαγορευθήναι • καὶ συνθραμείν ουθέν απέρικεν από σολλών προσόντων τῷ ἀνθρὶ ἀυτῷ τὴν θόξαν. αι μέντοι κωμωθίαι των τότε διδασκάλων σπεδή τε πολλάς και μετά γέλωτος αφακότων φωνάς εἰς ἀυτὸν, ἐπὶ τῷ λόγω μάλις α την προσωνυμίαν γενέσθαι δήλεσι, βρογταν μέν αυτόν και εςράπαν ότε δημηγοροίη, δανόν δε κεραυνόν έν γλώσση φέραν λεγόντων . Iam vitae instituto & tantae gravitati congruentem dicendi facultatem velut organum instruens, passim ANA-XAGORAM explicabat, rationes physicas, velut tincturae, facultati dicendi suffundens. Quum enim altam illam mentem, atque omnium efficientem, ut divinus PLATO ait, ex naturali disciplina ad praeclaram indolem suam adiunxisset, & quod esset ex usu ad artificium dicendi accommodasset, longe antecelluit omnes. Unde cognomen. eum memorant Olympii invenisse: quamvis nonnulli a monumentis, quibus exornavit urbem, alii a potentia quam domi, & militiae habuit, eo nomine arbitrantur insignitum. Nec vero quidquam prohibet, quin laus ea multis, quibus refulgebat idem ille, conflata virtutibus fuerit. At comoediae, quod qui ea tempestate docebant eas, & serias & ridiculas voces in eum multas eiacularentur, traxisse ex vi dicendi eum oftendunt hoc cognomen. Tonare enim & fulminare concionantem, & vehemens eum in lingua fulmen dicebant gerere. Si hanc, quae postremo loco narrata est, Periclis proprietatem. excipias, in ceteris profecto Hadrianum Imperatorem ei simillimum dignosces, ac multo praestantiorem; ut ex iis quae de iplo

ipso iam dicta sunt, atque ex aliis, quae infra erunt de eodem adnotanda compertum exploratumque siet. Quare hinc sirmiores habes, quae supra allatae sunt, rationes, propter quas Graeci multiplicem divinamque, ut ipsis videbatur, Hadriani virtutem admirantes, eum *Iovis Olympii* glorioso nomine insignitum exornatumque tot monumentis voluerint.

S. xvil.

Huc usque positum a nobis est veluti certissimum, Hadriano Imp. tributum a Graecis fuifle Olympii nomen. Verum orietur forte dubitatio, an ipse sibi nomen hoc imposuerit. Etenim excitari potest non levis quaestio, an Iovis Olympii templum, auod idem Imperator Athenis dedicavit, an inquam suo nomini, an Iovi ipsi, an sibi sumulque Iovi consecraverit. Inde enim Spa-NHEMIUS (70) & MURATORIUS (71), aliique forsan subspicantur, natum Hadriano Olympii cognomen, quod Spartianus (72) de illius templi consecratione, iuxta Salmasii editionem ita scripserit: Statim ad orientem profectus (Hadrianus) per Athenas iter fecit, atque opera, quae apud Athenienses coeperat, dedicavit; ut Iovis Olympii aedem, & aram sibi eodemque modo per Asiam iter faciens templa sui nominis consecravit. At in Florentina editione historiae Augustae anni MDCCXXV. diversa est interpunctio, quae superiorem lectionem prorsus immutat; ibi enim sic legitur: Opera quae apud Athenienses coeperat, dedicavit, ut Iovis Olympii aedem, & aram: fibi eodemque modo &c. Ait autem huius editionis auctor (73) eam confectam ex optimis exemplaribus, & praecipue, quae Cafauboni, Gruteri, Salmasii recensione & opera prodiere . Verum ut modo vidimus, Salmasu editio Parifina anni moccax. puncta duo habet immediate post vocem sibl, ac similiter editio IANI GRUTERI Hanoviae an. MDCXI., & altera Hackiana Lugd. Bat. an. MDCLXXI. Quam lectionem vel fuadere potest etiam contextus testimonil allati, vel hic contextus eam minime perturbat; sequitur enim: eodemque modo per Asiam iter faciens templa sui nominis consecravit. Sed idem contextus alteri etiam lectioni vel favere potest, vel saltem eidem non adversatur. Nam illa sermonis particula: codemque modo referri potest non ad postrema verba: templa sui no-K minis

minis consecravit; sed ad immediate antecedentia; per Asiam iter faciens; sicuti initio periodi scriptum est: Athenas iter fecit.

(. xviiI.

At scriptores alii veteres, qui hoc narrant de Hadriano, ne verbum quidem habent, quod subspicionem afferat de tanta. Imperatoris ambitione, ut voluerit templum illud fibi fub Iovis Olympii nomine consecrare. Pausanias (74) ita scribit: neir A is τὸ ἱερον ἰεναι τῶ Διὸς τνῦ 'Ολυμπίε 'Αδριανός ὁ 'Ρωμαίων βασιλεύς τόν τε νάον avionne. Olympii vero Iovis templum Hadrianus Rom. Imp. dedicavit: & in eo fignum, profequitur Pausanias, quod magnitudine cum Romanis & Rhodiensibus colossis conferri possit. XIPHILI-NUS (75) autem ita loquitur : 'Αδριανός δε τό τε 'Ωλύμπιον τὸ εν ταῖς 'Αθήναις, εν ώ και αυτός Ιδευται, εξεποίησε. Hadrianns templum Iovis Olympil, in quo ipsius quoque statua posita suit, dedicavit. Quum autem templum illud Iovis Olympii, quod erat Athenis, adeo magnum & illustre effet, ut illud celeberrimo templo Hierosolymitano adamussim aequale fuisse affirmet ipse losephus (76), cumque PAUSANIAS (77) ipfe narret, Athenis suisse γυμνάσιον ἐπώνυμον ᾿Αδρια-🕦 , gymnasium sub Hadriani nomine, atque in eo lovis Olympii templo sixóres 'As giare, suo μεν είσι Θασίε λίθε, δύο δε 'Aiyuπτίε, statuas duas ex lapide Thafio, & duas ex Aegyptio; & extra illud templum in area circum fuisse statuas innumeras, quae a civitatibus Graeciae in Hadriani honorem dedicatae fuere, immo & prope eiusdem templi posticam partem positum ab ipsis Atheniensibus in Hadriani Imp. honorem colossum nec Romanis, nec Rhodiensibus inferiorem; quum haec, inquam, narret accuratissimus ille scriptor, sileat autem de templi dedicatione in ipsius Hadriani honorem facta; consequens quidem videtur, Imperatorem hunc Olympio Iovi, non autem sibi sub hoc nomine templum tam celeberrimum confecrasse.

S. xviiiI.

Quamvis enim Hadrianus Imp. effet gloriae & honoris cupidissimus, φιλοτιμία τε γὰς ἀπλής φ ἐκρῆτο, ut apud Dionem (78) legitur; hoc tamen non fine quibusdam limitibus est accipiendum.

SPARTIANUS enim de eodem Imperatore scribit (79): Cum opera ubi-

ubique infinita feciffet, numquam ipse, nisi in Traiani patris templo nomen suum scripsit. Romae instauravit Pantheum, septa, basilicam Neptuni, sacras aedes plurimas, forum Augusti, lavacrum Agrippae : eaque omnia propriis & veteribus nominibus consecravit. Ouod sicubi nomen suum inscripsit, id diligenter narrat inse SPARTIANUS, ut in recitatis eius verbis, atque in his aliis (80): Cum titulos in operibus non amaret, multas civitates Hadrianopolis appellavit, & ipsam Carthaginem, & Athenarum partem: quae nimirum loca vel ipse aedificavit, vel restauravit. Quare a veritate non parum aberrat Thomas de Pinedo (81) dum nimis generatim ait : Hadrianum adeo fuisse gloriae aeternitatisque ambitiosum, ut aedificiis a se seu factis, seu instauratis nomen quoque suum scriberet; quare ab aliquibus non inficete herba parietaria dicebatur. Ex primo autem huc adducto Spartiani testimonio satis refellitur hic auctor. Quinam vero aliqui Hadrianum ut herbam parietariam irriferint, nec indicat scriptor ille, nec indicare potest, si de veteribus loquatur auctoribus. Neminem enim vidi de vita & rebus gestis Hadriani scribentem, qui ea dixerit. Itaque forsan Thomas de PINEDO memoria lapsus est, atque deceptus analogia nominis; quum hoc de Traiano Imp. pronuntiaverit Constantinus, ut est apud Aur. Victorem (82). Ex his autem omnibus illud fequi videtur, retinendam esse in Spartia-No lectionem, quam exhibet Florentina editio. Ea enim & si non appareat in veteribus, probatifque Spartiani editionibus; attamen, quod maxime est perpendendum, consona magis dignoscitur non folum Spartiano ipsi, ut ex antea dictis compertum est, sed etiam Graecis scriptoribus gravissimis, atque in. minutis quoque rebus diligentissimis, ut sunt Dio & XIPHILINUS, praesertim vero Pausanias, quo quidem nescio an diligentiorem ex Graecis invenies; qui Graeci de rebus suis scribentes accuratissime, majorem certe sibi merentur sidem prae aliis Latinis scriptoribus.

**§**. xx.

Aliquid nunc remanet dicendum de tempore, quo Olympii cognomen Hadriano Imp. fuerit adscriptum; non iam quod tempus illud existimem definiri posse, sed contra ut idem.

K 2 omni-

omnino esse incertum demonstrem adversus HARDUINUM & KHEL-LIUM. Atque hic (83) quidem iure optimo fuum improbat HAR-DUINUM, qui (84) cognomen illud a Graecis urbibus Hadriano impositum putat sub finem anni xx., quo se imperio abdicaverit; & recte somnium appellat hanc HARDUINI opinionem, utpote. quae nullo innixa sit fundamento. Ita enim HARDUINUS arbitratus est, ob similes nummos Diocletiani post imperii abdicacionem cusos, in quibus felicissimus & beatissimus senior Aug. dicitur. Quod autem hic asseritur de imperii Hadriani abdicatione, nec probatur, nec probari potest . Nam quod ait XIPHILI-NUS (85) Hadrianum ita alloquutum fenatorii ordinis principes: Λέγω δε 'Αυρήλιον 'Αντωνίνον τυτονί δν εί και τα μάλισα διδα άπραγμονεσατόν τε ανδρών όγτα, και πόρρω τοιάυτης επιθυμίας καθες πκότα, άλλ' όυτι γε καί έφροντις ήσαν διμαι δυτε έμου δυτε ήμων, άλλά και άκοντα την άρχην ύποθέξεσθαι. "Ουτω μεν ο 'Αντωνίν Οι αυτοκράτωρ εγένετο . επει δε ην απαις αβρένων πάιδων, τόν τε Κομμόδα ύιὸν Κόμμοδον εἰσεποίνσεν ἀυτώ, καὶ ἔτι πρὸς τούτο Μάρκον "Αννιον ('Αντωνίνον ) Βήρον βυληθείς ἐπιπλείςον. Dico hunc Aurelium Antoninum ( quem tunc adoptabat Hadrianus Imp.) abesse. longissime ab hae imperandi cupiditate, tamen non diffido, eumdem curam habiturum mei, vestrique, & principatum vel invitum recepturum. Ita Antoninus Imperator factus est, qui cum liberos mares non suscepisset, Commodum Commodi filium, ac Marcum insuper Antoninum Verum sibi adoptavit. Quod, inquam, heic scribit XIPHILI-Nus, minime probat, imperii factam ab Hadriano abdicationem. More enim historico, non chronologico loquutus est; nam eodem orationis contextu scribit, Antoninum factum esse. Imperatorem, & cum ipse mares non suscepisset, adoptasse sibi Commodum, & M. Antoninum Verum. Erat porro iuvenis Antoninus ille ab Hadriano adoptatus, ut patet ex eodem Xie PHILINO; ergo aliquod faltem temporis intervallum intercessit inter susceptum ab eo imperium & Commodi ac Veri adoptionem. Utrumque tamen simul coniungit auctor; adeoque historico modo, non chronologico, qui multo diligentior esse solet, ibi sermonem instituit.

\$, xxI.



#### S. xxI.

Adde quod in tota eaque fatis prolixa oratione, quam Hadrianus habuit ad senatum de adoptando Antonino, ne verbum quidem fecit de voluntate dimittendi imperii; sed sicuti eius orationis exordium fuit de illius adoptione, ita & finem. oportet intelligere. Aliud autem est de sola adoptione, aliud de de abdicatione imperii senatum alloqui. Et sane si hoc Hadrianus excogitasset, alias certe attulisset apud senatum rationes ad id fuadendum, quas in ea oratione defideramus. Quare quum ipse Hadrianus Imp. ait: Non diffido eumdem (Antoninum) med vestrique curam habiturum; hoc optime intelligitur etiam de conditione adoptati relate ad Hadrianum; & si velis relate ad senatum pariter intelligi de imperatoria auctoritate, hoc dictum. historice est unico sermonis contextu, videlicet coniunctis simul duabus rebus, quae inspecta earum natura simul componi possunt, sed temporum distinctione debent separari. Ac similiter quae immediate sequentur: Ita Antoninus Imperator factus est, tic accipienda funt: ita, idest per adoptionem Hadriani Imp. ille Imperator factus est; quando nempe ut Imperator post Hadriani mortem a Romanis agnitus est; vel hac ratione: ita ille futurus Imperator designatus est. Iterum enim. dicam, de imperii dimissione, quod omnino erat dictu necesfarium, ne verbum quidem ab Hadriano Imp. ad senatum factum fuit; neque ad eam fuadendam ulla vel ex diuturna aetate, vel ex gravi morbo aut ex alia quacumque caussa ratio ab eo fuit exposita. Sed haec ex infra dicendis erunt sirmiora.

## S. xxiI.

Neque vero apud Spartianum in eiusdem Imperatoris vita quidquam de eius imperii abdicatione reperies. Licet enimes scriptor ille (86) haec referat: Post haec Hadrianus Baias petiit, Antonino Romae ad imperandum relicto; haec tamen non probant, sactam suisse ab Hadriano imperii dimissionem. Potuit enim hunc Hadrianus ad imperandum relinquere, auctoritate non propria ipsius Antonini, sed eidem ab Hadriano Imp. delegata. Hoc vero ita esse accipiendum suadet ipse Spartianus, qui post narratam Antonini adoptionem ab Hadriano conse

ctam, scribit, Imperatorem hunc ultimo vitae taedio iam affectum frustra curasse, ut a servo occideretur: statimque, ait, testamentum scripsit nec tamen a Etus reipub. praetermisit . Ergo etiam post Antonini adoptionem Hadrianus imperium retinuit, etiam si iam ante de violenta morte sponte subeunda suisset meditatus. Quare etsi postea narret Spartianus, Imp. Hadrianum Baias petiisse, & Antoninum Romae ad imperandum reliquisse; attamen diiudicandum non est, ita ei suas vices Hadrianum commissse, ut ipse etiam supremam eidem imperii dignitatem resignaverit, quum de vita adhuc producenda. effet follicitus; quam dignitatem illi non resignavit, quum de abrumpendo vitae huius filo iam cogitasset. Quod si id praestitisset Hadrianus Imp., eius vitae scriptores litteris commendasfent ea ratione, qua tanta res mentione digna est; quod tamen non praestitere, sed de sola Antonini adoptione sunt loquuti; atque de hac tantummodo auctores omnes interpretati funt XI-PHILINUM & SPARTIANUM Hadriani Imp. vitae historicos diligentissimos. Corruit ergo praecipuum fundamentum, quo consifus HARDUINUS existimavit Imp. Traianum Hadrianum a Graecis urbibus obtinuisse Olympii cognomen sub sinem anni xx. eius imperii.

S. XXIII.

An vero nummi illi Tarfensium, in quibus Hadrianus dicitur Olympius, constati sint anno x. ipsius imperii, isque annus sit veluti istius cognominis epocha, videndum nunc est. Hoc absolute afferit Ioseph Khell (87), nec tamen probationis laborem sibi sumit; haec enim tantummodo scripsisse contentus est: Flati fuerunt hi nummi anno imperii X. postquam praecedentem hiemem Athenis agens (Hadrianus) inter Deos Olympios Atheniensium erat relatus, de quibus invocandis mulierum Atticarum chorum monet ARISTOPHANES (88).

"Ευχεσθε τοῖς Θεοῖσι τοῖς 'Ολυμωίοις

Καὶ ταῖς 'Ολυμπιάσι.

Existimabam utique, haec prolata a KHELLIO esse tam certa, tamque nota archaeologiae nummariae studiosis, ut non oporteret huius sententiae fundamenta commonstrare, haec tamen, repe-

reperire me posse vel apud scriptores plures vitae Hadriani, vel inter monumenta vetera. Verum apud illos nullum equidem huius epochae vestigium deprehendi; in nummis autemepochas quidem & forte incertas, sed nullam in iis, qui Olympii cognomen continent. Iam vero Hadriani iter Athenas commemorant XIPHILINUS & SPARTIANUS; sed de apotheosi ipsius Imperatoris inter Deos Olympios altissimum est apud illos silentium: nec apotheosim hanc in nummis veteribus conspiceremihi umquam licuit descriptam eo tempore, quod cl. KHELLIUS definit . Rogabo igitur illum , ut eam mihi indicet , quamignotam voluit eius librum legentibus. Nam nec in Aristopha-NE eam vidi, nec arbitror eum in hunc finem a KHELLIO afferri. Sed ut ante Pericles, prosequitur ibidem laudatus auctor, hoc nomine (Olympii) insignis erat, ita nec promerita Hadriano deerant; templum enim Iovis Olympii Athenis perfecit, ut ex DIO-NIS epitome & SPARTIANO scimus. Heic tandem vitae Hadriani scriptores innuit; & recte quidem, sed neque in locis quae ipse indigitat, neque in tota vitae Hadriani conscriptione. quidquam legitur de illa Imperatoris huius apotheosi. Neque fane ex eo quod Iovis Olympii templum ipse perfecerit Athenis, inde consequitur datum illi ab Atheniensibus Olympii cognomen. Itaque quod initio dixeram, incertum est omnino tempus, quo idem splendidissimum nomen viventi Hadriano a. Graecis fuit impositum. Sed de Olympii cognomine satis iam differuimus.

S. xxIIII.

Paucissima dicenda remanent de Dodonaei cognomine. Obficurum autem fateor esse, cur cognomen hoc Hadriano Imp. suerit adscriptum; neque enim veteres aut recentiores de hoc loquuti sunt, neque ex eius Imperatoris historia quidquam deducitur, quod demonstret claram aliquam analogiam quoad hanc appellationem inter Iovem & Hadrianum. Quapropter illud tantummodo inferri potest, Graecos more suo, nimirum summo assentationis impetu erga Imperatorem hunc delatos, eiusque sapientiam adeo admiratos suisse, ut tamquam oraculum Iovis Dodonaeum, quod apud ipsos erat celeberrimum, laudibus extolemente.

extollerent. Nec refert, quod Strabonis, qui initio feculi I. floruit, Dodonaeum oraculum, ut ipfe refert (89) iam defecisses; ex hoc enim ipso Musei Nanil monumento praeclarissimo compertum esse potest, eius oraculi nec memoriam interiisse apud Graecos, nec honorem tempore Hadriani, quo adhuc superstite excitatum suisse idem monumentum dubitari non posse, videtur, vel saltem id multo verosimilius est, quam ipso mortuo consecratum eidem suisse. Huiusmodi enim publicum assentationis studium vivere non solet, nisi vivente eo, in quem refertur.

Haec autem Graecorum in Hadrianum Imp. adulatio cum. grati animi significatione erat coniuncta. Plurima enim ipse in Graecos beneficia contulit, erga quos erat vehementer animo affectus. De eo namque scribit Spartianus (90) quod adhuc iuvenis imbutus impensius esset Graecis studiis, ingenio eius sic ad ea declinante, ut a nonnullis Graeculus diceretur. Quare mirum non est, si Rom. imperium adeptus & plura templa apud Graecos aedificaverit, ut illud celeberrimum Iovis Olympii, quod multo antea ab aliis inchoatum, ipse tandem perfecit (cuius historiam vide si libet apud Lydiatum (91), atque ut refert Spar-TIANUS (92), Athenarum partem satis magnam restauravit; sacris infuper Eleusinae initiatus est, ac propterea multa Atheniensibus est dona largitus (93): iis antea facris initiatus est apud Graecos, quamvis ceterum facra Romana diligentissime curaret, atque ideo peregrina contemneret (94); Athenis Archon fuit (95), atque ut probat Corsinius (96), bis supremum huno Atheniensium magistratum subiit, etiamque pro Agonotheta. resedit (97). Ibidem mille ferarum venationem in stadio exhibuit (98); & postquam permisit, templum suum, quod Panhellenium, veluti Graecis omnibus commune illi vocant, aedificari, certamina instituit, magnamque pecuniam, & frumentum. annuum, omnemque Cephaloniam Atheniensibus dedit, ut narrat Dio Cassius (99): Olympium, five locum in Delo fatis amplum suo sumptu exstruxit ope Atheniensium, qui illum novas Athenas Hadrianas nuncuparunt; ut scribit Stephanus Byzantinus (100), aliaque forte plura in tota Graecia reliquit suae largitagitatis ac munificentiae argumenta. Hinc ratio manifesta est, cur Graeci ita ipsum Imp. Hadrianum & diligerent, atque venerarentur, ut ipsi monumentum hoc quod illustramus, cum nobilissima eius imperare consecraverint, qua eum ut Olympium Iovem ac Dodonaeum commendant, atque extollunt.

S. xxvI.

Ouinam vero ex Graecis hoc monumento Hadrianum. Imp. laudaverint plane incompertum nobis est, qui prorsus ignoramus, ubi primo repertum illud fuerit. Nec ulla mihi in. promptu est satis valida coniectandi ratio, qua innixus de hoc disputare possim. Ergo heic adnotare potius praestabit diverfos Graecorum populos, quorum habemus monumenta, in quibus Hadrianum Împ. ut Olympium Iovem efferunt. In Mufeo Pisano & Corrario (101) duo sunt nummi Cyzicenorum, & Ephesiorum, in quorum altero legitur TPAI. AAPIANOX OATM-ΠΙΟΣ, in altero ΚΑΙΣΑΡ ΟΛΥΜΠΙΟΣ ΑΔΡΙΑΝΟΣ: ita & in nummo Tarfensium apud Iosephum KHELL (102), qui auctor testatur idem reperiri cognomen in nummis Laodicensium, Nicomediensium, & Temnitarum: quod antea observaverat Spanhe-MIUS. (103): similiter, ut refert VAILLANTIUS (104), in basi statuae ipsius Imperatoris Smyrnae scriptum erat ATTOKPATOPI. ΑΔΡΙΑΝΩΙ. ΟΛΥΜΠΙΩΙ. ΣΩΤΗΡΙ. ΚΑΙ. ΚΤΙΣΤΗΙ. Imperatori Hadriano Olympio servatori & conditori. Sic Η ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ ΤΗΣ ΙΟΝΙΑΣ ΜΙΛΗΣΙΩΝ ΠΟΛΙΣ Metropolis Ionias Milesiorum civitas eumdem. ut OATMITION commendat apud Moratorium (105). Quibus in. monumentis 'Ολύμπι@ intelligitur ζεὺς; sicut alia Mitylenensium επιγραφη apud eumdem Muratorium (106) dicata est Hadriano. ΟΛΥΜΠΙΩ ΚΤΙΣΤΗ ΔΙΙ Olympio conditori Iovi . Ita in alio nummo Nicomediensium in Bithynia, quem habet HARDUINUS (107); inest caput laureatum Hadriani, & omisso eius nomine, inscriptum in eo est OEOS OATMINOS. Sponius (108) vero memorat inscriptos lapides Graecarum urbium, ut Thasiorum, Amphipolitarum, Abydenorum, ac Smyrnaeorum, in quibus pariter Hadrianus dicitur OATMIIOS. Altera est apud Reinesium (109) infcriptio ΠΑΛΕΩΝ ΤΗΣ ΚΕΦΑΛΑΝΙΑΣ, qui Hadrianum Aug. ΟΛΥΜ-MION honorant; quam quidem inscriptionem affert etiam MURA-TORIUS TORIUS (110). At REINESIUS fine ullo prorsus veterum testimonio assirmat, basi illius statuae Hadriani ipsam suisse insculptam, quam in Iovis Olympii templo, quod ipse Imperator Athenis dicaverat, positam, suisse narrat Dio Cassius. Itaque sides sit apud ipsum Reinesium; nos enim sine tabulis testamenta non recipimus. Praeterea eodem nomine Hadrianum coluere ANEMOY. THE. KIAIKIAE, apud Muratorium (111) idest Anemurienses Ciliciae iuxta eiusdem emendationem; EHETIOI Sestii pariter apud eumdem (112), quorum urbs Sestius ad Propontidem spectat, ut tradit Stephanus Byzantinus (113); senatus quoque & populus TON EEBAETOSOAEITON TON EN SONTO Sebastopolitarum in Ponto (114); tum etiam Megarenses (115) atque in primis Athenienses (116), si id iudicare licet ex intypaquis, quae illic dicuntur inventae.

# §. xxviI.

Illud autem postremo loco observare nobis lubet, Hadrianum Imperatorem non modo Iovem Olympium & Dodonaeum appellatum fuisse; sed etiam, ut arbitror lovem βελαίον, ac praeterea & Martis & Herculis fuisse nominibus infignitum. An vero alia Deorum nomina eidem tributa fint, ex antiquis vel scriptoribus vel monumentis minime constat. Itaque AAPIANOT BOTAAIOT monumentum ex locupletissimo Museo Nanio edidere viri cl. Passerius (117) & Paciaudius (118). Atque hic quidem eruditissime eam vocem surais de confiliario tantum explicat; Passerius vero de confiliario quidem eamdem fuerat antea interpretatus, fed ad Iovis similitudinem, cuius notum erat ἐπίθετον illud βελαίω. Ac recte quidem; si non quamcumque velit fimilitudinem cum Iove βελαίω, fed eam, quae Hadrianum effecerit alterum Iovem confiliarium; hic enim Imperator in pluribus, quae superius commemorata sunt monumenta, nuncupatus est Olympius, in aliquibus vero Iuppiter Olympius. Ergo ex illis in quibus dicitur tantum Olympius subaudiri videtur Iuppiter; quod nomen ideo in aliis omissum dici potest, propterea quod adeo folemne effet eius Numinis eniberor Olympius, ut hoc indicato aliud quoque subintelligeretur. Ita de βελαίφ confiliario videtur dicendum; quod pariter solemne esset Iovis cognomen (dequo pauca dicemus in adnotationibus ad monumentum vI.). Et fane magnum aliquod & fingulare elogium indicat nomen illud AΔPIANOT BOTAAIOT positum initio eius lapidis, distinctum ab ipsa ἐπιγραφη tamquam index meritorum & laudum Hadriani Imp. Laus quidem est imperantis, esse consiliis reddendis aptum; sed pro adulatione fervidissima Graecorum, qui illud monumentum Hadriano posuerunt, in quo unicum est elogium τε βελαίε, videtur potius illud BOTAAIOT positum pro ΔΙΟΣ ΒΟΥΛΑΙΟΤ. Qui enim monumentum illi dicarunt tamquam ΔΙΙ ΔΩΔΩΝΑΙΩ, multo facilius aliud dicare eidem poterant velut ΔΙΙ ΒΟΤΑΑΙΩ.

Praeterea Hadrianus Imp. sub Martis effigie exhibetur in. nummo apud VAILLANTIUM (119); sicuti & in Capitolinis aedibus simulacrum est ex pario marmore, in quo Imperator ille, ficut in eo nummo. Cur autem Hadrianus ut Mars a veteribus habitus est, qui iuxta Dionem (120) καὶ τῷ μήτε τινὰ πόλεμον ταράξαι, και τες όντας παυσαι, non modo nullum bellum movit, sed etiam mota composuit? At forte adulator aliquis Hadrianum sub Martis imagine repraesentavit ob bellum, quod ad Iudaeos cohibendos non praesens ipse, sed missis optimis ducibus perfecit eo prospero exitu, ut ex Hebraeis ολίγοι δ' εν κομιδή περιεγένοντο, και φέρια μέν άυτων σεντήκοντα τὰ γε άξιολογώτατα κώμαι δε έννακόσια, και όγο ο όκοντα, καὶ πέντε ονομας όταται κατες εάφησαν • ανό εες δε όκτω καὶ πεντήκοντα μυριάθες έσφάγησαν έν τε ταις καταθρομαίς, και ταις μάχαις (τῶν τε γὰρ λιμφ καὶ πυρὶ φθαρέντων τὸ ωληθ 🕟 ἀνεξαρεύνητον ην ) ωστε πασαν ολίγε δειν την 'Isδαίν έρημοθήναι, pauci admodum evaferint, & quinquaginta eqrum arces munitissimae, vicique celeberrimi atque nobilissimi nongenti octoginta quinque funditus eversi sint. Caesa sunt in excursionibus praeliisque hominum quingenta octoginta millia: eorum autem, qui fame, morbo, & igni interierunt, infinita fuit multitudo, ita ut omnis pene Iudaea deserta relicta fuerit. Martis etiam nomine explendescere potuit Hadrianus, eo quod Spartiano (121) auctore licet pacis magis quam belli cupidus fuisset, attamen militem, quasi bellum immineret, exercuit tolerantiae documentis eum. imbuens: ipse quoque inter manipulares vitam militarem magistrans, cibis etiam castrensibus in propatula libenter utens . . . multos praemiis, non-L 2

nonnullos honoribus donans, ut ferre possent ea, quae asperius iubebat; siquidem ipse ... labantem disciplinam incuria superiorum princi. pum retinuit, ordinatis & officiis, & impendiis: numquam passus aliquem a castris iniuste abesse, quum tribunos non favor militum, sed iustitia commendaret: exemplo etiam virtutis suae ceteros adhortatus, cum etiam vicena millia pedibus armatus ambularet, triclinia de castris & porticus & cryptas & topia dirueret; aliaque plura ad militum doctrinam ipse faceret. Dio autem Cassius (122) itascribit: συνέλοντι τε ειπείν ετω και έργα, και τοις σαραγγέλμασι σάν το σρατιωτικον δι' όλης της άρχης ήσχησε και κατεκόσμησεν ώς ε και νου , τα τότε ύπ' ἀυτε ἀχθέντα νόμον σφίσι τῆς ςρατέας είναι, itaque, ut uno verbo dicam, ita milites, quamdiu imperium tenuit, rebus ipfis exercuit, instituitque praeceptis, ut quae tunc ab illo constituta sunt, ad haec tempora vim legis, atque disciplinae militaris obtineant. Hinc ergo praecipuam habes rationem, cur Hadrianus Imp. sub Martis effigie sit a veteribus efformatus.

### §. xxvIIII,

Demum in Graecis nummis HPAKAEΣ PΩMAIOΣ, Hercules Romanus enuntiatus est, ob peragratum & vindicatum ab iniuriis praesidum orbem Romanum; atque ob benesicia ubique ab eo relicta, ut adnotavit Casaubonus (123). Hercules nimirum dictus est ob animi viriumque fortitudinem; de qua plura in. eius vita exstant illustria exempla. Eaque in primis desumi posfunt ex iis, quae paullo ante dicta funt de eius militari disciplina. Heic ergo fufficiat, paucis commemorare, quae de eius itineribus ac venatione scripta reperio. Ac de itineribus quidem narrat Dio Cassius (127) quod Imperator ille κα) έβασίζεν, κ κα) ίππευε πάντη . έδ' έςιν οπότε έτε όχηματος τότε γε , έτε τετρακύκλε έπεβη . έτε τήν κεφαλήν έκ εν θάλπη, έκ εν ρίγα έκαλύφη, άλλα και έν ταῖς χίοσι ταῖς Κελτικαίς, κ) εν τοίς κάυμασι τοίς `Αιγυπτιακοίς, γύμνη αυτή περιήκ, consuevit pedibus iter facere, aut in quaevis loca admisso equo proficisci: numquam vehicula aut quadrigas conscendere: nulloque calore, nullo frigore, ut capite operto effet, adduci; nec enim umquam aut propter nives Celticas, aut calores Aegyptios opertum caput habuit. Eum autem peragraffe omnes orbis partes scribit Spartia-NUS (125). De venatione autem Hadriani idem historicus (126), haec

haec refert: Oppidum Hadrianotheras in quodam loco, quod illic & feliciter esset venatus, & ursam occidisset aliquando, constituit; & infra (127) scribit: Venatu frequentissime leonem manu sua occidit. Quibus profecto eximiis operibus, atque laboribus Herculis Romani nomen iure consequutus est.

#### S. XXX

Sed mirum dictu! Licet Imperator hic tot obtinuerit divinos honores, ut & Iuppiter Olympius ac Dodonaeus, nec non & Bedaig, atque Mars & Hercules landaretur; attamen eo tempore, quo adulationis vires deficiunt fere omnes, nimirum post eius mortem in eum a multis multa sunt dicta, Spartiano (128) teste. Quinimmo acta eius irrita sieri volebat senatus; nec appellatus fuisset Divus, nisi Antoninus, quem ipse adoptaverat, rogaffet; quod pariter Spartianus (129) memoriae commendavit. Cauffa autem, ob quam parum abfuit, quin a fenatu ne in Heroum quidem numerum referretur, attingit Dio Cassius (130); nempe propter caedes quorumdam bonorum civium, quas & initio imperii, & paullo antequam moreretur, ipse mandaverat. Neque vero fatis fuit ad leniendos Romanorum animos iuramentum, quo ipse testatus fuerat, eos non fuisse iussu fuo interfectos, nec duplex congiarium, quod praesens populo dedit, ternis iam per singulos aureis, eo absente, divisis ad comprimendam, quae de ipfo exorta iam erat, pessimam opinionem. Huc accedit, quod quamvis vir esset humanissimus; attamen populum Rom. severe magis, quam blande tractabat, ημε δε η τον δήμον των 'Ρωμαίων εμβριθώς μάλλον, η θωπευτικώς; ut scribit DIO CASsius (131). Verumtamen senatus roganti Antonino, ob timorem forsitan illius exercitus indulsit, ut Hadrianus eius pater adoptivus, ficut Imperatores ceteri, Divi nomine post mortem nuncuparetur. Quamobrem idem Antoninus templum ei pro sepulcro apud Puteolos constituit: & quinquennale certamen, & flamines, & sodales, & multa alia, quae ad honorem quasi Numinis pertinerent; ut narrat Spartianus (132) supralaudatus. Sic Hadrianus Imp. ope Antonini adoptati id consequutus est, quod ipseobtinuit Traiano, qui eius pater adoptivus existimabatur.

(I) DIO



- (1) DIO CASSIUS. Histor. lib. CXVIIII.
- (2) SPARTIANUS. In vita Hadriani, edit. Salmafii. Parifiis an. MDCXX. pag. 3. B.
- (3) IDEM. ibid. pag. 2. E.
- (4) IDEM. ibid. pag. 3. A.
- (5) Dio Cassius · H. lib. LxviiiI. n. xx., & xxiI.
- (6) SPARTIANUS . l. l. pag. 3. E.
- (7) Dodvellus . Praelect. Labden. xviI. 6. 4. 5. pag. 536. seqq.
- (8) Ad DION. CASSIUM.11. num.1. adnotat. 2.
- (9) EUTROPIUS. lib. vil. num. vl.
- (10) VICTOR. Caefar. XIII.
- (11) CEDRENUS . pag. 250. edit. Parisiens. tom. vl. bistor. Byzantin.
- (12) SPARTIANUS . 1. 1. pag. 3. D.
- (13) IDEM . ibid. pag. 9. D.
- (14) IDEM . ibip. pag. 3. E.
- (15) IDEM. ibid.
- (16) VAILLANT. Numism. Imp. Rom, praefantiora tom. 11. edit. Rom. pag. 142.
- (17) SPANHEMIUS. De praestantia & usu numism. dissert. xII. num. IIII. tom. II.
- (18) PAUSANIAS. lib. I. in Atticis cap. xviiI.
- (19) APPIANUS. De bello civili lib. II. pag. 481. edit. Henric. Stepban.
- (20) PHILOSTRATUS . Heroica cap.I.n. 11.
- (21) EUSEBIUS . Hift. eccl. lib. IIII. cap. III. & v. & alibi .
- (22) IDEM. ibid. cap.VIII.
- (23) IDEM . ibid. cap. vI.
- (24) CEDRENUS . 1. 1. 9. vI.
- (25) SPANHEMIUS . l. l. dissert. xII. §.111. num. 111.
- (26) NATAL. COMES Mytholog. lid. II.cap. I.
- (27) HOMERUS. Hymn. iu Musas & Apollinem.
- (28) CALLIMACHUS. Hymn. in Iovemverf. 79.
- (29) PLATO. In Alcibiade.
- (30) DIO CHRYSOSTOM. Orat. I. de regno.
- (31) CICERO. ad Q. fratrem lib. I. ep.I.
- (32) IDEM . In Pisonem cap. Lxx.
- (33) PACIAUDIUS. Monum. Pelopon. tom. II. pag. 73.
- (34) STEPHANUS Byzantin. . v. 'Ολυμπία.
- (35) LACTANTIUS. De falsa religione.

- (36) DIODORUS SICULUS . Bibl. bistor. lib. III. num. 72. edit. Wesselingii .
- (37) LACTANTIUS . 1. 1.
- (38) Dioporus Sicutus . I. l. lib. v. num. 71.
- (39) IDEM . ibid. num. 72.
- (40) STEPHANUS. Bozantin. v. Auduvn.
- (41) POMPON. MELA. lib. II.
- (42) HERODOTUS . lib. II. cap. LII.
- (43) Ovidius . lib. mil. triftium 8.
- (44) STEPHANUS. Byzantin. in fragment.
  v. Δωδώνη.
- (45) HOMERUS. Iliad. 11. v. 344.
- (46) MAZOCHIUS. Spicileg. in Genef.tom. 1 pag. 279. & 291.
- (47) IDEM. ibid. pag. 290.
- (48) IDEM . *ibid* . pag. 291.
- (49) STRABO . Geograph. lib. vil . .
- (50) HERODOTUS . lib. II. in Euterper sect. LII.
- (51) STEPHANUS & TRIGLANDIUS. In coniestaneis de Dodone tom. VII. antiq. Gracc. GRONOVII.
- (52) SPANHEMIUS. Observat. in Callimachi hymn. in Delum. v.284. & 286.
- (53) §. VIIII.
- (54) Dio Chrysostomus. Orat. xil. de Dei cognitione.
- (55) Ex DIONE CASSIO. lib.LXIIII. n.2.
- (56) Ex Spartiano. pag. 3. B.
- (57) Ex DIONE . 1.1. num. 5.
- (58) Ex EOD. 1. 1. num.12.
- (59) Ex Spartiano. pag.9. D.
- (60) Ex Dione . l. l. num.5.
- (61) Apud Spartianum & Dionem, in omni fere vita Hadriani.
- (62) Ex SPARTIAN. pag. 5. B., & Dio-NE. l. l. num. 7.
- (63) Ex EOD. SPARTIANO . pag. 10. B.
- (64) Ex EOD. pag.4.E. pag.9.B. pag.11.B.
- (65) MURATOR. N.Th.. CCXXXVI. 1.
- (66) IDEM . ibid. num. 2.
- (67) VAILLANT. Numismas. Imperat.Rom. praestantiora tom. 1. pag. 66. edit. Rom.
- (68) MURATORIUS . l. l. CCXV. 4.
- (69) PLUTARCHUS. In vita Periclis.
- (70) SPANHEMIUS. De praestant., & usu numism. dissert. xII. §. xIII. num. I.
- (71) MURATORIUS. l. l. CCXXXV. 2d n.2.
- (72) SPARTIANUS In vita Hadrian.p.7.A.
  (73) In

- (73) In praefat. illius editionis.
- (74) PAUSANIAS . In Atticis .
- (75) XIPHILINUS apud Dion. lib.LXVIII. num. 16.
- (76) Ioseph Flavius. Archaeolog. lib.xv. cap. xiiil. iuxta edit. veteres.
- (77) PAUSANIAS . 1. 1.
- (78) Dion. lib. LxvIIII. num. 3.
- (80) IDEM. ibid. pag. 10. A.
- (81) THOMAS DE PINEDO In observationib.
  ad Stephanum de urbibus . v. 'Ολύμπειον.
- (82) SEX. AUR. VICTOR. In epitome.
- (83) KHELL. Ad numismat. Imperator. supplement. pag. 72.
- (84) HARDUINUS. Oper. felect. pag. 764.
- (85) XIPHILLINUS apud Dion. lib.LXVIIII. num. 20. & 21.
- (86) SPARTIANUS. 1. 1. pag. 12. C.
- (87) KHELL. l. l. pag. 73.
- (88) ARISTOPHANES. In The smoother. v.33.
- (89) STRABO. Geograph. lib. vil.
- (90) SPARTIANUS . 1. 1. pag. 1. B.
- (91) LYDIATUS. In notis bistoric. ad Chronicon. MARMOR. OXONIEN. pag. 118.
- (92) SPARTIANUS. 1. l. pag. 6. E.
- (93) IDEM. ibid. pag. 11. B.
- (94) IDEM . ibid. pag. 9. D.
- (95) IDEM . ibid.
- (96) CORSINIUS. Faft, attic. tom. HII. pag. 171.
- (97) SPARTIANUS. 1.1. pag. 6. E.
- (98) IDEM . ibid. pag. 9. D.
- (99) Dio Cass. lib. LxvIIII. num. 16.
- (100) STEPHANUS. De urbib. v. 'Ολυμ-
- (101) MUSEUM PISAN, & GORRAR. tab.x.
- (102) KHELL. Numism. Imp.Rom. pag.72.

- (103) SPANHEMIUS. De praessant. & usu numism. tom. II. dissert. xII. pag. 497.
- (104) VAILLANT. Numism. aerea Imper.
- (105) MURATORIUS. N. Th. MLIX. 2.
- (106) IDEM . ibid. CCXXVI. 2.
- (107) HARDUINUS . Oper . felect. pag. 764.
- (108) SPONIUS. Itiner. tom. III. pag. 40. part. II.
- (109) REINESIUS. Syntagm. inscript.antiq. cl. III. num. Lxxxv.
- (110) Muratorius. l. l. mlxvI. 4.
- (111) IDEM . l. l. CCXXXX. 4.
- (112) IDEM . l. l. num. 5.
- (113) STEPHANUS. De urbib. v. Ingos.
- (114) MURATORIUS. 1.1. MLXXX. I.
- (115) IDEM . l. l. CCXXXVI. 1.
- (116) IDEM. l.l. CCXXIIII.2.CCXXV.1.2.3.
- (117) PASSERIUS. Osservazioni sopra alcuni monumenti del Museo Nani sez. 11. pag. xiiil.
- (118) PACIAUDIUS. Monumenta Pelopenef. tom. II. pag. 77. •
- (119) VAILLANT. Numismat. Imperat. Rom. praestantiora tom. II. pag. 144.
- (120) DIO CASS. lib. LXVIIII. num. 5.
- (121) SPARTIAN. Vita Hadrian. pag. 5. C.
- (122) Dio. l.l. num. 9.
- (123) CASAUBONUS. In notis ad SPARTIAN. pag. 7. num. 1.
- (124) Dio. l. l. num. 9.
- (125) SPARTIANUS. 1. 1. pag. 11. B.
- (126) IDEM. l. l. pag. 10. G.
- (127) IDEM . l. l. pag. 12. E.
- (128) IDEM . 1. 1. pag. 13. B.
- (129) IDEM . l. l.
- (130) Dio . l. l. num. 2.
- (131) IDEM . l. l.
- (132) SPARTIANUS. 1.1. pag. 13. B.

# MONUMENTUM III

-DISSERTATIONE ATQUE ADNOTATIONIBUS

ILLUSTRATUM

DISSERTATIO

DE VETERI CORCYRAEENSIUM REPUBLICA

# ΣΥΝΟΨΙΣ

### DISSERTATIONIS

# IN MONUMENTUM III

- S.I. Orcyracensis reipub. praestantia innuitur; atque indicantur ea, de quibus in boc commentario disserendum est.
- S. II. Inquiritur ac definitur, qua ratione legenda, ac Latine reddenda fit Corcyracensis ἐπιγραφή. Emendata autem MONT-FAUCONII & MAFFEI lectione, laudatur altera CORSI-NII, atque ex ἀυτογράφω confirmatur.
- \$. 11I. Indicatur Corcyraeorum magistratus supremus atque ἐπώνυμος, nempe πρύτανις. Ostenditur, satis sirmas non esse rationes, ob quas MORISANUS in Regina ἐπιγεαφῆ, Corcyraeensi simillima, iudicavit Prytanem ἐπώνομον contineri.
- S. 111I. Aliis argumentis idem clare oftenditur.
  - S. v. Ex praeclaro quodam Corcyraeorum monumento demonstratur, corum Prytanem fuisse ἐπώνυμον.
  - S. vI. Idem aliis observationibus confirmatur, soluta quadam difficultate, quae contra opponi poset.
- S. vil. Oftenditur Prytanem Corcyracensem fuisse eviauror annuum ;
- S. VIII. Ἐπώνυμον vero ἐνιαυτὸν aetate illius supradicti monumenti unum dumtaxat fuisse; supremum autem Corcyrae magistratum aetate, ad quam pertinet nostra ἐπιγραφὰ, εκ τπινείτις fuisse compositum.
- S. VIIII. Incertum quidem esse, an Σύναρχοι Corcyraeenses fuerint ὁμώνυμοι cum Prytane; sed verosimilius non fuisse nuncupatos Prytanes.
  - S. x. Idque aliis comprobatur argumentis; simulque illustrantur quidam Graecorum magistratus; ac refellitur MURATORII opinio de Patronomis Lacedaemonum.
  - S. xI. An vero Corcyraei Ebraexol alium habuerint proprium dignita-M 2 tis

- tis nomen, incertum omnino est. Illud autem constat, antiquius Corcyraeorum regimen ex monarchico & aristocratico temperatum suisse.
- S. x1I. In co regimine nullam babuit partem muliebris dominatus.

  Illustratur hac in re HOMERUS; & adversus Card. QUIRINIUM explicatur EUSTATHIUS.
  - x11I. Subsequutis temporibus Corcyraeorum regimen aristocraticum, simulque democraticum evasit. Illustratur celebre Corcyraeorum monumentum; & quaedam de Τεχνίταις τῷ Διονύσφ pertractantur.
- S. XIIII. In eodem Corcyraeo monumento quaedam occurrunt non satis perspicua & expedita; quae non observarunt eruditi; quorum tamen illustratio a nobis redditur verosimilior.
  - xy. Populus Corcyraeensis suam, ut videtur, non exercuit in republica potestatem dispertitus in aliquas Tribus.
- S. XVI. Archontum nomine apud Corcyraeos intelliguntur verosimilius ii omnes, ex quibus constabat senatus.
- S. xviI. Archontes autem in supradicto monumento commemorati, non fuere ludorum scenicorum praesides.
- S. XVIII. De Corcyraeorum προβέλοις, principibus senatus.
- S. XVIIII. De corumdem apodinois the Budhe, defensoribus senatus.
  - S. xx. De ipsorum προς άταις sive προς άτη προβέλων, procuratoribus, sive adsessoribus vel procuratore principum senatus.
  - S. XXI. De νομοφίλαζι legum custodibus Corcyraeorum.
  - S. XXII. De Suplarais legum restauratoribus corumdem.
  - S. XXIII. De rapiais quaestoribus ipforum.
- S. xxIIII. De Corcyraeoruus χαρίζασι το αργύμον administratoribus pecuniae publicae.
  - S. xxv. Nomine της βυλής in Corcyraeo decreto aliquando intelligitur etiam η άλία populus, qui in senatum conveniebat.
  - S. XXVI. De aywrobera ludorum praeside apud Corsyraeos.
- S. xxvII. De eorumdem προκαρύζασι, praeconibus & διοικήτα administratore, seu de eo, qui quaedam apte disponit.

Digitized by Google

# MONUMENTUM III



# COMMENTARIUS

S. I.



Uum plura fint, quae Corcyram inter celebriores Graecorum respublicas accensendam essedemonstrant; tum vero praesertim eius generosa antiquitas, & potentia non vulgaris. Nam, ut ex multis pauca attingam veterum testimonio firmata, urbs illa duplici portu, & amoe-

nissimo totius insulae agro inlustris eo pervenit, ut colonias novasque civitates genuerit, atque tam divitiis quam navigandi arte & classibus Corintho ipsa validior existimaretur, immo eamdem in bello aliquando superaverit: meruit propterea, ut Athenienses cum Corcyraeis societatem inieriat, quae Corinthiis invifa, stimulus eisdem fuit ad excitandum contra illos atrocissimum bellum Pelopponnesiacum. Itaque optandum. magnopere est, ut sapientissimum tam praeclarae reipublicae fystema nobis penitus innotescat; quod tamen in descriptione. eiusdem reipublicae ab Ubbone Emmio facta, & in Corcyrae primordiis ab eruditissimo S. R. E. Card. Angelo Maria Quirino editis, aliifque recentioribus adhuc desideramus: quodque apud antiquos Graecarum rerum scriptores frustra quaesivimus, ne excepto quidem Pausania, qui de Corcyraeis plura prae ceteris memoriae commendavit. Sapientissimi autem philosophi Art-STOTELIS librum, σερί τῶς Κερκυραίων πολιτάας, de Corcyraeorum politia nobis iam inviderunt tempora edacissima. De quo quidem egre-

Digitized by Google

egregii operis interitu satis dolere non possumus. Attamen ex eo quod sapientissimus ille philosophus labores suos ad commonstrandum illius reipublicae regimen lubens contulerit; intelligimus sane rempublicam eamdem adeo recte inter ceteras suisse constitutam, ut plurimis aliis exemplo esse posset. Quare plurimi nunc facienda erit haec iniquan, quam illustrare aggredior; quum & per se ipsa non mediocrem afferat reipub. Corcyraeensi lucem, ac praeterea occasionem suppeditet illustrandi aliud praeclarissimum Corcyraeorum monumentum; quo diligenter inspecto, simulque cum hac iniquanti collato ea certe apparebit celeberrimae illius reipub. facies, quam post deperditum Aristotelis opus nemo adhuc nobis ostendit.

S. 11

Quomodo legenda ac Latine reddenda sit haec ἐπιγεαφὰ, primo videamus, tum ad cetera, quae non pauca sunt animadversione digna, progrediemur. Illam exscripserunt Montfauconius (1) & Muratorius (2), ac demum Corsinius (3), qui Montfauconil lectionem emendandam sibi sumsit. Porro ἀπόγραφον eiusdem Montfauconil aliquantulum discrepat a nostro ἀντογράφω; in illo enim versus secundus desinit in voce ΦΙΛΩΤΑΣ, versus tertius in voce NIKANΩP: deest in secundo articulus OI, deinde legitur IAKKOΣ & KOΣΛΠΕΛΟΥ. Si quadratarium accusare velimus, retineri poterit lectio Montfauconil; sed non est necesse. Muratorius autem pro ΑΠΟΔΛΟΔΟΤΟΥ habet ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ. Denique lacuna, quae est in sine primi versus, ex Corsinio suppleri poterit: quod vero deest in postremo, ex Montfauconil ἀπογεάφω restituetur; ut recta ratio suadet. Itaque sic legendum interpretandumque censemus:

'Απολλόδωρω 'Απολλοδότε Πρυτάνευσας και δι Σύναρχοι Φίλωτας 'Ιάκχες Κοσαπελάε Νικάνωρ Νικος ράτου Θεοίς. Apollodorus Apollodoti fil. Prytanis & conlegae eius in magistratu, Philotas, Iacchus Cosapolai fil. Nicanor Nicostrati fil. Diis.

Subspicatus fuerat Montfauconius, in lacuna primi versus pofitum INETEAE pro NETEAE; at quaenam ex hac lectione significaficatio? Apollodorus & socii magistratus annunt Diis. Fortasse. putavit cl. vir intelligendum esse annuerunt vel annuentes dedicarunt Diis. Verum inutilis infueta & importuna tunc foret vox illa NETZAZ. Ad veritatem proxime accessit Maffeius (4), qui ad emendandam Montfauconil lectionem ait scribendum spota-NETZAZ, fummo magistratu functus, quum sequatur, KAI OI ETNAPXOI. Sed fortaffe in MAFFEIANIS schedis legebatur IIPT-TANETZAZ. Unde enim vir in Graecis litteris & monumentis eruditus sibi cuderet inauditum & incomptum illud sipotanet-EAE? Quare veritatem attigisse arbitror Corsinium (5), qui innixus folemnibus similium monumentorum verbisaestituit vocem **IPTTANETZAZ**. Siquidem in exeso lapide perpendicularis lineola I initium est litterae II; & remanet omnino spatium pro aliis quatuor litteris PTTA, ut fiat cum fequentis versus initio vox ΠΡΥΤΑΝΕΥΣΑΣ. Aderat autem Corcyrae magistratus ΠΡΥΤΑΝΙΣ dictus, ut patet ex altero eius urbis monumento apud Montfauconium (6), & Card. Quirinium (7). Itaque quod Consinius feliciter coniecit restituendum, nunc ex marmoris ipsius testimonio, atque alterius Corcyraeentis monumenti fuffragio ratum. certumque habendum est. Corcyrae enim inventus est lapis, quem illustramus, atque inde in locupletissimum cl. Equitis ac Senatoris Nani Museum fausto auspicio inlatus.

§. 111.

Nec dubitari amplius poterit (quod Corsinio certum non erat) quin supremus Corcyraeorum magistratus appellaretur Prytanis; immo etiam ut ἐπάνυμω eorum fastis inscribi consueverit; quod quidem ex altero Corcyraeo monumento paullo infra ostendetur. Ex nostro enim lapide, si vera tacere nolumus, nil aliud arguitur, nisi quod Apollodorus Apollodoti fil. primus fuit ordine vel dignitate inter suos Συνάρχες collegas magistratus. Namque probari mihi satis nequeunt rationes, ob quas Morisanus (8) sine ullo metu definit ἐπάνυμον esse quemdam Reginum Prytanem, in simili prorsus huic nostrae ἐπιγραφη commemoratum. Eas ut verosimiles laudo; ut indubitatas minime amplector. Regina ἐπιγραφη, quam ille affert atque interpretatur, huiusmodi est communi charactere exscripta:

TIPY-

ΠΡΥΤΑΝΙΣ ΕΚ ΤΟΥ ΙΔΙΟΎ ΚΑΙ ΑΡΧΏΝ ΠΕΝΤΑ
ΕΤΕΡΙΚΌΣ ΣΕΞ. ΝΟΥΜΏΝΙΟΣ ΣΕΞ. Υ. ΜΑΡΤΟΎΡΟΣ
ΣΥΜΠΡΥΤΑΝΕΙΣ Κ. ΟΡΤΩΡΙΟΣ. κ. λ.
Prytanis de fuo & Archon quinquennalis Sext. Numontus Sex. fil. Marturus
Collegae Prytanes Q. Ortorius &c.

Sequentur alia in eodem lapide facrorum ministrorum nomina, nihilque aliud exhibet inscriptio; anaglypha vero in ipso monumento insculpta nil aliud probant, quam quod illud fuerit Apollini & Dianae dicatum. Itaque verosimile quidem est, Prytanem & Archontem quinquennalem Sext. Numonium fuisse Reginorum imurupor, quia in aliis pluribus Graecis urbibus (quas ipse enumerat, Corcyra praetermissa) Prytanis erat magistratus ¿www.uos, & quia ille a ceteris distinguitur collegis, dum separatim ab iis dicitur Πρύτανις και "Αρχων, collegae autem... dicuntur Συμπευτάνας tantum; at rationes huiusmodi rem certo non definiunt, ut Morisano visum est, sed eam dubitationi adhuc obnoxiam relinguunt. Primo enim hac in re fatis firmum. non est analogiae argumentum; quum & vox Πρύτανις per se ipfa quemcumque possit magistratum designare, sicuti vox "Apxwr, & his similes; ac proinde eiusdem nominis magistratus possit in aliqua urbe esse emovoyes, in alia non item, ut erant Athenis Prytanes. Quod autem a ceteris collegis distinguatur in Regino marmore Prytanis, hoc demonstrat tantummodo, eum esse ordine vel dignitate illis praestantiorem, non vero eumdem Prytanem suisse magistratum Reginae urbis supremum; nam in minoribus magistratibus, qui ex pluribus viris coalescerent, aliquis aderat dignitate auctoritateque excellentior (quod aliquibus exemplis infra ostendam s. x.) illi autem, qui praeeminentiam inter collegas obtinebat, recte convenit nomen Apxwr, sicuti foli Sext. Numonio tributum est.

§. 111**1**.

Fateor vero iterum, erudicissimi viri sententiam multaveri specie commendari; non tamen certitudine. Tum certa eadem esset, si foret evidens, recenseri in eo monumento omnes plane, vel saltem maiores illius civitatis magistratus, vel illius Pry-

Prytanis nomen in eo positum esse veluti definitam temporis notam; ex quo sequeretur indubitanter, eumdem eponymum esse. At neutrum ex tota illius inscriptionis serie licet colligere. Quinimo eadem suppeditat mihi non leve contra Morisani fententiam argumentum. Etenim τε ἐπωνίμε notio est, ut certum quemdam ac determinatum annum five tempus commonstret, quo res aliqua gesta est. At quum in illo monumento dicatur dumtaxat "Αρχων πενταετέρικ . Archon quinquennalis; incertum proinde remanet, quo anno mertaerield Quinquennit excitatum illud fuerit; adeoque non videtur eponymi notio ibidem servata: nisi tamen compertum aliunde esset, dedicari a supremo magistratu consuevisse eius generis monumenta vel ineunte, vel exeunte eiusdem magistratus anno; quod esset adhue a cl. auctore demonstrandum. In chronico quidem. Oxoniensi aliquando commemorantur reges & archontes perpetui non adfignato imperii anno; fed in eo chronico illud faltem evidens est, eos apponi ut temporis notam; quod de Regino lapide adhuc inquirimus. Illud praeterea nec Athenis, nec ea aetate, quo reges & Archontes illi vivebant, excitatum est; sicuti Regii, & quo tempore imperabat magistratus ille, excitatum aut certe, aut maxima cum verosimilitudine dicendum est Reginum monumentum. Iam vero, quae de hoc Regino lapide opportune diximus, eadem & de noîtra Corcyraea ἐωιγραφή, quae illi in hoc simillima est, dici debere nemo non videt. Distinguitur enim Apollodorus a fuis collegis: ille dicitur πρυτάνευσας, isti tantummodo σύναρχοι, sed non apparet, utrum magistratus ille supremus fuerit, nec utrum Apollodori nomen pro certa temporis nota fuerit inscriptum.

At melior certe est nostri Corcyraeensis, quam Regini Prytanis conditio. Apollodorum namque Prytanem suisse Corcyrae ἐπώνυμον, perspicuum erit ex alio Corcyraeo monumento, quod superius indicavi, quodque semper laudabo, ut est apud Card. Quirinum (9). Initio enim ibi legitur: ΠΡΥΤΑΝΕΥΟΝΤΟΣ ΑΡΙΣΤΟΜΕΝΕΟΣ ΜΑΧΑΝΕΟΣ ΤΕΤΑΡΤΗ ΕΠΙ ΕΙΚΑΔΙ (9) sub Prytane Aristomene machanis (mensis) die vigesimal quar-

quarta. Annus igitur Corcyraeorum a Prytane denominabatur; nam post Prytanis nomen designatur mensis, eiusque dies; ac propterea illius magistratus nomen pro anni signo positum est. Quamobrem certum est, & Prytanem Corcyraeensem generatim loquendo suisse ἐπώνυμον, & Apollodorum aliqua faltem ratione inter Corcyrae ἐπωνύμες recenfendum esse. Qua tamen de re & paullo infra dicemus. Nunc enim operae. pretium est, hinc etiam deducere, quod Prytanis Corcyraeensis supremus fuerit in republica magistratus. Si enim ex magistratu aliquo nomen est anno tribuendum, scilicet si annus ex alicuius magistratus nomine velut certissima temporis nota designandus est; ex supremo quidem reipublicae magistratu nomen illud desumere, ipsoque signare oportet ea saltem monumenta, quae ad universae reipub. negocia pertinent. Quod quidem veterum Graecorum consuetudo mirifice commonstrat. Itaque Prytanem fuisse aliqua aetate supremum in Corcyraeensi repub. magistratum, satis videtur compertum exploratumque. 6. vI.

Dictum supra a nobis est, & Prytanem Corcyraeum generatim loquendo ἐπώνυμον fuisse, & Apollodorum, qui in nostra ἐπιγραφή dicitur σερυτάνευσας, aliqua faltem ratione inter ἐπωνύμες recensendum esse. Dictum vero id est ad praeoccupandam difficultatem, quae contra superiorem demonstrationem posset a. viris eruditis opponi. Inquiet enim fortasse aliquis, ad ἐπώνυμον definiendum fatis non effe notam mensis & diei in monumentis adiectam nomini alicuius magistratus; eo quod in pluribus quidem ψηφίσμασι apud Demosthenem, ut observavit cl. Corsi-NIUS (11) Archontum nomini addita sit mensis & diei nota, illi tamen Archontes ab eodem Corsinio censeantur ψευδεπώνυμω. Sed hoc mihi molestum esse non potest; eo enim dicendi genere, quo antea sum usus, praeoccupata iam est difficultas. Etenim in primis, etiamsi Aristomenes in Quiriniano monumento, & Apollodorus in nostro forent Prytanes ψουδεπώνυμοι, idest tamquam suffecti; attamen ex Quiriniano evidenter adhuc constat, Corcyraeum Prytanem in genere, ut aiunt, fuisse in wirupor; sicuti ex similibus Romanorum monumentis pa-

tet,

tet, consules fuisse magistratum indrupor, licet hic vel alter conful, vel hoc aut illud par consulum in monumento fuerit ex suffectis. Deinde ex iis, quae inferius dicenda erunt §. vIII. perspicuum siet, in Quiriniano decreto ita mentionem sieri de Aristomene, ut sermonis proprietas moneat, eum tamquam inche rumer agnoscendum esse; quum ea, quae de ipso dicuntur, suffecto five Jeude πωνύμω haud recte conveniant. Demum, nisi mea me decipit opinio, observandum reor, non prorsus aptam effe illam Jeuden wulus appellationem, quam cl. Corsinius invexit; sed aliam aptiorem esse, quam eruditi usurpant dictionem. quum distinguunt inter consules ordinarios & suffectos. Nimirum sic censeo, ipsos Atheniensium archontes, vel supremos aliarum urbium magistratus distingui debere inter imavous, ordinarios, & ἐπωνύμες extraordinarios, five suffectos; utrosque. enim vere ¿ www µus video, spectata nominis ac muneris ratione, licet aliquod inter ipfos intersit discrimen. Namque & in monumentis, in quibus illi Δευδεπώνυμα five suffecti describuntur, in eum finem describuntur, ut nomen tempori tribuant, siveut constet de tempore, quo positum est monumentum, vel quo res aliqua gesta est; habentur enim in iis monumentis, ut in Indiquari aliae temporum notae, nimirum mensis & diei; ergo illi etiam aliquam ἐπωνίμε rationem obtinent. Sed hac de re fusius dicendum erit in libro de Atheniensium decretis, in quo illustrare conabimur praeclarissimum Atheniense Musei NaniI Ιήφισμα.

S. viI.

Eumdem porro ἐπώνυμον Corcyraeensem Prytanem suisse inautòn annuum, aeque evidenter ostendo. Neque enim singere nobis possumus Aristomenis prytaniam anni unius spatio vel maiorem suisse vel minorem. Non maiorem; tunc enim quid proderat mensem machanem adsignasse? Incertum adhuc esset, quonam anno editum suisset decretum illud, quod editum dicitur sub Prytane Aristomene. Quum magistratus aliquis ἐπώνυμω vel ad plures annos vel διά βια perpetuus esset, aequum est cogitare, notam aliquam addi consuevisse, ex qua intelligeretur certus editi decreti annus, quod sane in sacris profanisque historitis editi decreti annus, quod sane in sacris profanisque historitis.

cis factum observamus. Si ergo nota illa desit in eo ψηφίσματι, in ipfo autem descriptus sit mensis; annuo spatio maiorem. non fuisse illum prytaniae magistratum admittere oportet. Annuo autem eodem spatio minorem non fuisse eumdem magistratum evidenter demonstro. Huius enim rei nullum est in decreto illo vestigium; quinimmo non obtinuisse apud Corcyraeos huiusmodi magistratum, qui annuo spatio minor fuerit, cognosci perspicue potest, ex his eiusdem decreti verbis: EN MH-NI ΕΥΚΛΕΙΩ ΤΩ ΜΕΤΑ ΠΡΥΤΑΝΙΝ ΑΡΙΣΤΟΜΕΝΗ; & paullo post: EN T $\Omega$  ETKAEI $\Omega$  MHNI T $\Omega$  MEN (corrige META) APISTOMENH ПА-PAΔONTΩ (12). Mense euclio, qui post Aristomenem Prytanem, idest post Aristomenis prytaniam, revolvetur. Si autem annuus non fuisset Prytanis magistratus, adhibita non esset supradictaloquendi ratio, quae indicat aliam prytaniam immediate sequuturam post illam Aristomenis, eamque annuam. Etenim in eo. dem loco praescribitur, ut qui electi fuerint En APISTOMENEOS sub Aristomenis prytania ad pecuniae administrationem, eam. foenori tradant en mhni δυωδεκατώ και ευκλείω τω επί αρίστο-MENEOS (13) mense duodecimo, idest euclio, sub Aristomene, nempe dum adhuc Prytanis erat Aristomenes: deinde vero decretum legitur, ut pecuniae summa & foenus solvatur EN MHNI ETKAΕΙΩ ΤΩ ΜΕΤΑ ΠΡΥΤΑΝΙΝ ΑΡΙΣΤΟΜΕΝΗ (14) mense euclio, qui fluet post Aristomenis prytaniam. Porro illius pecuniae administratores singulis annis eligebantur, ut paullo ante in eodem. ψηφίσματι statuitur his verbis: ΕΛΕΣΘΑΙ ΔΕ ΤΑΝ ΒΟΥΛΑΝ ΤΟΥΣ ΧΕΙ-PIEOTNTAE TO APPYPION ANAPAE TPEIE EIE ENIATTON (15) Eligat autem senatus administratores pecuniae viros tres quolibet anno. Itaque nec maiorem, nec minorem annuo spatio fuisse indrupar Corcyraeensis prytaniae magistratum, ex eo monumento evidenret demonstratum est.

# s. viil.

Hinc manifeste pariter alia duo deducuntur: primumnempe, ἐπώνυμον Corcyraeorum unum dumtaxat iis temporibus fuisse, quibus editum illud decretum, excitatumque est nostrum monumentum; alterum vero supremum eius urbis magistratum ea aetate, ad quam nostra pertinet ἐπιγραφὶ, ex iπνiris suisse composi-

positum. Si namque, ut de primo loquar, ἐπώνυμοι quoque forent alii, qui in nostra ἐπιγραφή recensentur, Apollodori ΣΥΝΑΡxoi collegae in magistratu; omnes quidem simul cum isto appellari unico nomine potuissent IPTTANETZANTEZ, paremque. omnino dignitatem cum eodem habuissent. Sic in alio, de quo nuper facta mentio est, Corcyraeorum monumento non unius tantum HPTTANETONTOS APISTOMENEOS, fed aliorum etiam. eiusclem in magistratu sociorum nomina suissent inscripta. Igitur quemadmodum ex ea formula deducitur, unum dumtaxat fuisse ceteris dignitate & auctoritate praestantiorem; ita etiam unum tantummodo exstitisse eponymum colligi debet. Quod autem ea aetate, qua nostrum excitatum est monumentum., fupremus Corcyraeorum magistratus ex iiiviris constaret, ex eo patet, quod in eadem iniquanti quatuor tantum describantur, nec ullum sit indicium, aut levis suspicio, quod aliquis alius in ea desideretur. Idem vero asserere non licet de aetate, qua editum est celeberrimum illud Corcyraeense decretum. Nam. urbis Corcyraeensis regimen diversis temporibus omnino diversum fuit; ut infra erit differendum. Quapropter eo etiam. tempore, quo Prytanis rempublicam moderabatur, potuit illud esse mutationibus obnoxium; adeoque etiam aliquod fingi potest in Prytanum numero discrimen. Sed ex eo quod in eodem decreto unus tantum nominetur Prytanis, minime sequitur, focios in magistratu eidem non fuisse, eodem aut diversis nominibus nuncupatos. Namque in Atheniensium republica. novem fuisse scimus archontes, quorum aliqui aliud etiam. obtinebant nomen. At in corum Ingiquari numquam, vel fere numquam recenfentur alii praeter archontem i wovow ; quum tamen in aliis eorumdem Atheniensium monumentis quandoque novem ipsi archontes numerentur. Sic apud Montfauco-NIUM & MURATORIUM habemus Atheniensem ἐπιγραφὰν, in qua. expresse recensentur APKON, BAZIAETZ, HOAEMAPXOZ, & sex ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΙ. Ex his ergo, si analogiae argumento uti possumus, constare arbitror, nil definiri posse quoad numerum Prytanum Corcyraeorum ea aetate, qua decretum illud promulgatum est.

5. yniI.

### S. viiiI.

Neque illud certo definiri potest, an illi ETNAPXOI, de quibus in nostra ἐπιγεαφη, fuerint ὁμώνυμοι cum ἐπωνύμω, quemadmodum novemviri Athenienses omnes dicebantur Archontes, an vero proprio hoc nomine ETNAPXOI dicerentur; deinde an praeter commune nomen, aliud habuerint, quod peculiare ipsis vel omnibus vel aliquibus effet; sicuti de Atheniensibus novemviris paullo ante diximus. Etenim ad primum, quod spectat, vox Er-NAPXOI, ficuti & aliae ΣΥΝΑΡΧΟΝΤΕΣ, & ΣΥΝΑΡΞΑΝΤΈΣ, quae in aliis veteribus monumentis occurrunt, indifferens per se ipfa est ad quemcumque magistratum significandum; atque hinc est, quod veteres lexicographi tot proferant vocabula. voci APXΩN fynonyma. Quod si antiqua monumenta consulere velimus, atque inde analogiae argumentum sumere; verosimilius iudicabitur, eos ETNAPXOYE non fuisse Prytanes denominatos. Nam quemadmodum συνάρχοντες dicebantur, qui erant ex novemviris Atheniensibus, & ipsi appellabantur apxovtes, & συμπρόεδροι dicebantur in decretis Atheniensium, qui reveranuncupabantur πρόεδροι; ita & συμπρυτάνεις in Regino lapide superius adducto §. III. vel συμπευτανεύσαντες dicti fuissent collegae. Apollodori, si ex eorum dignitate πρυτάνεις appellari consuesfent. Itaque si in allatis exemplis consistendum sit, ad veritatem proprius accedit, nomen ETNAPXOI adhibitum illic esse tamquam nomen genericum, non veluti peculiare, ac proprium.

§. x.

In hac fententia me magnopere confirmant alia veteramonumenta; praecipue vero illud Corcyraeorum decretum, quod fupra indicavi. In eo namque vox APXONTEZ non femel ufurpatur ad eos omnes denotandos, qui commune imperium in civitate habebant. Siquidem bis in eodem decernitur, ut civitas mittat mercedem operantibus in facris Dionysiacis: A MOAIZ ANOSTEIAATO (16) mittát civitas, & non multo post (17) dicitur eodem contextu: ANOSTEIAANTO OI APXONTEZ, mittant imperantes eamdem mercedem. Quo nomine APXONTEZ certe intelligitur fenatus & concio, ii nempe comprehenduntur, qui

imperio totam urbem repraesentabant; adeo ut idem sit, dicere A ΠΟΛΙΣ ΑΠΟΣΤΕΙΛΑΤΟ, & ΟΙ ΑΡΧΟΝΤΕΣ ΑΠΟΣΤΕΙΛΑΝΤΟ. Ergo nomen APXONTES, adeoque & SYNAPXOI non veluti alicuius peculiaris dignitatis proprium, fed tamquam omnibus magistratibus indicandis commune sumitur. In hoc quidem. fenfu intelligere dumtaxat possumus vocem ETNAPEANTES, quae in quodam Oxoniensi marmore (18) ita ponitur: TAMIAE KAI ΣΥΝΑΡΞΑΝΤΕΣ ΑΥΤΩ, quaestor & collegae eius in magistratu; & fimilem aliam in Sponiano lapide (19) in quo legitur: O KO-ΣΜΗΤΗΣ ΤΩΝ ΕΦΕΒΩΝ .... ΚΑΙ Ο ΑΝΤΙΚΟΣΜΗΤΗΣ .... ΤΟΥΣ ΤΕ ΣΥΝΑΡΧΟΝΤΑΣ ΚΑΙ ΤΟΥΣ κ. λ. Cosineta Epheborum .... & Anticosmeta.... tum collegas in magistratu, tum eos &c. Secus enim foret dicendum, magistratus quaestorum, cosmetarum, anticosmetarum &c. proprio nomine Δεχόντας fuisse nuncupatos. In quo quidem errasse dixeris Muratorium (20), qui quum. in quadam Lacedaemonum ἐπιγραφή legisset: ΟΙ ΣΥΝΑΡΧΟΝΤΕΣ THE NATPONOMIAE, have adnotavit: Vidimus patronomos (in. alio lapide ) esse magistratum apud Lacedaemones; nunc ediscimus ex archontibus constitutum illorum collegium; eum, inquam, errasse dixeris; nam hoc etiam in loco ea vox ETNAPXONTES nil plane. aliud fignificat, quam collegas in magistratu patronomiae.

S. xI.

An vero Corcyraei STNAPXOI praeter commune hoc nomen, aliud veluti proprium habuerint, ignotum nobis est; quum desint monumenta, ex quibus serendum esset hac dere iudicium. Quod enim apud Athenienses novemviri illi, de quibus saepe diximus, praeter communem Archontis denominationem, unus tantum κατ' ἐξοχὰν diceretur ΑΡΧΩΝ, reliqui autem peculiaria habuerint nomina, unus videlicet ΒΑΣΙΛΕΥΣ, alter ΠΟΛΕΜΑΡΧΟΣ, sex alii ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΙ appellarentur; hoc quidem investigandi simile aliquid de Corcyraeensibus occasionem praebet, non vero definiendi vel dubitandi rationem suppeditat. Aequus autem rerum aestimator inutilem prosecto noncensebit eius ἀξχαιολόγε diligentiam, qui moneat etiam de iis, quae ad maiorem alicuius monumenti illustrationem inquirenda remanent; licet nunc ex veterum mnnumentorum desectu eadem

dem definire non liceat; forte enim, ut saepe contingit, ea. in apricum proferet dies, quae nunc vehementer optamus. Quocumque igitur nomine donarentur supradicti EYNAPXOI; illud certum est, supremum Corcyraeorum magistratum suisse aliquando πρύτανιν, qui quosdam in suo munere collegas habuerit. Verum inquiret aliquis, utrum in hoc Prytane eiufque collegis sita esset omnis reipub. administrandae potestas; an vero etiam populus partem aliquam in eiuschem reipub, regimine sibi vindicaverit; deinde an semper eadem apud Corcyraeos regiminis forma obtinuerit. Utrique satisfaciam postulationi; atque ab ea primum breviter me expediam, quae postrema proposita est. Itaque initio, seu antiquioribus, quae nobis innotescunt, Corcyraeensium temporibus, eorum regimen ex monarchico simul & aristocratico temperatum suit; sicut erudite oftendit S. R. E. Card. Quirinius (21). Novimus nempe ea. aetate XIIIviros, qui communi nomine BAZIAEIZ reges appellabantur; ex quibus tamen unus ordine & imperio ceteris praeibat. Id autem iam obtinebat Homeri temporibus, quum cives Corcyraeenses nuncuparentur Phaeaces; nisi tamen Homerica. illa Corcyrae tempora inter fabulas fint reponenda.

# S. xII.

Hic autem nemo putet, ex muliebri dominatu Phaeacum regimen tunc exstitisse. Hac de re forte dubitavit laudatus Card. Quirinius (22), qui sic existimasse affirmat Homeri interpretem Eustathium. Sed pace tanti viri dixerim, nil esse quidem huiusmodi in Homero; ex Eustathio autem oppositum plane inferri. Homerus (23) enim de Areta uxore Alcinoi Corcyraeorum regis sermonem habens, illud tantum primo assirmat, quod illam rex summo honore prosequeretur, quodque cives veluti Deam suspicerent (ut etiam nunc fere faciunt subditi erga suorum regum uxores, licet proprie dicta iurisdictione carentes) ac demum addit:

Οὐ μὲν γάρ τι νόε γε κωὶ ἀυτὰ δευεται ἐσθλε Οισίν τ' εὖ φρονέησι, κωὶ ἀνδράσι νέκεα λύα. Minime enim mente etiam ipfa eget bona, Quibufque bene vult, etiam viris lites folvit.

Iam-

Iamvero si ex honore, quo Alcinous Aretam uxorem afficiebat, definienda quaestio est, non modo aliquis Aretae dominatus tribuendus erit; sed maior etiam illo, quo potiebatur ipse rex Alcinous; adeo amplificat idem Homerus honorem ex reverentia eiusdem regis erga coniugem illam. At tum poeta, tum eius interpres optimus supremam in solo Alcinoo agnoscunt dignitatem, cui nulla vel maior, vel par. Neque ulla oriri potest dubitatio ex allatis versibus, in quibus poeta narrat, Aretam confilio ita praeditam fuisse, ut feminarum non modo, sed etiam virorum lites componeret; vox enim reixos, a qua virea, quaslibet contentiones, quaecumque significat dissidia, quae etiam privatus quisque potest dissolvere. Homero consentit eius interpres, qui de Areta sic loquitur, ut omnem proprie dicti magistratus suspicionem ab ea removeat. Scribit enim: 'E A' ύπερέχει μεν των άλλων Αλκίνο 🕒 άυτος δε πείθεται ώς φανείται οξς ή γυνή Αρήτη βέλεται έποι αν τις γυναικοκρατείσθαι την γην των φαιάκων. Quoniam autem rcliquis (xII. regibus) supereminet Alcinous, inse tamen ut patebit, Aretae voluntati obtemperat, inde quis diceret, Phaeacum terram muliebri dominatui subieciam fuisse. Itaque si Eustathio teste, talis erat Alcinoi erga Aretam uxorem observantia, ut videretur ipfa Areta imperium gerere; profecto interpres ille imperium. proprie dictum Aretae non concedit; nec dici recte potest, ex muliebri etiam dominatu Phaeacum regimen coaluisse. Illud ergo tantummodo constat, antiquiori Corcyraeensium aetate. monarchico fimul & aristocratico regimine eorum rempublicam temperatam fuisse.

. S. XIII.

Subsequutis deinde temporibus immutata est eius regiminis ratio; & aristocratico additum est democraticum imperium. Aristocraticum suisse patet iam ex nostra iangemos, in qua Prytani Apollodoro adsunt tres alii ETNAPXOI collegae magifiratus, ex primoribus urbis, ut arbitror, delecti. Aristocraticum vero simul & democraticum suisse liquet ex alio saepe laudato Corcyraeensi decreto. Continetur in eo quaedam pecuniae donatio ab Aristomene & Psylla urbi Corcyraeorum sacta, ut ludos celebret in sessis Dionysiacis. Ita censeo, contra ac Mont-

Montfauconius (24), qui prima haec donationis verba: APIETO-ΜΕΝΗΣ ΑΡΙΣΤΟΛΑΙΔΑΛΕΥΣ ΔΙΔΩΤΙ ΤΑ ΠΟΛΕΙ ΤΩΝ ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ ΕΙΣ ΤΑΝ ΤΩΝ ΤΕΧΝΙΤΑΝ ΜΙΣΘΩΣΙΝ ΤΩ ΔΙΟΝΥΣΩ ΑΡΓΥΡΙΟΥ ΚΟΡΙΝ-OIOT MNAZ EZHKONTA, ita latine reddit: Aristomenes Aristolaidaleus dat urbi Corcyraeorum & Baccho in mercedem operariorum. argenti Corynthii minas sexaginta; reddenda enim sunt: dat urbi Corcyraeorum in mercedem operantium Baccho, idest eorum, qui operantur in festis Baccho sacris. Est namque apud veteres 'scriptores & in antiquis monumentis consecrata pro illis Baccho operantibus defignandis formula: ΟΙ ΠΕΡΙ ΤΟΝ ΔΙΟΝΥΣΟΝ TEXNITAI, ut apud Vandale (25) Corsinium (26) Morisanum (27) & ATHENAEUM (28); vel haec alia apud Philostratum (29) OI AMOI TON AIONTEON TEXNITAL, quibus similis est illa: OI TEX-NITAI ΤΩ ΔΙΟΝΥΣΩ, quae ex perturbata illius Corcyraeensis monumenti syntaxi deducitur. Sed Maffelo (30) non placet eaformula cum nomine Bacchi in casu tertio. Subspicari possumus, inquit, Dionysii nomini iota ab exceptore gratis suppositum, quum genitivus Doricus eo loco videatur, ut in Theocrito: n κατά Πινείφ καλά πέμπεα, ή κατά Πίνδφ, intelligendumque de τε Διονύσε τεχνίταις. Apud Chishullum (31) vero absolute appellantur AIONY SIAKOI TEXNI-TAI. Praeterea in eodem monumento continetur senatus decretum de ratione administrandae erogandaeque illius pecuniae in mercedem ΤΩΝ ΤΕΧΝΙΤΑΝ ΤΩ ΔΙΟΝΎΣΩ operantium in Dionysiacis festis. Qui autem fuerint τέχνιται, ex ipso monumento Corcyraeo clare perspicimus. Primo enim in eo generatim statuitur, pecuniam illam erogandam esse in illorum mercedem, ut celebrentur ludi in festis Dionysiacis: declaratur deinde Aristomenis & Pfyllae voluntas his verbis, quae in eorum donatione habentur apud Quirinum (32): Conducant (qui imperabunt) ex foenore elargitae pecuniae ATAEITAE TPEIE tibicines tres TPATO-ΔΟΥΣ ΤΡΕΙΣ tragoedos tres ΚΟΜΩΔΟΥΣ ΤΡΕΙΣ comoedos tres . Itaque τέχνιται τῷ Διονύσῷ operantes in sacris Bacchi nil aliud erant, quam tibicines, tragoedi, & comoedi, qui in festis Dionysiacis adhibebantur. Hoc tradiderat etiam A. Gellius (33) qui commemorans comoedos, tragoedos, & tibicines, inquit: id genus autem artifices, graece appellantur οἱ σεερὶ τὸν Διονυσον TEXVI-

igitur monumento nunc mentio est τῶς βελῶς senatus, modo τῶς ἀλίας populi, modo vero utriusque ita, ut in definiendis conficiendisque reipub. negotiis tum senatui, tum populo concessa appareat facultas. Mentio deinde in eodem est plurium magistratuum, ex quibus tamquam in speculo videre est, quampraeclare sapienterque instituta ac temperata suerit illa respublica; quamquam libenter satear, complurium adhuc eius magistratuum notitiam desiderari. Sed de iis, qui supersunt, paulo post erit a nobis dicendum.

s. xinl.

Nunc consideranti mihi in eodem monumento senatus populique auctoritatem, quaedam occurrunt non fatis perspicua & expedita; dissimulandum enim non est a viro ingenuo, quum haec ipfa eruditis non fine utilitate aliqua proponantur. Ea tamen illustrare conabimur. In primis itaque donatores pecuniae praescribunt, ut ελέσοω δε α βογλά εκαστακίς είς ενιαγτον EKAANIZOYNTAZ TO APTYPION (35) senatus deligat fingulis annis foeneratores. Idem de pecuniae administratoribus statuitur in senatus decreto his verbis: ΕΔΟΞΕ ΤΑ ΒΟΥΛΑ .... ΕΛΕΣΘΑΙ ΤΑΝ BOTAAN TOTE XEIPIEOTNTAE TO APPTPION ... EIE ENIATTON (36) Placuit senatui ... ut senatus eliqat administratores pecuniae ..... finqulis annis. At paullo post de iisdem administratoribus ita. decernitur: AIPEZOAI AE EKAZTOY ENIATTOY (XEIPIEOTNTAZ) MHNOS MAXANEOS EN BOYAA H AAIA (37) Eligantur autem quotannis (administratores illi) mense machanis, in senatu, sive in concione. Heic ergo potestas atque arbitrium eligendi administratores illos tribuitur indefinite vel fenatui vel populo, ita ut rectasit eorum electio si facta fuerit a senatu, vel a populo; antea. vero foli fenatui ea facultas tributa est. Atque haec quoad electionem illorum administratorum. Quod vero pertinet ad ipsius administrationis rationem, primo tribuitur senatui & populo munus iudicandi, utrum recte an male se gesserint administratores: BOΥΛΑ ΚΑΙ ΑΛΙΑ ΕΠΙΓΙΝΩΣΚΕΤΩ (38) senatus & concio iudicet; tum vero praescribitur, ut Agonotheta senatui rationem reddat de pecunia ab administratoribus accepta: ANOAOFIZA-

ΣΘΩ ΕΙΣ ΒΟΥΛΑΝ (39), ac pariter id faciant administratores: ΑΠΟΛΟΓΙΖΑΣΘΩΣΑΝ ΔΕ ΚΑΙ ΟΙ ΧΕΙΡΙΞΟΥΝΤΈΣ ΤΟ ΑΡΓΥΡΙΟΝ ΕΚΑ-TTAKIS EIS BOYAAN (40), rationem reddant etiam administratores pecuniae singulis annis in senatu; ac demum statuitur, ut quae ad totum illud administrationis negotium pertinent, & praeterea quae funt in decreto expressa, tam senatus, quam populus facienda determinent: ΤΑ ΔΕ ΛΟΙΠΑ ΠΑΝΤΑ ΓΙΝΕΣΘΩ ΩΣ ΚΑ ΔΟΚΗ ΒΟΥΛΑ ΚΑΙ ΑΛΙΑ (41) reliqua autem omnia fiant, ut placuerit senatui & populo. Itaque & in illius pecuniae administratione peragenda modo uni fenatui, modo huic fimul & populo potestas tributa in decreto dignoscitur. An conciliari haec posfint, quin lapicidam vel exscriptores accusemus, viderint eruditi. Nos vero ad tollendam hanc apparentem contradictionem haud aegre iudicamus, nomen BOTAA in hoc decreto late fumi pro iis omnibus, qui partes suas in reipublicae administratione habebant, nempe pro fenatu fimul & concione, quam opinionem infra s. xxv. tuebimur. Illud tamen nunc extra dubitationem est (quod a nobis praecipue probandum erat) populum quoque Corcyraeum in moderanda repub. participem regiminis fuisse.

### \$. xv.

Qua vero ratione populus suam exercebat potestatem? an omnis fimul, an potius in partes, nempe in tribus? Nonmodo enim Athenis, sed in minoribus etiam quibusdam Graecorum urbibus dividebatur populus in tribus, ut alibi (42) ostendam. Hoc postremum de Corcyraeis non constat; sed verosimilius est alterum. Quum enim vel civitas, vol tota aliqua metropolis apud Graecos effet in tribus dispertita; tunc unaquaeque tribus aliquod anni spatium imperabat, eiusque nomen decretis inscribebatur. Ita sane statuendum est, si ratiocinari ad verosimilitudinem liceat ex monumentis, quae superfunt, quorum exempla alibi a me funt afferenda. Quum ergo in Corcyraeorum decreto nil tale appareat; aliunde vero non deesset occasio tribum aliquam ex iis nuncupandi, si revera exstitissent, argumento videtur esse, totam simul urbem, eos nempe, qui ex legibus apti essent, vel potissimum delecti, de rebus ad rem-

rempublicam pertinentibus fuffragia tuliffe. Reliquum est igitur, ut videamus, quibus nominibus appellarentur ii, qui generalem in senatu, vel in concione exercebant potestatem, & quinam alii fuerint peculiares Corcyraeorum magistratus, quorum mentio superest in faepius laudato Corcyraeo monumento. Quae quidem investigatio a nemine suscepta est ex iis, gui hoc idem, monumentum vel attulerunt, ut Montfauco-NIUS, vel etiam animadversionibus eruditis illustrarunt, ut Card. Ourrinius. Eum vero in hac descriptione ordinem consectabimur, ut de iis, quae illustriora videntur Corcyraeorum munera, primo loquamur, tum quibusdam veluti gradibus ad infima usque descendamus. Haec enim cum iis coniuncta, quae de Corcyrae Prytane & Synarchis hucusque disputata sunt, eam profecto exhibebunt Corcyraeensis celeberrimae reipublicae faciem, quam numquam antea contemplati sumus, quamque non antiquis scriptoribus, sed veteribus monumentis debemus .

#### - 6. xvI.

Ac primo quidem de archontibus oriatur fermo . APXON-TEE generatim vocabantur illi, ex quibus constabat senatus & concio; vidimus enim paullo ante §. xIII. tamquam fynonyma adhiberi vocabula haec: A HOAIZ, & OI APXONTEZ; vidimus etiam §. xIII. Corcyraeorum regimen aristocraticum, simul & democraticum fuisse. Quamobrem τὸ APXONTEΣ aequivalet TA BOYAH, & TA AAIA senatui & concioni. Namque ita. praecipitur: ANOSTEIAANTO OI APXONTES EIII TAN TEXNITAN MI-ΣΘΩΣΙΝ (43) mittant, qui imperabunt operariis (Dionysiacis) mercedem , kai ta aoina hanta hioynt $\Omega$  oi exastaxis apxontes KAΘΩΣ EN TH ΔΟΣΕΙ ΓΕΓΡΑΠΤΑΙ, & reliqua omnia peragant, qui singulis annis imperabunt, sicut in donatione scriptum, seu statutum eft; EI MH ΤΙ ΔΙΑ ΠΟΛΕΜΟΝ ΓΕΝΟΙΤΟ ΒΟΥΛΑΣ ΚΑΙ ΑΛΙΑΣ ΥΠΕΡΘΕΜΕ-NAZ, nisi quod ingruente bello secus acciderit, senatu & concione. in aliud tempus reiecta. Quare decreti seriem haud satis perpendit Montfauconius (44) qui hisce in locis vocem APXONTES importune vertit administratores; quae enim ibi iubentur, non ad illos, fed ad civitatem, fenatum nempe, vel etiam concionem pertinebant. Adde quod paullo infra perspicue omnino distinguuntur administratores ab archontibus, ubi nimirum dicitur: ΟΙ ΔΕ ΜΗ ΠΟΙΗΣΑΙΕΝ ΤΙ ΤΩΝ ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΩΝ ΟΙ ΤΕ ΧΕΙΡΙΖΟΝΤΕΣ ΤΟ ΑΡΓΥΡΙΟΝ Η ΟΙ ΑΡΧΟΝΤΕΣ (45) κ. λ. Si vero quidpiam eorum quae sancita sunt, omiserint sive administratores pecuniae sive imperantes &c. Quod adhuc confirmare lubet in sequentibus, ut faciam satis difficultati, quae contra archontis significationem a me hic traditam posset aliquis opponere.

S. xvil.

Nam si vera est Vandalis (46) opinio, quam heic examini subiicere non est necesse, non solum exstitere archontes supre. mum, vel maiorem aliquem in urbibus magistratum habentes, sed ii etiam, quos appellabant chori, vel ludorum, sive musicorum certaminum archontes. Quid ergo prohibet, inquiet aliquis, fumere in hac fignificatione vocem APXONTES in illo Corcyraeensi monumento saepius expressam; quum in eodem. sermo utique sit de ludis musicis, atque de pecunia ab iisdem archontibus in supradictos ludos eroganda? Accedit etiam., quod in ea donatione praescriptum est, ut ΑΠΟΣΤΕΙΛΑΤΟ Λ ΠΟ-ΛΙΣ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΤΟΥ ΑΓΟΝΟΘΕΤΑ NOMON ΕΠΙ ΤΑΝ ΤΕΧΝΙΤΑΝ ΜΙΣΘΩ-IN (47) mittat urbs secundum legem Agonothetae ad solvendam. operariorum (Dionysiacorum) mercedem. Quod quidem & alias faepe vel in ipfa donatione, vel in decreto, quod eam subsequitur, praeceptum reperitur. Demum iubetur in fine decreτί ΜΗ ΕΞΕΣΘΩ ΔΕ ΜΗΘ ΕΝΙ ΠΡΟΣΤΑΤΗΣΑΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΝΑΤΕΘΕΝ-TOE . . . APTTPIOT  $\Omega\Sigma$  TE EIE AAAO TI KATAXPH $\Sigma\Theta$ HMEN AAA EI $\Sigma$ TAN TON TEXNITON MISOOSIN (48), ne liceat cuiquam procurare, ut oblata ... pecunia alios in usus transferatur, nisi in mercedem artificum. Ergo quum haec omnia ad musicos ludos spectent, verosimile admodum est, archontes illos, quibus demandatum. fuit munus erogandi in eosdem ludos pecuniam, esse chori & certaminum, non vero urbis archontes. At in primis APXON-TEX illi tam in donatione quam in decreto, dicuntur tantummodo APXONTES nulla addita circumstantia, quae commonfiret vocem illam, quae per se ipsa ad quoslibet imperantes connotandos indifferens maxime est, determinet ad significationem.

quae nobis opponitur. Deinde vero ex antiquis monumentis unum dumtaxat fuisse novimus ludorum archontem; heic vero plures femper dicuntur. Sic donationis initio: кат та лоппа ΗΟΙΟΥΝΤΩ ΠΑΝΤΑ ΟΙ ΕΚΑΣΤΑΚΙΣ ΕΟΝΤΕΣ ΑΡΧΟΝΤΕΣ ΚΑΘΩΣ Ο TOY AFONOGETA NOMOS TASSEI (49) ceteraque omnia perficiant, qui fingulis annis principes erunt, ut Agonothetae lege sancitum est; quod etiam pariter in decreto legitur. Adde insuper, quod ii qui heic APXONTES nuncupantur, ex aliis quae paullo ante in. ipfa donatione dicta funt, perspicuum sit esse urbis APXONTES. Namque ibi dicitur: ΑΠΟΣΤΕΙΛΑΤΩ Α ΠΟΔΙΣ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΤΟΥ ΑΓΟ-NOΘΕΤΑ NOMON ΕΠΙ ΤΑΝ ΤΕΧΝΙΤΑΝ ΜΙΣΩΘΣΙΝ, mittat urbs secundum legem Agonothetae ad solvendam operariorum (Dionysiacorum) inercedem; quae quidem quum unico orationis contextu cum antea dictis sint connexa, patet archontum nomine urbem ipfam esse intelligendam, ut superiori §. xvI. explicatum est . Sed ad alia properemus, quae ad ipsum senatum pertinent.

(. xviil.

Itaque illi, ex quibus coalescebat Corcyraeensis senatus, non erant omnes aequali potestate praediti; aderant enim, qui vocabantur POBOTAOI, principes senatus. Hoc autem nomine. illi profecto indicantur, qui in senatu illo primas obtinerent partes; si vis intima eius vocis ipsi rei omnino respondeat. Itaque a veritate longius non aberravero, si dixerim eponymum. Corcyrae Prytanem, eiusque SYNAPXOYS in magistratu collegas ea voce ΠΡΟΒΟΥΛΟΙ effe comprehensos. Porro hisce προβέλοις, praeter cetera, quae nobis incomperta funt, commissum erat, ut curarent, donationem & decretum inscribi in cippo lapideo, iisdemque datum erat arbitrium collocandi eumdem cippum eo in loco, qui ipsis simul cum alio quodam magistratu, de quo infra, aptior visus fuisset. Legitur namque in fine decreti (50) TAY DE AO-ΣΙΟΣ ΚΑΙ ΤΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΟΣ ΑΝΤΙΓΡΑΦΟΝ ΑΝΑΓΡΑΨΑΙ ΕΙΣ ΣΤΑΛΑΝ ΛΙ-ΘΙΝΑΝ ΧΑΙ ΑΝΑΘΑΜΕΝΟΝ ΠΟΙ ΚΑ ΔΟΧΗ ΠΡΟΒΟΥΛΟΙΣ ΚΑΙ ΠΡΟΔΙΚΟΙΣ KAAOX EXEIN: Exemplum autem huius donationis & decreti describatur in cippo lapideo, & reponatur quo loco senatus principibus & defenforibus visum fuerit expedire: ΤΑΣ ΔΕ ΑΝΑΓΡΑΦΑΣ ΚΑΙ ΑΝΑΘΕΣΕΙΣ ΠΡΟΒΟΥΛΟΥΣ... ΤΑΝ ΕΠΙΜΕΛΕΙΑΝ ΠΟΙΗΣΑΣΘΑΙ, descriptionem vero cippi & repositionem in congruenti loco principes senatus... recte. procurent. Quod quidem munus ordinarium illis fuisse aequum est iudicare; nulli enim alteri aptius committitur ea cura describendi decreti, seu procurandi rectam ipsius descriptionem, quam iis, qui in eo conficiendo potiorem habuerint partem.: qui proinde curare poterant, ne quid in ipso exscribendo vel fraude ac malo dolo, vel errore & oscitantia immutaretur. Ex his ergo intelligimus, inter plures ab Henrico Stephano (51) adductas illius vocis προβοτλοΣ interpretationes, nullam certe videri aptiorem illa, quam fupra nos declaravimus.

Quoniam vero in senatu, idest inter APXONTAE distinguebantur spondoi, ideo tam senatus universus, quam principes senatus separatim suos peculiares habebant magistratus, tamquam adsessores vel defensores sive procuratores. Itaque in. Corcyraeorum republica apparent ΠΡΟΔΙΚΟΙ ΒΟΥΛΑΣ defensores fenatus. De his dicitur in decreto (52) ΠΑΝΤΩΝ ΔΕ ΤΟΥΤΩΝ ΚΑΙ ΕΙ ΤΙΝΟΣ ΚΑ ΑΛΛΟΥ ΔΟΚΗ ΠΡΟΔΙΚΟΙ ΒΟΥΛΑΣ ΚΡΙΣΙΝ ΑΠΑΡΒΟΛΟΝ TPAYAMENOI, horum autem omnium, & aliorum, quae fancita. fuerint, defensores senatus decretum immutatum describant. Onusquoque illis impositum erat compellendi ad solvendum eos, qui a senatu mulctati fuissent, eo quod vel tentassent pecuniam pro Dionysiacis festis celebrandis determinatam in alios usus convertere, vel revera illam in eos convertissent. Legitur enim (53) ton de katakpi@enta oi tas kpisias ppayamenoi EIZHPAZANTEZ, damnatum autem pro tali facinore, qui huiusinodi decretum scripserunt, ad solvendum compellent. Aliud quoque ΠΡΟΔΙΚΟΙ ΒΟΥΛΑΣ habebant munus commune cum alio magistratu, de quo mox dicturi sumus. Quod vero apud Corcyraeos observavimus, erat quoque apud Lacedaemonas eiusdem nominis similisque naturae officium. Ipsi enim teste Plutarcho (54) Προδίκες καλέσι τες των βασιλέων ἐπιτεόπες, prodicos vocant regum curatores . MPODIKOIZ autem Corcyraeensibus convenire etiam. potest significatio, quam de hac voce tradit Suidas (55), nempe ut fuerint pariter arbitri; quod ex antea dictis manife-

#### §. xx.

Sicuti autem senatus suos habeat npodikorz, ita aderant ΠΡΟΣΤΑΤΑΙ, aut faltem ΠΡΟΣΤΑΤΗΣ ΠΡΟΒΟΥΛΩΝ procuratores, feu affessores, vel defensores, vel defensor principum senatus; utramque posui lectionem, ut MAFFEIO satisfaciam emendanti eam, quant exhibet Montfauconius, a qua minime recedit Quirinius. De MAFFEI emendatione dicam paullo infra. Observo autem in primis, de hoc munere, quod in Corcyraeo monumento expresfum est, nullibi mentionem esse. In Gruteriano indice (56), licet plerumque accuratissimo, legitur: παραπρος άτας τᾶς βυλᾶς, at si Agrigentinum decretum inspexeris, in quo labentur allata verba, fic leges perspicue: ΠΑΡΑΠΡΟΣΤΑΤΑΣ ΒΟΥΛΑΣ ΠΡΟΕΔΡΕΥ-ΣΑΣ ΤΑΣ ΦΙΛΑΣ ΤΩΝ ΥΑΕΩΝ, cum adesset senatus, & praeesset tribus Ileorum; ibi nempe redundat articulus rã; , qui etiamsi non. abundaret, idem tamen foret illorum verborum sensus. Eadem pariter lectio est in nuperrima sylloge veterum inscriptionum Siciliae (57), quam Gabriel Lancellottus Castellus, princeps Turris Mutii, vir civilis & litterariae reipub. bono natus confecit, ediditque. Iamvero de ΠΡΟΣΤΑΤΑΙΣ ΠΡΟΒΟΥΛΩΝ haec tantum in Corcyraeensi decreto (58) scripta sunt: TO AP-ΓΥΡΙΟΝ ΤΟ ΕΦ ΕΚΑΣΤΟΥ ΑΔΙΚΗΜΑΤΟΣ ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΟΝ ΔΩΝΤΟ ΠΡΟ-ΣΤΑΤΑΙ ΠΡΟΒΟΥΛΩΝ ΟΙ ΔΕ ΕΙΣ ΤΑ ΔΙΚΑΣΤΗΡΙΑ ΦΕΡΕΤΩ ΑΚΑΜΕΙΟΝ, argentum autem pro singulis prave admissis ( five pro mulciis ) adsignatum tradant procuratores principum senatus, atque purum huinsmodi argentum deferatur ad tribunalia. Quum autem in hoc monumento dicantur non tantummodo MPOETATAI, sed MPOETATAI FIPOBOTAGN, id fortasse innuit, fuisse apud Corcyraeenses etiam προςάτες τε δήμε, procuratores vel patronos populi. Hos aliquando appellabant tantum προςτάτες, ubi nempe necessaria non... erat aliqua distinctionis nota; scholiastes enim Aristophanis apud Henricum Stephanum (59) vocem πεοςάτην ab eo usurpatam interpretatur προϊσαμένον τε δήμε, vel eos nuncupabant hoc ipso nomine προϊσαμένες τε δήμε, ut in veteri Agrigentinorum. decreto apud Gruterum (60). Atque haec quidem iuxta priorem Montfauconii & Quirinii lectionem. At Maffeius (61) non contemnendis sane rationibus contendit, in eo monumento, quod Dorica dialecto conscriptum est, vocem MPOSTATAI in casu tertio singulari positum fuisse; ex quo etiam, fateor, clarior illius periodi sensus habetur. Itaque ut iuxta utramque lectionem concludam, ex iis, quae dicta sunt §. xviii. compertum est sipomonome principes senatus Corcyraeensis, nimirum. MPTTANIN eiusque STNAPXOYS suisse nobiliorem eiusdem senatus partem simulque suisse magistratum a corpore senatus distinctum. At senatui supomonome, & principibus senatus supomonome. Toys vel supomonome datos cogitare possumus, ut vel sapientius rempublicam moderarentur, vel sirmior maneret eorumdem auctoritas.

#### S. xxI.

Ne vero magistratus aliquis potestate sua abuteretur, inflituti fuere in eadem Corcyraeensi repub. NOMOФІЛАКЕ legum. custodes, quibus in decreto (62) commissa est cura, ut si agonotheta, vel pecuniae administratores accuratam non reddiderint rationem, ipsi εκλογισώω χαθώς και τα αλλά ιέρα και ΔΗΜΟΣΙΑ ΧΡΗΜΑΤΑ examinent, ut consueto more de sacris & publicis pecuniis agitur. Ex quo quidem compertum est, quo fungerentur munere Corcyraei NOMODIAAKES; constat nempe eos non fuisse custodes tabularum, in quibus descriptae erant leges & decreta, sed quosdam potius veluti praesectos vel adiutores aliorum magistratuum, ad ipsarum legum observantiam. facilius obtinendam. Si namque agonotheta & pecuniae administratores de hac rationem reddere tenebantur apud Archontes, ut supra vidimus; si deinde subiiciebantur indicio NOMOΦΙΛΑΚΩΝ, si rectam non reddidissent; consequens inde est NOMOPIAAKAE eam habuisse caussae cognitionem, qua ea ipsa, quae apud Archontes gesta erant; ad examen revocarent. Notum porro est, & in Atheniensi republica exstitisse eiusdem. nominis magistratum; cuius munera accurate describit Potte-RUS (63).

S. xxII.

Quum autem, quae de Corcyraeensibus dicta sunt, reipublicae sapienter admodum constitutae argumentum praebeant; tum vero aliud etiam validius ex eo deducitur, quod magistratus tus alter ad ipfarum legum observantiam magis magisque sirmandam prorsus necessarius additus ab iisdem fuerit. Lex enim, si vera lex est, una eademque semper in se ipsa sit oportet, quod semper communi reipublicae bono vivere ac prospicere debeat. At mutatis pro humana conditione rerum circumstantiis, eadem non permanet anima legis, nisi haec ipsis circumstantiis respondeat. Quum vero ex privata legum interpretandarum auctoritate maxima oriretur in republica perturbatio; hinc sapientissime constituti sunt a Corcyraeensibus ΔΙΟΡΘΩΤΗΡΕΣ legum restauratores, qui nimirum statutas in corum republica leges, iuxta diversas temporum circumstantias, immutarent. De his enim in eo decreto legitur (64) EI AE KA ΔΙΟΡΘΟΣΙΣ ΤΩΝ ΝΟΜΩΝ ΓΙΝΕΤΑΙ ΤΑΞΑΝΤΩΝ ΟΙ ΔΙΟΡΘΟΤΗΡΕΣ ΕΙΣ ΤΟΥΣ NOMOΥΣ ΚΑΘΩΣ ΚΑ ΔΗ ΤΟ APPYPION XEIPIZEZΘAI, quod fi legum correctio stat, statuant restauratores legum in ipsis legibus, quo pacto eadem pecunia administranda sit. Hoc munere apud Athenienses fungebantur beopolita, qui quum circa Deos sacra, & circa homines leges fervarent, tum etiam quotannis leges recognoscebant, & emendabant, atque ad fensum diverfis rerum temporumque circumstantiis consentaneum revocabant; sicuti tradunt Budaeus (65), & Potterus (66). Sed magistratum, qui hoc nomine ΔΙΟΡΘΩΤΗΡΕΣ nuncuparetur, alibi me legisse non memini. Quod si apud Lexicographos legitur d'oglanis, huius vocis traditur significatio amplior, quam huic monumento conveniat.

#### S. xxIII.

Quatuor supersunt eiusdem reipublicae, sive magistratus, sive officia publica; duo nempe ad pecuniae publicae custodiam, atque administrationem; alterum ad ludos sacros, alterum vero ad quaedam publica munera optime constituta. Occurrit ergo TAMIAΣ quaestor absolute nuncupatus; non cum aliqua additione, ut in quibusdam Graecis urbibus habebatur. Sic inter Marmora Oxoniensia (67) legitur TAMIAΣ THΣ ΠΟ-ΔΕΟΣ quaestor urbis; apud Sponium (68) vero TAMIAΣ TOT ΔΗ-ΜΟΥ quaestor populi; & alibi alii huiusmodi quaestores. Quamohrem hinc licet arguere, illum in monumento Corcyraeensi

commemoratum vel unicum fuisse in ea urbe publicum quaestorem, ac propterea nullo distinctionis titulo indiguisse; vel praecipuum, atque omnibus aliis, qui adessent, nobiliorem existimandum esse; ac proinde xar' ¿¿oxín quaestor nuncupatus intelligeretur. De illo autem haec habentur in fine decreti (69) TO DE SESPAMMENON ANANOMA TAMIA DOMEN, sumptum vero descriptum, sive expensam descriptam quaestori damus, vel tradere; ut iure in Montfauconii versione emendavit Maffeius (70), tum ex decreti contextu, tum ex Dorica eiusdem dialecto. Itaque ad quaestorem aerarii publici non modo spectabat pecunias servare, sed etiam γραφάς in quibus continehantur indices pecuniae in publicos usus erogatae ab iis, quibus pro munere commissum erat; ut videlicet supremo magistratui aut in senatu, aut simul in concione rationem reddere posset.

#### S. XXIIII.

Quoniam vero periculofum fere femper visum est, pecuniae administrationem saltem universam illi ipsi demandare, cui credita est eiusdem pecuniae custodia; hinc sapienter in Corcyraeensi republica electi sunt xeipisontes to apprison, administratores pecuniae, publicae nimirum & sacrae, ut erant illae, quas Aristomenes & Psyllas Corcyraeorum urbi donaverant, ut essent merces operantibus in ludis Dionysiacis. lis ergo pecuniis administrandis senatus eligebat tres viros, ut ex eo de-Creto (71) constat eaexgai de tan botaan tots xeipieotntas ΤΟ ΑΓΡΥΡΙΟΝ ΑΝΔΡΑΣ ΤΡΕΙΣ ΕΙΣ ΕΝΙΑΥΤΟΝ ΤΟΥΣ ΔΥΝΑΤΩΤΑΤΟΥΣ XPHMAZI, eliqut autem senatus administratores pecuniae viros tres fingulis annis, fortuna & re familiari instructissimos; ut reddit Montfauconius. Atque hos quidem decernitur esse debere, ΜΗ ΝΕΩΤΕΡΩΥΣ ΕΤΩΝ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ ΠΕΝΤΕ ΜΗ ΔΕ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥΣ EBAOMHKONTA (72) nec minores annis triginta quinque, nec maiores annis septuaginta. Eligebantur autem, ut diximus, EIZ ENIATTON fingulis annis, KAI MAEIONAKIE TOTE ATTOTE DIAAT-MONTAS ETH ATO, ac plerumque iidem biennio postquam munere. funcil fuerant. At quoniam eligebantur a senatu, huic propterea administrationis suae rationem reddere tenebantur (73): ΑΠΟΛΟΓΙΞΑΣΘΩΣΑΝ ΔΕ ΚΑΙ ΟΙ ΧΕΙΡΙΞΟΝΤΕΣ ΤΟ ΑΡΓΥΡΙΟΝ ΕΚΑΣΤΑ-

KIΣ

KIE EIE BOTAAN, rationem pariter reddant administratores pecuniae fingulis annis in senatu. OI DE MH NOIHEAIEN TI TON TETPAMMENON OI... XEIPIZONTEE TO APTYPION... ANOTIEATO O AITIOE APTYPIOT KOPINOIOT MNAS TPIAKONTA KAI O KATABAAYH DINAH, si qui vero quidpiam eorum, quae sancita sunt, omiserint administratores pecuniae, ... solvat qui in culpa fuerit argenti Corinthii, minas triginta, & quod prave administratum suerit in duplum restituant. Demum EI DE... OI XEIPIZONTEE TO APTYPION MH OPOOE ANONOFIEONTAI NOMOPIAAKEE EKAOTIZOTEOO, si autem... administratores pecuniae non recte rationem reddiderint, legum custodes examinent.

#### S. XXV.

Observandum vero est, quod ubi his in locis nominatur A BOYAA senatus, videtur decreti sensus esse, ut comprehendatur etiam a AAIA & populus; quasi nempe eo nomine BOYAA tamquam praestantiori parte posita intelligatur etiam quae inferior est, nimirum A AMA populus. Nam postquam in decreto statutum est, ut senatus singulis annis deligat pecuniae administratores cum iis conditionibus, quas nuper diximus, statim additur, retenta lectione & interpretatione Montfauconil & Qui-RINII (74): ALPEIS $\Theta$ AI  $\Delta$ E EKASTOY ENIAYTOY MHNOS MAXANEOS EN BOYAA H AAIA, eligantur autem fingulis annis mense machanis in senatu vel in concione; at non multo post, ubi agitur de iis, in. quibus forte deliquerint administratores pecuniae, tandem de-CERNITUF (75) MEPI DE TOT ADYNATOY BOYDA KAI ADIA EMITINOZ-KETΩ, si administratores illi rei gerendae omnino impares fuisse. dixerint, rem perquirat senatus & concio. Haec postrema hypothesis, ut patet, continetur in eodem genere aliarum, quae in administranda ea pecunia contingere poterant, de quibus tamen, ut supra (§. xIIII.) vidimus, iudicium senatui reservatur; heic autem senatui simul & populo; ergo & videtur emendandum illud, quod paullo ante attulimus, nimirum ubi dicitur EN BOYAA H AAIA, reponendum est KAI AAIA, vel si retineri debeat particula H, ea reddenda erit non ut alii fecerunt vel, fed potius &; in hoc enim sensu raro quidem, sed quandoque a. Grae-

Graecis feriptoribus usurpatur. Atque hine, ut omnis ab hoc decreto tollatur contradictionis suspicio, deducendum est, quod fupra observavimus, videlicet nomen BOTAA positum ibi esse pro completo, ut ita dicam, senatu, qui ex nobilioribus magistratibus, simulque etiam ex populo constaret. Etenim. agitur de eadem prorsus electione administratorum pecuniae, atque de eiusdem administrationis ratione reddenda. Ergo verosimile non est quod in re tanti momenti, atque in decreto tam diligenter composito ulla adsit vel minima contradictio. Quae autem ibi apparet, sublata est ea ratione, quam nos excogitavimus. Hanc vero confirmare iuvat ex legibus Atticis apud Potterum (76), atque ex Thucydide (77). In illis enim & apud scriptorem hunc vox Bean quemcumque magistratum. generatim fignificat. His vero praetermissis, si illorum administratorum numerum, aetatem, aliasque supra recensitas conditiones animadvertamus; exploratum erit profecto, nil hac in re prudentius constitui potuisse.

s. xxvI.

Sequitur inter illa officia AΓΩNOΘETAZ, certaminum five ludorum praeses, & iudex, sive ut scribit Hesychius (78) ό τὰ μεσικὰ ἀκροάματα διατιθέμεν Ο musicorum ludorum curator. Saepe eius mentio fit in Corcyraeensi donatione & decreto. Hic definiebat mercedem reddendam operantibus in festis Dionyfiacis; in donatione (79) enim legitur: mittat urbs KATA TON ΤΟΥ ΑΓΟΝΟΘΕΤΑ NOMON ΕΠΙ ΤΩΝ ΤΕΧΝΙΤΑΝ ΜΙΣΘΩΣΙΝ, iuxta legem, sive indicium agonothetae ad solvendam dictis operantibus mercedem; quod etiam iisdem sere verbis in decreto (80) praefcribitur. Aliaque plura peragebat AΓΩNOΘΕΤΑΣ ad facros ludos spectantia; iubetur enim in donatione (81) ut KAI TA AOIIIA ΠΟΙΟΥΝΤΩ ΠΑΝΤΑ ΟΙ ΕΚΑΣΤΑΚΙΣ ΕΟΝΤΕΣ ΑΡΧΟΝΤΕΣ ΚΑΘΩΣ Ο ΤΟΥ ΑΓΩΝΟΘΕΤΑ NOMOΣ ΤΑΣΣΕΙ, cetera omnia perficiant, qui singulis annis imperabunt, ut agonothetae lege fancitum est; quod pariter est in decreto (82). Porro idem agonotheta pecuniam ab administratoribus accipiebat, illis operariis Dionysiacis folvendam, ut in decreto (83) statuitur. Ipsi autem agonothetae

con-

constitutae erant leges, quas sancte servare tenebatur (84) o agonometae postitutae agonometae posticiat omnia secundum legem; ac propterea tenebatur etianipse suae administrationis in senatu rationem reddere (85) kal ationotizaeon eie botaan en tai inpatai etianimationotizaeon eie botaan en tai inpatai etianimati k a napaaabeih aptypion kai kaone k a ekaeth doinkheh, atques in senatu, quum primum congregatus suerit, rationem reddat, quomodo acceperit argentum, & ad singula statuta expenderit. Utrum vero Corcyfaeorum agonotheta esset inaviòs annuus, an vero diding seu sia sie perpetuus, ex eodem monumento minime, intelligitur.

S. xxviI.

Demum duo alia occurrunt ministrorum genera in Corcyraeo monumento, nimirum ΠΡΟΚΑΡΥΞΑΝΤΕΣ & ΔΙΟΙΚΗΤΗΣ, praecones, & administer, seu qui disponit. Ad illos quod spectat, decernitur in decreto (86), ut administratores pecuniae ipsam ad foenus atque usuram tradant spokapy Eantes enkapynktai mh MEION Η ΑΜΕΡΑΣ ΠΕΝΤΕ ΧΡΙΜΑΤΙΖΟΝΤΕΣ ΠΟΤΙ ΤΟΙΣ ΑΡΜΑΤΕΣΣΙ, re per praecones denuntiata, qui non minus diebus quinque ad currus stabunt talia denuntiantes. De administro autem perspicuum. omnino non est, an apud Corcyraeos fuerit magistratus aliquis, an vero simplex aliquis minister, sive artifex. Cum architecto enim ille coniungitur, ubi in fine decreti ita praescribitur: ΤΑΣ ΔΕ ΑΝΑΓΡΑΦΑΣ ΚΑΙ ΑΝΑΘΕΣΕΙΣ ΠΡΟΒΟΥΛΟΥΣ ΜΕΤΑ ΔΙΟΙΚΗ-TA KAI APXITEKTONOZ TAN EFIIMEAEIAN HOIHZAZOAI, descriptionem. autem cippi, & repositionem in congruenti loco principes senatus cum administratore, & architecto recte procurent. Ausknis mentionem. reperi tantum in veteri apud Gruterum (87) ψηφίσματι, ex cuius ferie deduci posse videtur, διοικήτην fuisse in sua φρατρία pecuniae administratorem, sive eum, qui pecuniam expendebat, ut interpretatur Martorellius (88), qui illud ψήφισμα erudite. illustravit. Sed ex antea dictis compertum est, notionem hanc non convenire voci AIOIKHTA, quae in Corcyraeo hoc monumento legitur. En ergo magistratus & munera mihi hucusque cognita, quibus Corcyracensis respublica sapientissime admi-

# 120 MONUMENTA GRAECA EX MUSEO NANIO.

ministrabatur. Ex quibus etiam innotescit, quem in ea locum obtinuerint ΠΡΥΤΑΝΙΣ eiusque ΣΥΝΑΡΧΟΙ in nostra ἐπίγεαφῆ commemorati; locum potiorem quidem, non omnem vero in. regenda republica potestatem; quum ex antea observatis Bor-AH KAI AAIA senatus & populus supremam haberent; IPTTANIS autem & Exoptandum vero magnopere est, ut alia in lucem prodeant Corcyraeo. rum monumenta, ut cum hisce duobus simul collata, quae breviter illustravimus, maior accedat eidem reipub. splendor, magisque adhuc appareat, quinam suerit diversis temporibus

(1) Mont-

- (1) MONTFAUCONIUS. Diar. Italic. pag. 422.
- (2) MURATORIUS. N. Tb. DXXXXXII. 2.
- (3) CORSINIUS . Fast. Attic. T. II. pag.
- (4) MAFFEIUS. Art. critic. lapidar. lib. 111. cap. I. can. vI. col. 114.
- (5) CORSINIUS . l. l.
- (6) MONTFAUCON. 1. 1. pag. 412.
- (7) QUIRINIUS. Primordia Coregrae. cap. XXIIII. edit. Brixien. an. MDCCXXXVIII.
- (8) Morisanus . Inscription. Regina pag. 83.
- (9) QUIRINIUS . 1. 1.
- (10) IDEM . ibid. pag. 177.
- (11) CORSINIUS. 1. 1. T. I. pag. 300.
- (12) QUIRINIUS. 1. 1. pag. 179. verfus fin.
- (13) IDEM . ibid. vers. med.
- (14) IDEM . ibid. vers. fin.
- (15) IDEM. ibid. initio.
- (16) IDEM . ibid. pag. 177. verf. fin.
- (17) IDEM . ibid. pag. 180. in fin.
- (18) MARMORA OXONIENSIA. P.I. num. CXXVIIII. edit. an. MDCLXXVI.
- (19) SPONIUS . Pop. Attic. art.CIIII.
- (20) MURATORIUS . N. Tb. DXXXXVII.2.
- (21) QUIRINIUS . 1. 1. cap. VIIII.
- (22) IDEM . ibid. pag. 74.
- (23) Homerus . Odef. lib.vil.
- (24) MONTFAUCON. Diar. Italic. pag. 412.
- (25) VANDALE. Dissertation. V. de Stephanophor. cap.I. pag. 380.
- (26) CORSINIUS. Fast. Attic. T. IIII. in Prolegomen. pag.xxxxIII.
- (27) Morisanus. Inscription. Reginae pag. 1.
- (28) ATHENAEUS. Desprosophist. lib.v.
- (29) PHILOSTRATUS. Vit. Sophift. lib. I.
- (30) MAFFEIUS. Art critic. lapid. lib. III. cap. I. can. v. col. 107.
- (31) Chishullus. Antiquitat. Afatic. P.I. pag. 105.
- (32) Quirinius . l. l. pag. 177.
- (33) A. GELLIUS. Noct. Att. lib. xx. cap. 111.
- (34) MORISANUS. l. l. Differt. II. num. II. & feqq.
- (35) QUIRINIUS . 1. 1.

- (36) IDEM . ibid. pag. 179. init.
- (37) IDEM . ibid.
- (38) IDEM. ibid. vers. med.
- (39) IDEM . ibid. pag. 180. verf. med.
- (40) IDEM . ibid. pag. 181. vers. fin.
- (41) IDEM. ibid. pag. 183. verf. fin.
- (42) In Tradiate DE DECRETIS ATHE-
- (43) QUIRINIUS. ibid. pag. 180. in fin. & feq.
- (44) MONTFAUCON. Diar. Italic. pag. 416. in fin.
- (45) QUIRINIUS. 1. 1. pag. 181. in fin.
- (46) VANDALE. Dissert. VIII. in marm. Grace.
- (47) Quirinius . 1. 1. pag. 177. in fin.
- (48) IDEM . ibid. pag. 182. init.
- (49) IDEM . ibid. pag. 178. init.
- (50) IDEM . ibid. pag. 183. in fin.
- (51) STEPHANUS HENRICUS. Tb. L. Gr. V. Πρόβελος.
- (52) Quirinius . 1. 1. pag. 182. verf. . med.
- (33) IDEM. ibid. vers. fin.
- (54) PLUTARCHUS. in Lycurgo.
- (55) SUIDAS . V. TIPOSIXOI.
- (56) Index GRUTER. cap. v.
- (57) LANCELLOTTUS. Infeript. Sieil. cl. viil. num I.
- (58) QUIRINIUS . 1. 1. pag. 182. verf. med.
- (59) STEPHANUS HENRICUS. Th. L. Gr. V. Προς άτης.
- (60) GRUTERUS. CCCCI.
- (61) MAFFEIUS. Traduttori Italiani pag. 130. Art. critic. lapid. lib. 111. cap. I. can.v. col.107., & can.vI. col.115.
- (62) QUIRINIUS . l. l. pag. 182. init.
- (63) POTTERUS. Archaeolog. Gr. lib. I. cap.xIII.
- (64) QUIRINIUS . 1. 1. pag. 183. poft med.
- (65) BUDAEUS. Commentar. L. Gr. V. Θεσμοθέτης.
- (66) POTTERUS. 1.1.
- (67) MARMORA OXONIEN.P.I.num.CxvI.
- (68) SPONIUS. Itin. T.I. pag. 388.
- (69) QUIRINIUS. 1. 1. pag. 184.
- (70) MAFEEIUS. Art. critic. lapid. lib. III. cap.I. can.vII. pag.132.

Q (71) QUI-

- (71) QUIRINIUS . 1. 1. pag. 179. init.

- (72) IDEM. ibid. (73) IDEM. ibid. pag. 181. in fin. (74) IDEM. ibid. pag. 179. init.
- (75) IDEM . ibid. pag. 180. med.
- (76) POTTERUS. Archaeologiae Gr. lib.I. . cap. xxvl. in legib. Att. lib. 111. tit. I. leg. uI.
- . (77) THUCYDIDES. lib.v.

  - (78) HESYCHIUS . V. 'Azwobitus . (79) QUIRINIUS . 1.1. pag. 177. fin.

- (80) IDEM . ibid. pag. 180. fin.
- (81) IDEM . ibid. 178. init.
- (82). IDEM . ibid. pag. 181. init.
- (83) IDEM . ibid. med.
- (84) IDEM . ibid. fin.
- (85) IDEM . ibid. pag.179. med.
- (86) IDEM . ibid.
- (87) GRUTERUS . DCXXIIII.
- (88) MARTORELLIUS . Thec. calamar. T.Il. pag.628.

# IN MONUMENTUM III ADNOTATIONES

# ΣΥΝΟΨΙΣ

#### ADNOTATIONUM

### IN MONUMENTUM III

- S.I. I Nuestigatur ratio, cur in hac Corcyracensi ἐπιγραφη & in alio eiusdem reipub. monumento quidam in magistratu constituti proprium simul & paternum nomen, quidam vero proprium tantummodo gestent. MAZOCHII de hac re laudatur opinio.
- S. H. Eadem, solutis quibusdam difficultatibus, defenditur ut ve. rosimilior.
- S. 11. Incerta ostenditur significatio vocis ΘΕΟΙΣ, quae postrema occurrit in Corcyraeensi επιγεαφή.
- S. IIII. MONTFAUCONII & MURATORII de eiusdem vocis significatione opinio improbatur.
  - S. v. MARTORELLII similes Graecas èwiypapàs interpretantis sententia pariter refellitur.
  - S. vI. De quodam ritu disseritur, quo quis alterum Numinibus commendabat, oblato eisdem simulacro illius, qui commendabatur.
- §. viI. De eodem ritu illustrantur testimonia PLUTARCHI, & DIO-NIS CHRYSOSTOMI.
- S. VIII. Novus MORISANI canon pro interpretandis ἐπιγεαφαῖς, quacin fine habent vocem ΘΕΟΙΣ iure improbandus eft. Indicantur autem folemnia verba, quae voci eidem subaudiri possunt.
- S. VIIII. Rationes afferuntur, ob quas definiri nequit nisti latioribus limitibus aetas monumenti, quod illustravimus.
  - S. x. Indicantur vero latiores limites, quibus adsignari potest eiusdem monumenti aetas.
  - S.xI. Eadem de re pertractatur; ac verosimilius conficitur, ad antiquiora Corcyrae tempora eamdem ἐπιγεαφῶν pertinere.

IN

# IN MONUMENTUM III ADNOTATIONES

§. I.



Ria fuperfunt in hisce adnotationibus breviter inquirenda. Primum de ratione propriorum nominum Corcyraeensis Prytanis, eiusque in magistratu sociorum, alterum de significatione vocis OEOIE, quae postrema est in hac in papas, ac demum de huius inlu-

stris monumenti aetate. Ad primum quod pertinet, animadverto, quod Prytanis tum proprio, tum paterno etiam nomine infcribitur ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣ ΑΠΟΛΛΟΔΟΤΟΥ itemque ΣΥΝΑΡΧΟΙ eodem modo inscripti sunt, uno excepto, qui inter eosdem primus est, nempe ΦΙΛΩΤΑΣ, qui solo proprio nomine nuncupatur. At in alio Corcyraeo monumento, de quo saepius loquuti sumus, Prytanis unice proprium sine paterno nomine gerit, illi vero pecuniae donatores proprio simulque patris nomine ita recensentur, APIΣΤΟΜΕΝΗΣ ΤΟΥ ΑΡΙΣΤΟΛΑΙΔΑ, & ΥΥΛΛΑΣ AAKIMOY. Haec vero in enuntiandis nominibus diversitas ex quonam fonte repetenda est? Uno verbo quaestionem solvere possemus cum viro immortalis memoriae, Alexio Symmacho Mazoсню (1), qui instituta eadem prorsus quaestione de Ephoris Heracleensibus, quorum alter cum proprio & paterno nomine, alter enárme recensetur, respondit diversitatem hanc ex eo oriri, quod postremus Ephorus esset spurius, qui patrem ostendere... non posset; probare vero nititur, spurios vel apud Graecos, vel apud Romanos a capessendis maioribus etiam magistratibus minime prohibitos fuisse.

S. 11.

Responsionem hanc, ut verosimiliorem lubens amplector, si sermo sit de iis monumentis, in quibus aliqui eiusdem dignitatis participes, simulque in sermone coniuncti paternum nomen com-

commonstrent, alii vero in iisdem monumentis minime indicent. Eam vero cl. viri opinionem confirmare iuvat, folutis quibusdam difficultatibus, quae mihi scribenti dubiam reddere eamdem videbantur. Etenim nomina inventa funt, atque in communi usu adhibita, ut homines invicem distinguerentur; ut autem homonymi inter se distingui possent, cuique additum est nomen paternum, & ita porro. Itaque si cui spurio alter esset homonymus, distinctivo alio nomine indicari eum oporteret; quod quum factum non sit nec in tabulis Heracleensibus, nec in. nostra ἐπιγραφή, argumento id esse potest, vel spurios illos nemini fuisse homonymos, vel hac de re nil subspicatos esse horum monumentorum auctores. Verum ex hac animadversione sequitur levis exceptio contra MazochiI responsionem; ideo enim dici potest omissum aliquando paternum nomen, quod distinctione opus non esset; adeoque eius omissionem argumentum non praebere volcias illius, cui paternum nomen additum non est. Praeterea hypothesim aliam fortasse alius quisquiam excogitabit; videlicet exstitisse apud Corcyraeos legem\_ arcentem spurios ab supremis reipub. magistratibus, sed nullam fuisse praecipientem, addenda esse propriis paterna nomina; quum ex altera lege satis iam constaret legitimum eum esse, qui supremo aliquo magistratu sungeretur; ac proinde liberum cuique fuisse paterna nomina propriis adiicere, aut prorsus omittere. Sed haec unica observatione refelluntur; adeo enim constans & universalis erat Graecorum consuetudo addendi paternum proprio nomini, ut vim fere ipsis legibus efficaciorem habuisse dicenda sit, sicuti assolent huiusmodi confuetudines, plebis atque nobilium universali constantique usu firmatae. Ergo non levis quidem, fed gravis admodum excogitanda est caussa, ob quam pauci aliqui paternum nomen. minime praeses ferant, in publicis praesertim, nobilioribus atque ad perennem posterorum memoriam excitatis monumentis; praecipue vero quum in iifdem alii & proprium & paternum. nomen expressum proferant. Quare ex omnibus, quae in medium adductae funt caussae, ea saltem in hac & similibus iniyeaqui videtur rationi potissimum conformis, quam vir praestantiffitissimus Mazochius suppeditavit. Neque enim ipsa generatim in omnibus admitti potest; ut alibi (2) evidenter ostendam.

S. III.

Ad alterum quod pertinet, nempe ad postremam intropação vocem, eam ex auctoribus in differtationis S.I. laudatis interpretamur OEOIZ; de ea autem libere pronuntiandum est, nos nil certi habere, quod dicamus. Inutile tamen non esse video. incertitudinis rationem afferre; in hac enim adducenda confutandae funt quorumdam eruditorum sententiae, & illustranda. veterum Graecorum monumenta, aut antiquorum scriptorum. loca. Prudens ergo incertitudinis ratio ex eo potissimum nascitur, quod in nostra ἐωιγραφη, nulla sit vox in quarto casu, quae fi adesset, vel consueto more vel alia non difficili methodo suppleri posset verbum, quod ibi est subintelligendum. Quapropter coniici potest, huius monumenti, in quo dedicatio aliqua continetur, significationem peculiarem pendere ex notione loci, in quo illud απολλοδρός πρυτανίς, eiusque στναρχοι iufferint primitus collocari. Quem locum nos plane ignoramus; adeoque & dedicationem illam ignorare necesse est; nisi tamen afferamus, hoc monumentum OEOIZ dumtaxat fuisse dicatum; sicuti alias factum observamus, etiamque apud Corcyraeos, ad quos pertinet sequens inscriptio, apud Montfauconium (3).

P. HETEREIVS

**RVFIO** 

IOVI . CASIO . SAC

#### S. IIIL

At qui rem hanc prorsus incertam ex tripode definierunt, a veritate plurimum aberrasse mihi videntur. Montfauconius, qui ita interpretatus est hanc ἐπιγραφῶν: Apollodorus & collegae annuunt Diis, iam supra in dissertatione §. Il. consutatus a nobis est. Nec Muratorio assentiri possumus. Hic vir cl., cuius nominis sama illustris ab hoc ἀξχαιολογίας studio minime pendet, in sua Latina huius ἐπιγραφῶς interpretatione haec habet (4) Diis (supple, gratum sit) supponit enim non dubitanter, Corcyraeum hoc monumentum esse ἡπρίσμα; ideo adnotat, formulam

lam Diis, aut Diis omnibus, aut etiam Bonae Fortunae, & his similes in huiusmodi decretis precationem continere, ut faufium sit, Diisque placeat quod statutum suit; perinde ac si diceretur, Diis faventibus, Diis gratum sit; ac propterea in decretorum classe illud coniecit. Ast nullum mihi apparet vestigium,,
ex quo iudicari possit hanc ἐπιγραφῶν decretis esse adnumerandam. Nomina quidem magistratus in eadem continentur; at
nihil ab iis decretum seu constitutum asseritur. Nec est quod
subspicari debeamus, mutilum esse lapidem; nam ἀυτόγραφον
quaquaversum ab eruditis oculis integrum sine metu iudicatum est. Itaque Muratoris interpretatio falso nititur fundamento. Quod si lapis revera integer non esset, incerto adhuc principio ea interpretatio innixa dici deberet; siquidem & in hac
hypothesi aliae proponi possent interpretationes verosimiles, ita
tamen ut quae vera sit, necessario in tenebris delitescat.

§. v.

Neque vero lucem ullam exhibent MARTORELLIUS, & Mo-RISANUS, qui monumenta huic nostro simillima interpretantur. MARTORELLIUS (5) quidem illustrans Reginum hunc lapidem:

#### Ο ΔΑΜΟΣ

#### TΩN PHΓINON

#### ΝΙΚΑΝΔΡΟΝ ΝΙΚΟΝΩΣ

#### ΤΟΙΣ ΘΕΟΙΣ

fic eum Latine reddit: Reginorum populus (statua honorat) Nicandrum Niconis fil., deinde addit: si tò TOIE DEOIE ultimo loco appositum sit, nil novi in Graecis lapidibus, licet Latini Deorum
nomina in loco principe scalperent, queis omnia dirigebant. Eadem
ratione auctor cl. explicat binas alias huic prorsus similes in spapàs, in quarum altera (6) supplet dumtaxat verbum honorat, in.
altera (7) autem statua honorat: vocem vero OEOIE, quae in
utraque in spaps est postrema, reddit simpliciter Diis. Ergo
Martorellius existimare videtur, formulam TOIE OEOIE in huius modi monumentis significare tantummodo generalem illam.
commendationem, quae omnibus in rebus sieri Diis solebat;
non vero aliam peculiarem, de qua paullo post erit dicendum.
In eam porro sententiam sorte adductus est Martorellius, quod
illae

illae in 19 quodi nullam praeseserant interpunctionem, nisi immediate ante vocem ΘΕΟΙΣ. Verum an in ἀντογράφω eadem sit interpunctionis ratio, non satis quidem constat: quod si ea adesset, quis vel leviter in Graecorum lapidum παλαιογραφία eruditus ignorat, nullum ex ipsa duci posse argumentum ad rem hanc suadendam? Quod autem novum non sit, reperiri in Graecis lapidibus ultimo loco vocem ΘΕΟΙΣ, quid inde? Probandum adhuc remanet, illius vocis ultimo loco positae eum esse sensum quem vellet laudatus auctor. Si namque plures commonstrentur eiusdem vocis, seu formulae significationes, ut ex iis, quae mox dicemus, iam incerta evadit illa, quam veluti unicam Martorellius exponit.

#### S. vI.

Peculiarem vero illum dedicationis ritum, quem innui paullo ante, affirmo eum esse, quo quis alterum Numinibus commendabat, oblato simul eisdem simulacro illius, qui commendabatur. Morem hunc colligo ex Plutarcho, & Dione Chrysostomo, atque ex hisce scriptoribus plura explico antiquitatis monumenta. Narrat ergo Plutarchus (8) suisse Eleusine aeneam Isocratis statuam, ante porticum erectam, cumhac iniquati.

TIMOΘΕΟΣ ΦΙΛΙΑΣ ΤΕ ΧΑΡΙΝ ΞΕΝΙΑΝ ΤΕ ΠΡΟΤΙΜΩΝ ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ ΕΙΚΩ ΤΗΝΔΕ ΑΝΕΘΗΚΕ ΘΕΑΙΣ Timotheus amicitiae atque hospitalitatis caussa Isocratis statuam istam Deabus dicavit.

Singulare est exemplum, quod Plutarchus hic commemorat. At Dio Chrysostomus (9) universalem refert consuetudinem, inquiens: κὰ τοι τῶς ἀνδ είαντας ἐχ ὅττον ἀναθήματα ἄποι τὶς ἄν ἄναι τῶν θεῶν τὰς ἐν τοῦς ἱεροῖς κὰ πολλὰς ἰδεῖν ἔς ιν ἔτ Φ ἐπιγεγραμμένες οἷον ὁ δανὰ ἑαυτὸν ἀνέθηκε, ἢ τὸν πατέρα, ἢ τὸν ὑιὸν ὅτα δηποτε θεῶν. Atqui & statuas quis dicere possit, Diis confecrata esse donaria, eas nempe quae sunt in templis, & multas videre est talem habentes inscriptionem puta: ille Diis consecravit se ipsum, aut parentem aut filium, cuicunque tandem Deorum. Non solum autem aliquis seipsum vel patrenaut silium; sed etiam quisquis alius amicitiae aut grati animi caussa alterum ita Diis confecrabat, ut ex veteribus ἐπιγραφαῖς a Van-

VANDALE (10), atque ex aliis etiam a MURATORIO (11) collectis perspicuum est. Sic pariter urbs aliqua, ut apud eumdem MURATORIUM (12), vel senatus & populus, ut apud Sponium (13), aut solus senatus apud Whelerum (14), aut solus populus apud laudatum Morisanum (15), sive etiam ordo aliquis vel corpus apud Martorellium (16). Confectabant vero, sive commendabant aliquem vel uni vel pluribus Diis, expresso eorum nomine, aut Diis generatim, seu Diis omnibus, ut indicata exempla commonstrare possunt. Atque morem hunc obtinuisse etiam apud Corcyraeos compertum est ex eorum in papa a Montfauconio (17) allatis.

S. vII.

Iamvero sic intelligenda esse ea monumenta evidens profecto est ex recitatis Plutarchi, & Dionis Chrysostomi testimoniis, quorum alterum alteri vicissim lucem praebet. Dio enim habet verbum avenue, quod non legitur in emigraofi allata a. PLUTARCHO; hic vero affert cauffam illius confecrationis five commendationis, quam non attulit Dio Chrysostomus. Omiffio autem verbi ἀνέθηκε in supradicta ἐπιγεαφή ostendit, si quid fentio, folemne adeo & usitatum fuisse in similibus monumentis idem verbum, ut praetermitti in iisdem potuerit, quin oriretur dubitatio de genuina talyeaps, significatione. Itaque hinc patet fenfus admodum verofimilis earum inscriptionum, quas antea indicavi. Sic huius Corcyraeensis, H TIOAIX FEPMA-NIKON KAIZAPA ... ΘΕΟΙΣ, fensus esse potest: Civitas Germanicum Caesarem Diis commendat, seu dedicat oblato eius simulacro; in hac enim hypothesi supponitur, ἐπιγεαφὰν eidem simulacro fubiectam fuisse. Dixi verosimile id esse, non autem indubium; nil enim vetat, quo minus eadem formula significet dedicationem seu commendationem supradictam, nulla etiam statua, nullaque imagine Diis in patronos electis oblata. Nam & sine simulacrorum oblatione, sed cum sola ἐπιγραφη in templo posita fatis profecto testatum faciebant Gentiles se Deorum tutelam. ac patrocinium pro se ipsis vel pro aliis vehementer cupere, iifdemque totos se ipsos vel alios commendare. Atque haec quidem quoad Martorellium.

J. VIII.

#### S. VIII.

Ab hoc auctore dissentit etiam Morisanus; levi tamen, ut arbitror, ratione permotus. Ad huius generis monumenta illustranda novum sibi condidit canonem, quem nescio an eruditorum respublica sit approbatura. Inquit ergo Morisanus (18) ad dedicationis titulum pertinere non posse Reginum lapidem, de quo supra MARTORELLIUS; quia in ἀυτογράφω illud ΘΕΟΙΣ non. est in postremo versu solitarie positum, sed cum aliis inscriptionis vocibus coniunctum. Itaque vel hac de re legem aliquam, vel constantem consuetudinem supponit; sed illam inutile. prorsus est inquirere; alteram vero constantem non esse in veteribus Graecorum ἐπιγραφαῖς deprehendet quisque eas diligenter pervolvat. Quod si constans etiam foret ea consuetudo; probandum tamen adhuc effet, quod veluti certum ponit Mo-RISANUS. Denique ut opinionem suam declaret, inquit sibi ius esse subspicandi quamdam illius Nicandri da observi; neque tamen suae suspicionis, quam rationi consentaneam putat, ulla. profert argumenta: immo neque exponit, quid cuiusdam apotheosis nomine ipse intelligat. Quare ne aerem me verberasse. poeniteat, non investigabo, an Reginorum populus hanc haberet qualemcumque deificandi potestatem; neque in aliis coniecturis, quae monumentis destitutae plerumque inanes sunt, vel tantillum immorabor. Ut ergo dicam, quod fine reprehenfione dici posse censeo; voci illi ΩΕΟΙΣ supplenda vel subaudienda est alia solemnis ANEXTHEAN; vel alia etiam forte huic addenda, ut καριστηρίον, vel ΔΩΡΟΝ, feu ΥΠΕΡ ΕΥΧΑΡΙΣΤΙΑΣ; quae quidem in veteribus imiyeapais leguntur: vel similia verba folemnia in Graecis έπιγραφᾶις abfolute posita, vel cum verbo ANEOHKE, five ANEXTHEAN fimul conjuncta; quae utique quum apud eosdem Graecos solemnia essent, adeoque omnibus obvia, idcirco faepius brevitatis caussa praetermittebantur. Denique illud OEOIE vel de omnibus Diis generatim intelligi potest; sicut aliquando OEOIS MASIN expresse in monumentis legimus; vel etiam tantummodo de Diis, quos colebant Corcyracenses. Iovem Casium, Neptunum, Mercurium, Minervam, Apollinem, Bacchum, Tioneum, Ianum, atque Nympham Corcyram enumerat Card. Quirinus (19), Herculem addit Paciaudius (20) a Corcyraeensibus cultos.

S. VIIII.

Religuum postremo est, ut in huius monumenti aetatem. inquiramus. Si eam arctis limitibus definitam a me poscas; divinantis, non differentis artem flagitabo. Nihil enim mihi videor videre in ipfa ἐπιγραφή, quod cum Corcyraeorum historia simul perpensum certam prodere possit illius aetatem. Defunt Corcyraeenses fasti, nec eorum parva habentur initia. vel apud veteres scriptores, vel in antiquis monumentis, licet inter Graecas celeberrima olim fuerit Corcyraeorum respublica. Neque vero ex historicis vel ex monumentis constat, quibus temporibus immutata fuerit in ea republica regiminis forma; qua nimirum aetate desierit imperium monarchicum aristocratico temperatum, qua vero coeperit aliud ex aristocratico, & democratico compositum: videlicet quo tempore primum ineadem instituti sint atque sinem habuerint Prytanes. Aliquis fubspicabitur fortasse, hanc twiypapin Rom. imperio antiquiorem esse, quod in ipsa minime deprehendantur virorum nomina apud Romanos usitata; vel Rom. more exposita; sicut in. aliis pluribus Graecorum impaquis contingit. Verum ratio haec qua laboret incertitudine, facile est intelligere, quumpost Romanorum in Corcyraeos imperium plures saltem ex his potuerint Graeca nomina, suoque more adhuc usurpare. Itaque quod in Graecis ἐπιγεαφαῖς legantur nomina iuxta Romanorum consuetudinem enuntiata, hoc potest quidem argumento esse, monumentum aliquod pertinere ad Romani imperii tempora; fed ex eo quod nomina huiusmodi in dictis impeaçuis non reperiantur, certa minime confequitur ratio definiendi, idem. monumentum Rom. imperii aetatem praecedere.

§. x.

Si ergo dubias, quae ab incertis principiis oriuntur confequutiones praeterire velimus, & certas tantum perfequi; tunc latioribus dumtaxat limitibus definiri poterit huius monumenti aetas. Illud vero in primis certum est, hanc imigeaphi pertinere ad ea tempora, quibus Prytanis cum collegis Corcyrae

cyrae praeerat. Hinc autem consequens est, eam non spectare ad antiquissimam illius urbis aetatem, qua ipsa respublica regibus suis parebat, vel ad aliam, qua Cypseli & Periandri tyrannidem cum sua metropoli Corintho patiebatur. Corcyraautem condita est a Corinthiis colonia olympiadis xl. anno primo, ut refert Strabo (21), atque ut recte sensit, reiectisque aliorum sententiis probavit Card. Quirinius (22). Cypselus vero tyrannus Corcyram occupavit annos xxx., obiitque olympiade xxxvIII., adeoque imperare coepit circiter olympiade xxxI. Cypselo successit eius silius Periander, pariter tyrannus, qui longiori spatio Corcyrae praesuit; ut ex Aristotele Ubbo Emmus (23) puta annos xxxv. Igitur nostra interesta illud annorum spatium, quod sluxit inter olympiadem xxxI., & olympiadem. xxvII. Atque haec quidem certa.

§. xI.

Quae vero dicenda remanent, verosimilitudinis sines nonegrediuntur. Potest namque monumentum hoc convenire superiori aetati, quae fluxit ab olympiade xI. ad xxxI. Siquidem., ut observavit prae ceteris Spanhemius (24) solebant metropoles regiminis sui formam suis coloniis tradere; tunc autem quum a Corinthiis colonia deducta est Corcyra, nimirum olympiade xI., illorum respublica erat in paucorum optimatum potestate, ut ex veteribus deducit UBBO EMMIUS (25) supralaudatus; eademque praetides habebat Prytanes, ut monet Pausanias (26). Quare nostra iniquagi characterem habet, qui aetati illi convenit, nec alium continet, qui eidem repugnet; sed ob easdem rationes spectare etiam potest idem monumentum ad ea tempora, quae supradictam tyrannidem sunt subsequuta, quibus nempe cogitandum est, iterum viguisse Corcyrae pristinam reipublicae formam, qua ante ipsam tyrannidem ea urbs gaudebat. Atque hoc quidem pariter licet afferere de subsequutis temporibus, quibus illius reipub. regimen supponatur ex monarchico & aristocratico desexisse etiam aliqua ex parte in democraticum. Nihil enim vetat, quo minus tunc etiam unus Prytanis cum fuis synarchis monumentum aliquod OEOIE dicave.

#### 136 MONUMENTA GRAECA EX MUSEO NANIO.

caverit, vel publico monumento OEOII iisdem seipsos commendaverint, non quaesita hac in re populi societate. Etenim. & apud Athenienses, quorum regimen aristocraticum erat pariter democratico temperatum, publica reperiuntur monumenta folo novem archontum, non autem populi nomine infignita. Atque haec quidem omnia fine partium studio perpenfa incertam reddant oportet huius inscripti lapidis aetatem.; quum nihil in ea sit, quod uni tantum definito tempori, non. aliis pluribus congruat; adeoque argumentum desit, quo certi aliquid comprobari possit. Quod si quid coniecturis tribuendum velint, verosimile admodum videtur, monumentum hoc antiquiori Corcyraeorum aetati esse adscribendum; nam praeter stili gravitatem simplicitatemque alii sunt in eodem monumento characteres, qui aetati illi conveniunt magis quam. recentiori, ac praeterea nihil in ipso deprehenditur, quod cum vetustioribus Corcyrae temporibus confistere non possit; ut ex antea observatis perspicuum esse potest.

- (1) MAZOCHIUS. Tab. Heracleenf. par.II. pag. 257. 258.
- (2) In Tractatu DE DECRETIS ATHENIEN-SIB.
- (3) MONTFAUCON. Diar. Ital. p2g. 425. num.II.
- (4) MURATORIUS . N. Tb. DXXXXVII.2.
- (5) MARTORELLIUS. Thec. calam. par. II. pag. 506.
- (6) IDEM . ibid. pag. 653.
- (7) IDEM . ibid. pag.655.
- (8) PLUTARCHUS . Vit. x. Rbetor.
- (9) DIO CHRYSOSTOM. Orat. Rhod.
- (10) VANDALE. Differt.y. in marmora Gr. cap.11.
- (11) MURATORIUS. l. l. cl. viil.
- (12) IDEM . ibid. DLHII. r.
- (13) SPONIUS. Itin. par.II. pag.461.
- (14) WHELERUS . pag. 518.

- (15) Morisanus . Infeription. Regin. pag.
- (16) MARTORELLIUS. Thec. calamar. tom. II. pag. 653.
- (17) MONTFAUCON. pag. 422. & Seqq.
- (18) Morisanus . l. l. pag.60.
- (19) QUIRINIUS, Primord. Corcyr. cap. VIII.
- (20) PACIAUDIUS. Monument. Poloponn. par. I. pag. 108.
- (21) STRABO. lib.vI.
- (22) Quirinius . 1. 1.
- (23) UBBO EMMIUS. Descriptio Corcyrae.
- (24) SPANHEMIUS. de praestant. & usu numismat.
- (25) UBBO EMMIUS. 1.1.
- (26) PAUSANIAS . apud Ubbonem Em-

# MONUMENTUM IIII

ADNOTATIONIBUS ET DISSERTATIONE
ILLUSTRATUM

## ΣΥΝΟΨΙΣ

#### ADNOTATIONUM

### IN MONUMENTUM IIII

- S.I. S Tatuitur buius monumenti lectio. Aliqua adnotantur de veteri Graecorum more distinguendi ἐπιγραφῶν voces aliquas punctis, alique signo. Latina affertur eiusdem monumenti interpretatio.
- S. I. Varium indicatur turrium genus apud veteres.
- S. 11I. De turribus agitur exstructis contra bostium insidias.
- S. IIII. Tum de veterum more inscribendi turribus en ineapaça.
  - S. v. Veterum afferuntur testimonia de turri Alexandrina, eiusque ἐπιγραφη .
- S. vI. Recensentur & illustrantur argumenta MAFFEI, qui buius turris in 1920 par in dubium revocat. VALESIUS emendatur.
- S.VII. Quoad ipsam emispanniv ostenditur maxima dissensio inter STRA-BONEM, PLINIUM, & LUCIANUM. De huius postremi scriptoris lepido ac nugaci stilo observationes.
- S. VIII. Itaque rationes proferuntur, cur de eiusdem inscriptionis yvnoióthu cobibendum set iudicium. LUCIANI narratio expenditur.
- S. VIIII. Tum vero altera PLINII,
  - S. x. Nec non AMMIANI MARCELLINI atque STRABONIS.
  - S. xI. Delus ex opinione gentilium praesidio Apollinis munita turribus ad plurimum tempus caruit, quibus postea indiguit.

MO-

## MONUMENTUM IIII



# ADNOTATIONES

§. I.

Erspicuum est in primis, impagin hanc in binos versiculos ita esse dispertiendam,

"Αναξ Λέων έστησε πύργον ενθάδε

Λύχνω προφάιναν τες λόχες των βαρβάρων.
Crucis enim figurae, quae in aliis monumen-

tis nil fignificare videntur, in hoc certe adhibitae funt ad clariorem carminum distinctionem; quamvis in. hunc finem satis profecto erat illa, quae post vocem ENOADE posita est. Morem hunc Graecorum, identidem distinguendi vocabula vel punctis vel quibusdam aliis notis, generatim ex veteribus monumentis nuperrime demonstravit eruditissimus P. FABRICY O. P. (1): fed morem ipfum fecernendi figno aliquo ἐπιγεαφὰς versibus exaratas deprehendi in binis aliis Graecis monumentis. Inter nostras Gregorianas inscriptiones (2) quoddam est elegans epigramma a nostro Francisco Antonio SANDRIO editum, cuius primi duo vérsus in medio lineae desinentes, puncto maiori distinguuntur; aliis vero, qui in ipsius lineae medio vel fine suum habent terminum, nulla adiecta. est distinctionis nota. In ipso autem locupletissimo Museo Na-NIO, inter marmora Peloponnensia edita a cl. P. PACIAUDIO (3) habehabemus pariter aliud tetrastichon, in quo primus, a secundo, & hic a tertio versu seiungitur, spatiolo interiecto: binis aliis qui cum ipsa linea desinunt, nullum appositum est distinctionis signum. Hanc porro iniquagin ita latine reddendam esse arbitror:

Rex Leo excitavit turrim hoc in loco,

Ad prospiciendas face insidias barbarorum.

Quoniam vero de voce ANAE nemo quod ego noverim ex instituto pertractavit, placet dissertationem de eadem texere; in. qua quidem ea quae presse loquendo grammaticalia sunt vix attingam, in iis vero immorabor, quae ad animi eruditionen. pertinent. De turribus autem Graecorum pauca primum hic adnotabo, quae ad huius monumenti illustrationem pertinere possint; in postremum vero locum reiiciam dissertationem de voce druž, ne iterum post ipsam adnotationes addere oporteat.

Disserendum in primis esset de hoc rege Leone, qui turrim posuit; sed quoniam ignotum nobis est, ubi nam inventa. fuerit haec inigraph, ideo ne aerem verberemus, hoc praetermisso, de turribus pauca dicamus. Varia ergo fuere apud veteres, ut nunc etiam funt, turrium genera. Aliae enim ad domorum ornatum, ac privatorum voluptatem, quae percipitur in prospiciendis rebus a longe positis, aliae ad ipsarum. urbium vel ornamentum, vel ad utilitates plurimas; aliae vero erant bellicae eaeque vel navales, vel terrestres: atque hae quidem vel stabiles, vel plerumque mobiles, sive ambulatoriae, quae subiectis rotis promoveri aut reduci possent; aliae etiam ad navigantium falutem, ut in portus facile fe possent recipere; aliae demum, quas inter urbanas vel bellicas enumerare possumus, constructas nempe ad prospiciendas inimicorum. infidias; qualis ea est, de qua in hac ἐπιγεαφη . De his vero diversis turrium generibus & si nemo tractationem instituerit; non est tamen huius loci generatim disserere. Pauca enim dicenda. a nobis funt de eo genere, ad quod illa pertinet, quae in hoc monumento commemoratur.

S. 111.

#### §. 111.

Itaque turris, quam rex Leo excitavit, argumentum praebet existimandi, hanc suisse veterum consuetudinem, ut qui societati alicui praeerant, opportunis in locis turres huiusmodi construi curarent, quibus ab occultis, praesertim vero nocturnis inimicorum insidiis tueri se possent. Cum enim, ut cecinit Ovidius (4),

Iam color unus inest rebus, tenebrisque teguntur Omnia.

tunc facilius struuntur ab hostibus insidiae, ac propterea quamplurima ad inimicos decipiendos noctu excogitabantur ab isfdem stratagemata, de quibus Polyenus (5), &Iulius Frontinus (6). Quare Nestor summi consilii vir suos ita apud Homerum (7) alloquitur:

"Ουτω γῦν φίλα τέκνα φυλάσσετε, μηθέ τιν υπνος 'Αιρείτω, μη χάρμα γενώμεθα δυσμενέεσσιν.

Sic nunc dilecti filii cuftodias agite, neque aliquem somnus Capiat, ne ludibrio fiamus hostibus.

Huiusmodi autem custodia prospere admodum in turribus sieri poterat. Quapropter, ut harum exemplum aliquod asseram., Valentinianus castra & castella, turresque assiduas per habitabiles locos & opportunos ad barbaros sines communiit; sicuti refert Ammianus Marcellinus (8); sic alii plures, ut passim historici narrant. Exemplum vero ad rem nostram aptius esse non potest, quam Graeca iniquam apud Sponium (9), in qua sermo est de turri a quodam rege Michaele constructa adversus barbaros. En imprement qualem habet Sponius:

ΑΝΑΞ ΜΙΚΑΗΛ ΑΥΣΩΝΩΝ ΟΝΤΩΣ ΚΛΕΟΣ ΛΥΤΡΟΣΙΝ ΕΥΡΕ ΔΙΟΝΗ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΠΥΡΓΟΜΑ ΤΕΥΧΩΝ ΚΑΤΕΝΑΝΤΙ ΒΑΡΒΑΡΩΝ ΜΑΧΑΣ ΠΡΟΣ ΑΥΤΟΥΣ ΑΠΤΟΗΤΟΝ ΚΑΘΑΠΑΞ

quae quidem etsi corrupta sit, attamen ex eius versu tertio id colligitur, quod antea dixeram. Porro qui in supradictis turribus speculabantur ad detegenda hostium consilia, ii dicebantur κατάσκοποι, διάγγελοι, & διοπτώρες, ut ex Plutarcho, vel etiam ένρενηταὶ ut ex Dione Cassio observavit Salmasius (10).

Τ

Digitized by Google

§. 111I.

Quod vero mos Graecorum effet ἐπιγραφὰς turribus inscribere, non modo ex nostra, atque ex hac Michaelis Imp., sed ex aliis etiam pluribus arguitur. De turri enim mentio fit in. veteri fragmento cuiusdam Graeci monumenti apud LANCELLOT-TIUM (11) licet ex eo minime constet, cuinam usui eadem inserviret. Celeberrima vero est Graeca inscriptio, quam STRA-.BO (12) narrat positam in turri insulae Phari: ΣΩΣΤΡΑΤΟΣ KNI-ΔΙΟΣ ΔΕΞΙΦΑΝΟΥΣ ΘΕΟΙΣ ΣΩΤΗΡΣΙΝ ΥΠΕΡ ΠΛΩΙΖΟΜΕΝΩΝ. Softratus . Knidius . Dexiphanis . fil. Diis . fervataribus . pro . navigantium. salute; quod nempe, ut idem geographus animadvertit, cum ora ex utraque parte importuosa & humilis esset, cautesque haberet, signo aliquo alto atque perspicuo opus erat, quo navigantes possent ad portum pertingere. Hanc ἐπιγεμφην MAFFEIUS (13) votivam potius oblationem pro navigantium salute Diis factam putat, aliaque proponit contra ipsam dubitationis argumenta. Spernenda quidem ea non esse arbitror; sed liceat mihi eadem paullo post cum aliis simul veteribus scriptoribus, qui de ea turri, eiusque ἐπιγραφη mentionem habent, ad examen revocare. Iamvero septem alias, licet sequioris aevi inscriptiones habemus, quae in septem turribus Constantinopoleos erant positae, cum nominibus Imperatorum, qui eas turres vel condiderant, vel refecerant: quas quidem ¿ aire a par quidem nobis fervavit Anonymus Scriptor (14) antiquitatum eius urbis. Quare de ea Graecorum confuetudine inscribendi in turribus ἐπιγεαφὰς fatis abunde iam constat.

§. v.

Nunc ergo de turri Alexandrina, eiusque ἐπιγραφῆ liceat ea afferre, quae de eadem in promptu habemus, haud satis obfervata ab aliis, qui de hac scripsere. Strabo (15) itaque ait, ipsum promontorium insulae Phari ἔκεσα σύργον θαυμαςῶς κατεσκευασμένον λευκε λίθε σολυόφορον, ὀμώνυμον τῆ νήσω τετον δ' ἀνέθηκε Σώερατω Κνίδιω φίλω τῶν βασιλέων σωτηρίας χάριν, ὡς φήσιν ἡ ἐωιγραφὴ: ΣΩΣΤΡΑΤΟΣ ΚΝΙΔΙΟΣ ΔΕΞΙΦΑΝΟΥΣ ΘΕΟΙΣ ΣΩΤΗΡΣΙΝ ΤΠΕΡ ΤΩΝ ΠΛΩΙΖΟΜΕΝΩΝ; habens turrim ex albo lapide mirifice structam multis fastigiis, eodem quo insula nomine. Eam Sostratus Cnidius requim

qum amicus posuit ob navigantium salutem, ut declarat inscriptio: SOSTRATUS . CNIDIUS . DEXIPHANIS . FIL. DIIS . SERVATORIEVS . PRO. NAVIGANTIBVS; quia nempe, ut prosequitur geographus, ora ex utraque importuosa & humilis esset, cautesque ac brevia haberet, figno aliquo opus fuit alto & claro, quo navigantes ex alto portus ingressum contingere possent. Hoc ipsum narratur a PLINIO (16) qui aliqua addit, de quibus silet STRABO: Magnificatur, inquit ille, & alia turris a rege (Ptolemaeo) facta in insula Pharo, portum obtinente Alexandriae, quam constitisse octingentis talentis tradunt; magno animo, ne quid omittamus, Ptolemaei regis, quod in ea permiserit Sostrati Gnidii archite-Eti structurae ipsius nomen inscribi. Usus eius nocturno navium cursu ignes oftendere, ad praenuntianda vada, portusque introitum. sicut iam tales compluribus locis flagrant, ut Puteolis, ac Ravennae. De turri autem Alexandrina mentionem habent etiam Ammianus MARCELLINUS (17), & EUSEBIUS (18). LUCIANUS (19) vero cum. PLINIO minime consentit, quoad facultatem a Ptolemaeo factam Sostrato inscribendi eius nomen in ipsa turri; sed inscriptionem illam ipsius Sostrati fraude apparuisse ita enarrat: οικοδομήσας εν τὸ έργον ένδοθεν μεν κατά των λίθων τὸ άυτε όνομα ἐπέγρα ζεν · ἐπιχρίσας δε τιτάνω, και εωικαλύ φας, επέγρα φε τένομα τε τότε βασιλέυοντο, είδως όπερ καὶ έγένετο, σάνυ όλίγε συνεκπεσείμενα, μέν τῷ χρίσματι τά γράμματα, εκφανησόμενον δε, Σώς ρατ 🕟 Δεξιφάνες κ. λ. Postquam igitur hoc opus exaedificasset, intus in saxis suum nomen (Sostratus) inscripsit : quo calce illita occultato, nomen eius, qui tum regnavit, superinscripsit, ratus, id quod etiam evenit, fore ut brevi admodum. litterae illae cum illita calce caderent: hoc vero appareret: Softratus Cnidius &c.

S. vI.

De his vero historicis aliqua dicemus, postquam audierimus Maffeium de illa iniquati, more suo dubitantem. Ptolemaei tempore, inquit Maffeius (20) ab antiquis scriptoribus laudatur inscriptio Sostrati architesti collocata in turri in promontorio insulae Pharo, supra quam sax poneretur, quae nosturno navigantium cursui inserviret ad praenuntianda vada, portusque introitum. At ego aequivocam rem esse non dubito. Verba potius votivam oblationem.

To pro

pro navigantium salute Diis factam, quam aedificium demonstrant: ac inde constaret, Sostratum non fuisse turris architectum, sed eum qui impensam fecerit. Σώς ρατ . Κνίδι . Θεοίς σωτήρτιν ύπερ των πλωι-Coμένων. Varias praetereo fabellas, quae circa id ab auctoribus enarrantur; ac etiam omitto, quod Ammianus has omnes traditiones improbet. Quod fibi vult haec Maffeiana oratio? Inscriptionem illam Sostrati, aequivocam rem esse definit; nempe rem dubiam, ut ex iis, quas affert rationes, clare colligitur: quia. nimirum inscriptio iis verbis concepta est, quae votivam oblationem Diis factam demonstrat potius quam aedificium aliquod; & quia ex ea constaret, Sostrati opus non esse turrin, fed eius impensam. Fateor & ego aliquid esse in hac re difficultatis. Namque minime inter se consentire videntur auctores veteres superius laudati. Strabo enim affirmat eam turrim positam a Sostrate Cnidio, quod esset regum amicus; Plinius vero factam ait impensis regis Ptolemaei; quinimmo & Ammianus MARCELLINUS eamdem a Cleopatra excogitatam narrat. Quamobrem audiendus non videtur Valesius, qui Ammianum Marcel-LINUM non ita accipiendum esse ait, quasi ante Cleopatram Pharus non steterit, quam constat regnante Ptolemaeo Philadelpho a Sostrato Cnidio fabricatam fuisse longe ante Cleopatrae tempora. Sed quum a D. Iulio diruta effet Pharus bello Alexandrino, ut Caefar ipfe & Strabo memorant, a Cleopatra postmodum restaurata est. Haec inquam dicenti Valesio aures praebendae non videntur; fed potius adulationis aut erroris alterius vitio accufandus est Ammianus Marcellinus, quod Cleopatrae hoc opus adscripserit iis verbis, quae interpretationem omnino respuunt; inquit enim: Excogitavit in portu Cleopatra turrim excelsam, quae Pharos a loco ipso cognominatur, quae quidem de turris restauratione intelligi non possunt; sed omnino de ipsius nova constructione non antea ab aliis excogitata. Atque hac de re afferre lubet, quae apte observavit FRID. SAMUEL de SCHIMDT (21): illud opus, inquit, sub Ptolemaeo Philadelpho, testibus STRABONE aliisque, quos longe anteponimus TZETZI, CEDRENO ceterisque, qui illud Cleopatrae, & Arabibus, qui magno tribuunt Alexandro; propterea in errorem inducti, quod Pharus infula a fuperioribus Aegypti regibus,

bus, idest prioribus Ptolemaeis teste CAESARE (22) per Heptastadium Alexandriae quidem suit iuncia, sed non mole perpetua; qua de re videndum esse Vossium (23) monet; verum pontibus, horumque uno Pharo vicino, quum postea Cleopatra eversis pontibus integrum opus absolveret, atque continua mole Heptastadium urbi iungeret; quod recentiores isti omnia miscentes perperam cum Phariae turris exstruccione confundunt.

#### S. vil.

Quod vero ad imiyoapin pertinet in ea turri exsculptam maxima diffensio est inter Strabonum, Plinium, & Lucianum. STRABO quidem videtur supponere positam ab ipso Sostrato, vel ab alio, eius nomine. Quod autem narrat PLINIUS, permissum id ei fuisse ex magno animo Ptolemaei, potest cum. Strabonis narratione fimul confistere. At quod postremo recenfet Lucianus, his omnino opponitur, si scriptorem cogitemus, qui rem ferio narret, ut narrare deberet in differtatione de modo, quo historia conscribenda est. Hanc Luciani differtationem satis diligenter confului: multa quidem faceta ac illusoria auctore fuo dignissima in eadem reperi; sed veritatem se in ipsa sectaturum profitetur; quum contra in duabus, quae hanc sequuntur, de vera historia, mendaces quidem scriptores reprehendat, declaret tamen se varia mendacia probabiliter ac verosimiliter confixisse. Verumtamen adhuc sum dubitans, an vera dixerit de Sostrato Cnidio, einsque in squapi. Nam in fine eins dissertationis, quomodo conscribenda sit historia, scriptorem iterum ac fedulo monet, ne ad praesens tempus dumtaxat respiciat, ut viventes eum laudent & colant, sed ad universum aevum cogitationem extendat, ob posteritatem potius historiam componat, atque ab illa laboris mercedem deposcat, & laudem historici, qui nihil adulatorium, nihil fervile, sed veritatem in omnibus fecutus liberrime confcripferit. Tum vero ad huiusce rei confirmationem affert Sostratis Cnidii exemplum, qui iuxta ea, quae superius ex ipso Luciano narrata sunt, brevis vitae suae. nullam habuit rationem, sed ad perpetuum tempus libentissime respexit, ut quoad turris illa staret, suae etiam artis encomium perduraret. Qua quidem in admonitione, quis irriforium aliquid non deprehendat? Novi quidem Luciani facetiam heic in eo sitam esse, ut proponat exemplum, quod per se ipsum festivum est, quodque tamen vim obtinet aliquam id probandi, quod eidem Luciano erat propositum; at huiusmodi scriptoribus, qui tam familiares habent lusus & irrisiones, quique in re admodum seria, ut ea est, quam prae manibus habebat Lucianus, ridiculum atque captiosum exhibent argumentum, nescio, inquam, an huius generis scriptoribus praestanda sit sides.

§. VIII.

Ut ergo ingenue fatear, quod de ea emizeaph sentio, arbitror eamdem inter apocryphas non effe certo reponendam; fed cohibendum esse de ipsius γνεσιότητι iudicium. Meretur enim. fidem aliquam clarissimus geographus Strabo, qui rem ut certam minime tradidisset, si eam ex dubiis fontibus hausisset. At non intelligimus fane, cur Sostratus nomen suum turri ea. ratione inscripserit. Si enim, ut contendit, vel fabulatur Lu-CIANUS, voluiffet Softratus artis suae laudem apud longaevam. posteritatem commendare, non videtur in primis necessariam fuisse fraudem illam, de qua Lucianus ipse. Rex enim Ptolemaeus gloriam fatis illustrem sibi comparasset apud posteros, quod turrim tam celebrem tam magna, quaecumque tamdem. fuerit, impensa excitasset. Neque sane ipse architecti gloriae invidisset; sed facillime permissifet, ut ille nomen suum, sicuti architectus eidem turri inscriberet. Verum illa Sostrati iniγεαφή non videtur indicare turris architectum; neque enim additum est verbum enoinge, vel simile aliud, quod solebat, debebatque faltem nomini artificis addi, quando eo sublato incertus remaneret ἐπιγεαφής fenfus. Sed illa Softrati ἐπιγεαφή dominum potius indicat, qui eam OEOIS SOTHPSI dicavit MEP ΤΩΝ ΠΛΩΙΖΟΜΕΝΟΝ Diis fervatoribus pro navigantium falute. Ergo ea posita dici non posse videtur ad eius architectum laudandum . Sed neque, ut commonstret, ipsum Sostratum turris auctorem & dominum. Quis enim sibi suadeat tantum opus a. privato quodam homine, qui in ipfa ἐπιγραφῆ nec munera, nec dignitates, nec generis splendorem, nec alia huiusmodi recenset, impensa sua factum suisse? Quod si ad Luciani narratiotionem redire velimus, quis pariter sibi suadere potest, Sostratum in eum finem insculpsisse in ea turri suum nomen, ut deinde temporum suu ipse existimaretur eiusdem turris & auctor, & dominus. Quum nempe eo tempore, quo ipsa excitabatur, notum iam omnibus esset eamdem Ptolemaei regis iussu & sumptu sieri, cumque huiusmodi vox & sama ad posteras facile manasset aetates adeo ut ad ea saltem tempora pervenisset, quibus Sostrati fraus non dissicillimo negotio detegi potuisset. Memoria enim vigebat Ptolemaei, qui turrim aedisicandam praeceperat, & eiusdem regis inspectos, quae in ipsa turri, iuxta. Lucianeam narrationem suerat exsculpta. Et sane Ammianus Marcellinus, qui tanto temporum intervallo post Ptolemaei, Sostratique aetatem sloruit, nec Sostrati quidem meminit, sed Cleopatram narrat, licet in hoc erraverit, de ea turri aedisicanda coepisse consilium.

# S. VIIII.

Quod vero ait PLINIUS, regem Ptolemaeum magno animo permissise Sostrato architecto nomen eius turri inscribi, duplici ratione potest intelligi, quod nempe permiserit inscribi nomen Sostrati vel tamquam architecti, vel tamquam auctoris & domini. Quoad primum necesse non erat, magnanimitatem regis in hoc extollere. Quis enim ex regibus invideat archite-Ctorum gloriae? Immo ad ipsius regis laudem pertinet, optimum felegisse ad opus aliquod conficiendum architectum, adeoque etiam permittere, ut eius nomen confecto operi inscribatur. Ac si forte rex aliquis architectonicem optime calleret, vel existimaret se in ea arte versatum, atque mirifici alicuius operis auctor effet, non sineret quidem gloriam hanc sibi eripi. Sed hoc non novimus de rege Ptolemaeo Philadelpho. Deinde si hoc permissset, voluisset quoque, ut Sostratus ad pofleritatis cognitionem iniquative poneret, quae satis clare innueret ipsum fuisse turris architectum; quod quidem, ut supraobservavimus, ἐπιγεαφὶ minime declarat. Quoad alterum vero, optime sic animadvertit Montfauconius (24): On n'a jamais vu de prince, qui ait refusé de mettre son nom sur des ourages magnifiques faits pour l'utilité publique, & qui an ait voulu donner toute la gloire

8

gloire aux architectes. Hadrianus quidem, ut suo loco (25) obfervavimus, nomen suum inscribi noluit operibus a Traiano, erga quem ut patrem adoptivum se gerebat, vel ab aliis antea consectis, quae ipse postea imperator restauravit; sed de illo non legimus permisisse umquam, ut operibus, quorum ipse auctor esset, alius nomen suum apponeret. Recta autem ratio postulare potest, ut qui imperant, posteritati commonstrent, quae ad publicum societatis bonum persecerint. Addo denique, ne quid intactum relinquam, Sostrati in sostrati in non videri consectam iuxta Graecorum consuetudinem, qui post nomen proprium immediate conscribebant paternum nomen, deinde vero nomen urbis, vel loci, ad quem ille pertinebat, cuius erat in sostrati sostrati, statim post eius nomen ponitur nomen urbis kniaioz, deinde vero dicitur aesis anomen ponitur nomen urbis kniaioz, deinde vero dicitur aesis solvanos solvanis silius.

6. x.

Quae quum ita sint, iure quidem de huius inscriptionis yrnototniti dubitavit MAFFEIUS, ac iure faltem cohibendum esse. de ea iudicium pronunciavimus. Quod enim de hac traditiones aliquae improbandae sint ( neque enim video omnes ab Ammiano Marcellino improbatas ) hinc minime sequitur ipsam ' emizeaphi veluti spuriam certo definiendam esse. Quae namque observavit Maffeius, quaeque nos multo plura de eadem diximus, funt quidem maxime verosimilia, eam tamen non habent vim, ut evidenter oftendant, inter fabellas amandandam esseillius turris ἐπιγραφὰν, quae Sostrati nomen praesesert. Me etenim movet potissimum clarissimi geographi STRABONIS auctoritas, qui ne minima quidem dubitandi formula utitur, dum. narrat, a Sostrato regum amico potitam eamdem turrim cum fua ἐπιγεαφή . Sostratum porro dum ille nominat regum Ptolemaeorum amicum, architectum eumdem fuisse non meminit. Itaque si hyperbolem iudicemus summam illam octingentorum. talentorum (ut certe in quacumque hypothefi hyperboles videtur) quae in turris aedificatione insumpta fuerit, sed multo minor eadem fingatur (de illa enim ne verbum quidem habet Strabo) iam a veritatis imagine non aberraverit qui cum geogragrapho celeberrimo senserit, eam turrim a Sostrato Dexaphinis fil. positam. Namque iis temporibus non deerant privati cives, qui maximis divitiis abundarent. Dissicultas autem ex stilo ἐπιγραφῶς, quam paullo ante attigimus, tanta non est, ut per se ipsa possit eamdem ut spuriam traducere. Quaecumque enim esset consuetudo in essormandis huiusmodi ἐπιγραφῶς, non erat sane capitale crimen ab ea aliquantulum discedere; ut per se perspicuum est. Quod etiam consirmat vetus inscriptio apud Schottum (26), in qua urbis nomen non immediate ponitur post viri nomina, sed post aliud verbum ἐπόμος; ea enim huiusmodi est: ΑΡΧΕΛΑΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΕΠΟΙΗΣΕ ΠΡΙΝΕΥΣ. Sed de hac Alexandrina turri eiusque ἐπιγραφῷ iam satis disputatum a nobis est.

# S. xI.

Iam vero plurimae erant, ut supra diximus, regiones huiusmodi turribus munitae ad prospiciendas inimicorum insidias, atque ad easdem quoque propulsandas. Atque his quidem Ocol muegyopidanes, Dii turrium custodes praesiciebantur a Gentilibus, ut tradit Aeschylus (27). Itaque mirum prorsus est exemplum. Deli, quae omnibus huiusce generis turribus omnino carebat, quod ea insula crederetur praesentissimum habere Apollinis numen & praesidium ita, ut eo contenta (tantum valebat communis superstitiosa opinio) nullum aliud quaereret desensionis remedium. Hoc refert Callimachus (28), qui postquam alias recensuit insulas, sic deinde cecinit:

Κάναι μέν ωύγροισι περισκεω εεσσιν έρυμναὶ
Δῆλω δ' Αμόλλωνι τί δε ς ιβαρώτερον έρκος;
Τίκεα μέν καὶ λᾶες ὑπαὶ ῥιπῆς κε πέσοιεν
Στρυμονίε βορέαο. Θεὸς δ' ἀλ ἀς υφέλικτω.

Iftae quidem turribus firmis munitae funt,
Delus autem Apolline; quod vero firmius feptum?

Muri quidem & lapides ab impulsu concidunt

Strymonii boreae: at Deus semper immotus.

Quod etiam ita narrat Pausanias (29): Τῆς γὰρ Δήλε τότε ἐμπορίε τοῖς ἔλλησιν ἔσης κε) ἄδαν τοῖς ἐργαθομένοις διὰ τὸν Θεὸν δοκέσης παρέχαν; nam quum esset Delus totius olim Graeciae emporium, eaque unius V Det



# 154 MONUMENTA GRAECA EX MUSEO NANIO.

Dei (Delii Apollinis) praesidio securitatem omnibus in eadem quaestum facientibus praestaret; & mox addit: ἄτε ἔσης ἀτεχίς ε τῆς Δήλε, καὶ ὅπλα ε κεκτημένων ἀνδεων, quum enim Delus foret sine muris, & arma non haberent incolae. Sed sequutis mox Callimachum aetatibus compertum suit, inane esse illud, quod sibi suadebant, maximum Delii praesidium; celeberrimum enim illud Apollinis fanum debuit ab Atheniensibus muniri sossa, aggeribus, vallis, turribusque etiam ac propugnaculis; ut tradit Thucydides (30): πύργες τε ξιλίνες κατές ησαν ἢ καιρὸς ἢν, turresque ligneas posuerunt, ubi locus opportunus esse videbatur.

- (1) P. FABRICY. Cenforis Theologi Diatribe de Bibliographia antiq. in libro Bernardi de Rossi inscripto: Specimen variar. lection. sacri textus & Chaldaica Hesteris additamenta.
- (2) INSCRIPTIONES ANTIQUAE ex Biblioth.

  Monachor. Camaldulenf. &c. in Appendice ad veteres inscriptiones P.ODERICI;

  inter Graceas num. VIII.
- (3) PACIAUDIUS. Monumenta Peloponnefia tom.il. pag.6.
- (4) OVIDIUS . Fastor. lib.ml.
- (5) POLYENUS. Strategematicon.
- (6) IUL. FRONTINUS. Strat gematun.
- (7) HOMERUS . Iliad. lib. K. v. 192.
- (8) Ammianus Marcellinus. lib.xxviiI. cap.vI.
- (9) SPONIUS. Miscellan. erudit. antiquitat. sect.x. num.xxxII.
- (10) SALMASIUS . ad Spartiani Hadria-
- (11) LANCELLOTTUS. Infeription. Siciliae cl. VIII pag. 107. B. 108. 4.
- (12) STRABO . lib.xvil.
- (13) MAFFEIUS . Art. critic. lapidar. lib, II. cap. I. col. 29.
- (14) Anonymus auctor. Antiquitatum Conftantinopolitanarum lib.vil. nu.520.

- & seqq. Histor. Bozantin. tom. xx11, par.1. edit. Venet.
- (15) STRABO . 1.1.
- (16) PLINIUS. lib.xxxvI. cap.x1I.
- (17) Ammianus Marcellinus . 1.1.
- (18) Eusebius . in Chronico .
- (19) LUCIANUS . Quomodo conscribenda sit bistoria in fin.
- (20) MAFFEIUS . 1. 1.
- (21) FRID. SAM. de SCHIMDT. Opuscula quibus res antiquae, praecipue Aegrptiacae explicantur dissert. 1111. sect. I.
- (22) IUL. CAESAR. de bello civ. lib. III.
- (23) Vossius ad Melam. lib.ii. cap.vii.
- (24) MONTFAUCONIUS. Dissertation sur le Phare d'Alexandrie tom. XI. Memoires de l'Academie Royale des inscriptions.
- (25) MONUMENTA GRAECA MUSEI NANII.

  Differtation. in monumentum II. §.xv.
- (26) AESCHYLUS. Sept. Theb. v.174.
- (27) CALLIMACHUS. Hymn. in Delumv.23. & seqq.
- (28) PAUSANIAS . lib. III. in Laconicis num. xxIII.
- (29) THUCYDIDES. lib.IIII, num.90.
- (30) SCHOTT. Explication nouvelle des l'Apotheose d'Homere representée sur un marbre ancien &c.

# IN MONUMENTUM IIII DISSERTATIO

# ΣΥΝΟΨΙΣ

# DISSERTATIONIS

### DE VOCE ANAE

- S.I. Le A proponuntur, de quibus in dissertatione pertractandum est. Grammaticos ineptos eleganter reprehendit HERO-DICUS. Optimi eruditique grammatici munus describitur a TULLIO.
- S. II. Origenem vocis avaž deducit MAZOCHIUS ex Hebraico fontes; quod iam alii ante ipsum praestiterant. CHRISTIANUS TOBIAS DAMM, ex Graeca lingua, ut alii, eius etymologiam revocat.
- S. 11I. Vox avaz servatorem significat ex HOMERO & aliis.
- S. IIII. Eadem ipsius vocis significatio ex aliis veteribus confirmatur.
- S. v. Hinc veteres vocem banc divinam esse dixerunt .
- \$. vI. Nomina אלוים, Zevis, Deus, βασιλεύς saepe benefactorem\_, fignificant.
- S. VII. Vox ava Diis quidem omnibus fuit communis; sed aliquibus peculiari de caussa tributa est, ut Diis Consentibus.
- S. VIII. Caeli & terrae filius dicitur αναξ ab EUSTATHIO, qui asserit, ex eo Miletum vocatam suisse ἀνακτομὰν; sed hoc videtur repugnare PAUSANIAE de Milesiorum origine disserenti.
- S. VIIII. Dioscuri dicti sunt dranec, iuxta aliquos, a stirpe Anacim Palaestinae; iuxta alios ex auxilio, quod navigantibus praestare credebantur.
  - S. x. Ob hanc & ob alias vaussas ita appellati dicuntur a PLU-TARCHO, atque ab AELIANO. Illustratur EUSTATHIUS a POLITO reprehensus.
  - S.xI. Illustratur etiam CICERO, existimans primi generis Dioscuros nuncupatos suisse avazas.
- S. XII. At Castores ab aliquibus veterum dieti sunt avans, ab aliis avantes, ab aliquibus etiam avano.

  S. XII.

- x11. Aesculapius etiam dictus est singulari de caussa αναξ & σωτής.
- S. XIIII. Apollo pariter nuncupatus est ävaξ, servator ; sed non ita κατ' έξοχην, ut ex solo nomine ävaξ intelligeretur Apollo, ut putase videntur aliqui eruditi.
  - xv. Idem oftenditur adversus CHRISTIANUM TOBIAM DAMM; atque illustrantur HOMERUS, & PSEUDORPHEUS.
- S. xvI. Refellitur SPANHEMIUS affirmans, Bacchum, non vero Apollinem dictum esse ανακτα a PINDARO, qui pluribus illufiratur.
- S. xvil. MARTORELLIUS Apollinem ex HOMERO probat, Deum non esse αλεξίκακον, sed κακοποιόν. Pluribus bacc augetur difficultas ex HOMERO ipso, atque ex PSEUDHOMERO.
- S. XVIII. Sed ea non improspere solvi potest.
- S. XVIIII. Iuppiter peculiari admodum ratione dictus est αναξ, immo αναξ αγάκτων.
  - S. xx. Illustrantur HOMERUS & PSEUDORPHEUS, qui videntur somnum ipsum appellare ανακτα ανάκτων, adeoque supremo lovi eum parem facere.
  - S. xxI. Iuno & Diana singulari de caussa dictae sunt.
  - S. xxII. Ita & Tiresias Apollinis sacerdos nuncupatus est avag.
- S. XXIII. Reges & quicumque imperantes dicti sunt avanes, quod fint subditorum servatores.
- \$. xxiiil. In veteribus ἐπιγραφαῖς reges, seu imperatores numquam appellati sunt ἄνακες, nist in iis, quae versibus exaratacismos, una tantum excepta.
  - S. xxv. Ratio inquiritur, ob quam reges abstinuerins a voce avaz sibi
  - S. XXVI. Apud Cyprios eo nomine donabantur regis filii, fratres &c., nec non etiam quidam magistratus.

# DISSERTATIO

D E

### VOCE ANAE

S. I.



N grammaticis rebus, aiebat Cicero (1) poetarum pertractatio, historiarum cognitio, verborum interpretatio; ita optimi grammatici munus sapienter describit. Quare vel de ineptis grammaticis, vel de illis, qui presse grammatici vocantur, loquitur poeta Herodicus Babylonius

apud Athenaeum (2) dum eos e Graecia exsulare iubet, atque perbelle irridet, inquiens:

Φέυγετ' ἀρις άρχαοι ἐπ' ἐυρέα νῶτα θαλάττης Ἑλλάδα τῆς ζυθῆς δαλότεροι κεμάδ. Γωνιοβόμβυκες μονοσύλλαβοι ὅισι μέμαλε

Τὸ σφίν μεμ σφωϊν κεμ τὸ μὶν ἦδε τὸ νὶν.

Aufugite Aristarchii per maris spatiosa terga

E Graecia, flavis cervorum hinnulis pavidiores

In angulis murmurantes bombyces, monosyllabi: quibus curae eft Σφίν & σφωϊν an dicendum sit, altercari, & an μίν an νίν.

Nos itaque de voce avaz tractationem suscepturi, & hanc Herodici reprehensionem essugere, & M. Tulli monitum sequi curabimus. Quamvis enim plura dici a nobis possent, quae ad
eiusdem vocis originem sive irupologíar spectant; pauca tamen,
omnino in hanc rem attingemus, quae praetermitti nulla ratione possum. Sic primo obtinebitur eius vocis interpretatio. Ut
autem habeatur & poetarum pertractatio, atque historiarum cognitio, ea deinde persequemur, quae ab agamológos slagitari solent: ac generatim loquemur de diversis illius vocis apud veteres significationibus; praesertim vero de quadam ipsius divinitate. Illam namque omnibus universim Diis, tamquam humani generis servatoribus tribuebant; aliquibus autem peculia-

culiaribus de caussis eam veluti divinum agnomen adscribebant. Postremo eamdem vocem considerabimus tributam regibus, & alicubi eorum filiis, atque etiam quibusdam magistratibus. Hac autem tota in re non erunt tantummodo a nobis recitanda veterum scriptorum testimonia; sed ipsi veteres explicandi, aliqui autem ex recentioribus emendandi, qui licet viri eruditione praestantissimi, de hac tamen voce quaedam protulerunt, quae sesse sustinere haud satis possunt. Sic aliud adimpletum putabimus M. Tulli (3) praeceptum, quo iubet, ut ex rerum cognitione essentiones essentiales.

S. 11.

Ouod ad huius vocis originem pertinet, cl. Mazochius (4) pronuntiat, meras tenebras in ea assignanda a grammaticis offundi. Ipse vero, qui more suo voces huiusmodi ab oriente putat manasse, inquit vocem ανακτω, adeoque & αναξ oriri ab alia "Avanes, quo nomine, ait, Dioscuri aliique Divipotes & servatores intelliguntur; "Avanes vero ab ענקים Anachim, five ab iis anakidis venire, quos facra historia pluries memorat in Deute-RONOMIO, IOSUA, & alibi. Grammaticos porro, quos reprehendit Mazochius, tamquam tenebras in huiusce vocis etymologiam effundentes, nominatim non recenset, perinde ac si omnes quoad rem hanc in maximo versarentur errore. Nemo vero forsan subspicaretur umquam, scriptores alios celeberrimos tradidisse eiusdem vocis originem, quam offert velut inauditam Mazochius; quum subspicionem hanc reiicere videatur eius operis titulus, nempe Spicilegium. At in primis Ioakim Ku-NIUS (5) eamdem cum Mazochio etymologiam, fed dubitantis in morem proposuerat, inquiens, forte "Aranes ab Hebraeo ענק anach, quod vocabulum fignificat torques; regium enim gestamen, ait, antiquitus erat torques. Sed eamdem pariter excogitarunt eruditissimi viri Vossius & Grotius, ut infra §.viiiI. adnotandum erit. At forte sprevit Mazochius, quam exhibet Scholiastes Euripidis (6) etymologiam; vocem enim araz deducit ille ਕੇਸ਼ਰੇ τੱຮ दूरवर ਕੈਂਪਕ ਕੋਟ੍ਰੀਕਾ ab habendo superiorem dignitatem, aliasque omnes contempsit, quae a Graecis fontibus hauriuntur. Sed utrumque etymon Mazochil & Kunil, quod unum est,

& alterum laudati Scholiastis eamdem, ut patet, significationem suppeditat. Alteram vero etymologiam proponit nuperrimus auctor Christianus Tobias Damm (7), quae veterem eius vocis significationem continet, quam attigit Mazochius, dequa fusius erit postea dicendum. Arbitratur ergo vocem avak esse ab ava, vel ava supra & tò ano, remedium, medela, quod nempe a superis sit omnis salus; initio enim recte ait, vocem divinam esse; vel etiam eamdem repetit ab ava, prout idem est cum ava , persicio, prosum, impleo, impetro &c. & ana sano; quod quidem etymon cum antecedenti optime convenit. At Henricus Stephanus (8) existimavit, tò avak primitivum esse, au quo siat adverbium avanas, sedulo, vel regie; idemque ipsi videtur censere Methodius apud Etymologisten; quassam vero eiusem vocis etymologias iure ac merito ut ineptas reiicit. Sed haec attigisse sussissima vero eiuse ve

S. 111.

Nunc ipsius vocis ἄναξ, quae antiquitus obtinuerint significationes inquiramus. Scholiastes Euripidis paullo ante laudatus inquit: "Αναξ. κυρίως σωτήρ. τες εν θεες ἄνακτας, καὶ σωτήρας καλεμεν. καταχρηςικῶς δὲ καὶ τες δεσωότας ἄνακτας καλεμεν, ὡς δευτέρες σωτήρας. δηλοι δὲ τετο μάλις α "Ομηρ. Quae sic interpretor. "Αναξρορο falvator. Deos ergo ἄνακτας reges & salvatores appellamus: abusive autem & dominos ἄνακτας vocamus, sicuti secundos servatores. Hoc autem maxime declarat Homerus. Quod tamen non vidit Apollonius, qui in suo lexico Homerico domini & regis tantummodo significationem eidem voci tribuit. At ex eo Scholiaste Euripidis Mazochius (9) pariter eamdem illius vocis significationem revocavit; sicuti antea fecerat Potterus (10) nullo eius interpretationis auctore laudato. Homerus (11) ergo Schamandrium Hectoris silium vocatum dicit 'Αςυάνακτα, quod eius pater unicus esset ἄςε. ἄναξ urbis servator:

Τον ρ' Εκτως καλέεσκε Σκαμάνο ριον, αυτας οι άλλοι 'Ας υάνακτ', δι Θ. γαρ ερύετο Ιλιον Εκτωρ. Eum Hector vocavit Scamandrium, sed alii Astyanacta, quod solus Hector Ilium servet.

Postremum hunc versum attulit etiam laudatus Euripidis Scho-

LIASTES. Sed alibi idem Homerus (12) de Hectoris filio, qui caro patre privatus fuerat, simulque de ipso Hectore loquens rem eamdem clarius etiam explicavit, dum cecinit:

'Ας υάναξ, ὅν Τρῶες ἐπίκλησιν καλέκσιν.. ΟἶΦ. γὰρ σφὶν ἔρυσο πύλας καὶ τείχεα μακρὰ.

Astyanax, quem Troes cognomine vocant.

Solus enim ipfis (o Hector) defendebas portas,& muros altos. Ex quo postremo versu Plato (13) ipse ante omnes agnovit hu-Tusce vocis significationem ab Homero traditam. Nam recitato illo versu, ait: διά τᾶυτα δη ώς ἔοικεν, ὀεθώς ἔχοι καλείν τὸν τέ σωτή-PO ύιον, 'Ας υάνακτα τετε δ' έσωζεν ο πατηρ άυτε, hac de caussa consentaneum videhatur, eius qui salutem civitati peperisset, filium 'Αςυάνακτα nuncupari. Iam vero Euripidis Scholiastes ita profequitur: 4pnται γὰρ διον ὁ τὰ ἄςε 🔾 σωτής. ὧ ἔν ἄναζ. Θεές γὰρ, κοὴ σωτῆςας τές δεσπότας καλάν χρή. δύναται δε το μεν αναξ έπι τε Ίππολύτε, το δε δεσπότας έπὶ τῶν θεῶν. Εἰχὸς γὰρ καὶ ἀυτὸν μέλλοντα σάσης ἀνθεωσίνης Φύσεως ύπερτιθέναι τὸ κράττον. Dicitur enim solum ille urbis servator. Ergo o avaz. Deos enim & servatores vocare dominos oportet. Potest autem vox avaz intelligi de Hippolyto, vox vero δεσπότας de Diis. Verefimile enim eft, vel ipfum, quum in eo effet, ut omni humanae naturae anteponeret praestantiora. Eustathius (14) autem Homerum interpretatus idem confirmat, inquiens: σημώωσαι 🏖 ὅτι ἄνακτας έκάλυν τυς βασιλώς όι παλαιοί, διά τὸ ἀνακώς, ήγυν έσιμελώς, έχων τών ύποτεταγμένων, & observa, reges a veteribus vocatos esse ανακτας, propterea quod ανακώς videlicet ἐπιμελώς solerti cura subditis prospiciant, seu curam habeant subditorum.

§. 111I.

Atque haec quidem eius significatio ex aliis Graecis auctoribus confirmari potest. Herodotum laudat in hanc rem Eustathius (15): ἡ δὲ χρῆσις τε-ἀνακῶς καὶ παρὰ τῷ Ἡροδότῷ, porro τὸ
ἀνακῶς cum cura, sedulo, provide legitur etiam apud Herodotum;
nempe, ut adnotavit Politus, ubi Herodotus (16) de Periandro loquitur, quem dicit, ᾿Αρίονα μὲν ἐν φυλακῆ ἔχαν ἐδαμῆ μετίεντα
ἀνακῶς δὲ ἔχαιν τῶν προθμέων, Arionem quidem in carcere habere, nequaquam dinittentem, sollicite vero se habere de portitoribus: &
alibi idem Herodotus (17) ait: καὶ σπόςε ἀνακῶς ἔχετο, & sementi
solli-

follicite inftabat. Thucydides (18) autem : ὅπ @ ἀυτῶν ἀνακῶς ἔξεσιν πν έκπλέωσιν, ut de ipfis sollicite se habuerint, si enavigent; ubi Scho-LIASTES observat, τὸ ἀνακῶς positum ἀντὶ τῶ πρωνοπτικῶς, καὶ φυλακτιnas pro provide & diligenter. PLUTARCHUS (19) etiam inquit; avaκῶς γὰρ ἔχαν τὸς ἐπιμελυμένυς, ἤ Φυλάττοντας ὁτικν . καὶ τὰς βασιλας ἴσως arantas δια τέτο καλέσιν, sedulo enim habere curantes & custodientes quodcumque, & propterea reges similiter avantas appellant. ETYMO-Logus (20) vero ex Methodio videtur quidem primo adspectu, ut putavit Politus (21) eius vocis significationem coarctare; fed reipfa, ut arbitror, cum fupralaudatis auctoribus confentit, dum το ανακώς, το έπιμελώς, καὶ πεφροντισμένως, seclulo, accurate, & attente derivat από των ανάκτων, οίς Φροντίδες έιτι των ύπηκόων, α regibus, quibus cura est de obedientibus; nempe, ut interpretari licet, maior cura de obedientibus; neque enim in voce avaxos, vel in aliis, quas huic fynonymas ponit ETYMOLOGUS, quidquam est, quod indicet obedientes, alios vero excludat. Quod fane ignorar non poterat Etymologus graece doctissimus. Vide etiam Eu-STATHIUM paullo ante §. 111. laudatum.

§. v.

Quum autem haec aliquando fuerit vocis araz fignificatio, hinc merito ut divinam saepe vocavit Eustathius, qui primo quidem (22) dixit: Δηλον εν, ότι θεία τις λέξις το αναξ. διο και έπί υπεροχής κάται, διον έπι βασιλέων, και έπι δικοδεσπότων ώς και τέτο οί παλαιδι λέγμσιν. Δηλοί δε και Ευριπίδης την της λέζεως θαότητα, ειπών. ἄναξ. Θεες γαρ δεσπότας καλών χρεών. Itaque, ut conftat, divina vox est To avak, rex, seu rector; ideoque ad excellentiae notam usurpatur puta de regibus, ac de patribus familias, ut id quoque veteres testantur. Ac Euripides etiam divinam in hac ipsa voce vim inesse significat, cum ait: 6 trat, rector: Deos enim dominos vocare oportet. De qua Euripidis sententia aliquid aliud infra dicemus. lam vero idem Eustathius (23) alibi observans Iovem & Mercurium dici dvantas, non autem Vulcanum, rationem discriminis ita reddit: Θεία δε λέξις τὸ ἄναξ... διὸ καὶ Ἑρμε μόνε, καὶ Διὸς άυτην ένταῦθα τέθικε. Divina autem vox avaξ ... quare de uno tantum Mercurio atque Iove hic usurpat. Ita & Scholiastes Aristophanis (24) ubi apud hunc famulus quidam herum suum ita compelpellat: & δέσωστ' ἄναζ, haec adnotavit: διὰ τὸ μετάρσιον ἀυτὸν ἦςθαι, κὰ προσδωκῶν ἐπιβήσεσθαι τῶ ἐρανῶ θειστέρα ἀυτὸν ἐτίμησε Φονῷ ἄνακτα ἐπῶν, quae quidem laxiore interpretatione ita reddit eius interpres: Augustiori appellatione herum suum iam sublimem & volantem afficit famulus, vocans ἄνακτα, quasi Diis iam sit proximus.

§. vI.

Itaque vox araξ & divina est, & σωτήςα servatorem signisicat. Recte enim existimarunt veteres licet falsa religionis opinione imbuti, Deos debere esse hominibus τες σωτήγας. Haec enim quaedam naturae vox est, quae nos veluti monet, divinam essentiam eius esse generis, ut per se ipsa, quod bonum. est, nobis communicet. Hinc & ea, quam nos tuemur, vera religio hanc Dei ideam nobis certiorem reddit. Quamobrem, sicuti iudicis munus (si, teste doctissimo Mazochio (25) rei magis quam nominis vim teneamus) apud antiquos Hebraeos fervatorem in primis fignificabat, ita & Dei nomen אלרים elohim quod pariter indicem interpretantur, saepissime in veteri testamento reipfa salvatorem commonstrat. Sic ubi IACOB (26) post visionem dixit : si fuerit אל חים Deus mecum, & custodierit me in via, per quam ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad inquendum; reversusque fuero prospere ad domum. patris mei: erit יהוח ליאליחים Dominus mihi in Deum &c. Ita Dominus apud Ieremiam (27) populum suum sic alloquitur: Ego ero vobis לאל הום in Deum, nempe, ut suscitem iuramentum, quod iuravi patribus vestris, daturum me eis terram fluentem lacte & melle. Ita & Iuppiter Deorum hominumque apud ethnicos pater, non modo singulari admodum ratione dictus est dvaz, ut suo loco infra ostendetur, sed ipsum nomen zeo, eamdem praesefert significationem. Nam Diogenes Laertius (28) dixit, Ziva Si kaλέσι, παρ' όσον τε ζην αιτιός έςιν. Ζηνα vocant, quod vitae omnium. fit auctor. Phurnutus (29) etiam differens de nomine Zeus, scribit: Πότερον δια τὸ σώθεσα καὶ ἀιτία εσα τοῖς ζωσι τε ζην, δια τετο βασιλεύαν ο Ζευς λέγεται τῶν έλων. Hoc nominis autem nimirum inde habet, quod omnium falus ab ipfo folo pendeat, quod cauffa vitae fit omnibus quaecumque vivunt; propterea etiam universi rex appellatur. DYDI-MUS (30) quoque idem affirmat, inquiens: διὸ δη Ζεύς λέγεται ὁ κόruos in alti ( ) ήμιν is , propterea quidem & Iuppiter dicitur, quod nobis est auctor. Ita apud Latinos, ut scripsit Cicero (31) Iuppiter, idest iuvans pater, quem conversis casibus appellamus a iuvando Iovem; & apud eumdem (32) Iuppiter optimus, idest beneficentissimus; ut plura alia huius generis omittam. Sic apud eosdem Latinos nomen Deus in eodem sensu benefactoris videtur usurpatum; ut apud Virgilium (33) Tityrus sic Meliboeum alloquutus est:

O Miliboee, Deus nobis haec otia fecit, Namque erit ille mihi semper Deus...

Propterea Menander apud Stobaeum (34) aiebat.

Τὸ γὰρ τρέφον με τέτ' έγω κρίνω Θεόν.

Quod enim me alit, hoc iudico Deum esse.

Sic denique & βασιλας reges quos antea ανακτας dictos fuisse innuimus, atque inferius etiam ostendemus, spectata re ipsa, ut custodes hominum exhibentur a CALLIMACHO (35) qui italeccinit:

Έκ δε Διος βασιλήες επι Διος εδεν ανάκτων Θαότερον. τω και σφιτειν εκρίναο λάξιν Δωκας δε πτολίεθρα φιλασσέμεν. At ex Iove funt reges; quando Iovis regibus nihil Divinius est; ideoque tuum illis decrevisti ordinem: Constituisti vero qui urbes custodiant.

Quae quidem cum supradicta Homeri sententia de Astyanactemirisice consonant.

# S. vII.

Ad vocem ἄναξ ut revertamur, constat ex iis, quae supradicta sunt, eam ita divinam suisse, ut unicuique Numini eam convenire gentiles arbitrarentur. Quare non solum maioribus gentium Diis, sed omnibus prorsus eius cognominis honor tribuebatur; ut observat Eustathius apud Iosuam Barnesium (36), qui ait: ἄναξ ἐπιτίθεται κυρίως ὀνόμασι θεῶν, καὶ ἄνασσα ταῖς βηλώαις ἐν τοῖς Θεοῖς. Nomen ἄναξ rex superimponitur propriis nominibus Deorum, & ἄνασσα regina Diis feminis. Quoniam vero illud est nomen tam honorisicum, ut ille super omnes extollatur, cui adscriptum est; ideo aliquibus deinde Numinibus peculiari

quadam ratione, alicui vero idem nomen veluti potissimum & unice proprium tributum legimus. Ita, ut exemplum nunc afferam de iis, qui simul ob communem aliquam rationem sic appellati sunt, Pindarus (37) dixit: μετὰ δώδεκα ἀνάκτων θεῶν, cum duodecim regibus Diis, quos nempe Deos caelestes, Deos magnos, ac magis proprie consentes nuncupabant; quosque Ennius apud Martianum Capellam (38) hoc disticho comprehendit:

Iuno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars Marcurius, Iovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo: quidem peculiari de caussa avantas nominatos novimus

Quos quidem peculiari de caussa avantas nominatos novimus, quod nimirum illi venerandum Deorum Dearumque consessum constituerent. Ceterum Dii omnes apud Graecos, ut anteadiximus, & apud Latinos etiam dicti sunt servatores, sive conservatores. Namque ΘΕΟΙΣ ΣΩΤΗΡΣΙΝ inscriptionem dicatam supra (39) attulimus; dis autem conservatoribus; vel Salvatoribus alias habemus conservator apud Gruterum (40), & Muratorium (41).

. S. VIII.

Ut vero de iis fingillatim Numinibus loquamur, quibus nomen avag peculiariter a veteribus adscriptum est; observat in primis faepe laudatus Eustathius (42) quod, ἐν δὲ τῷ τῶν ἐθκκῶν καταγραφή, και κύριον όνομα φέρεται αναξ, ύιος γης, και ουρανέ, αφ' ου και ή Μίλητ 🕟 'Ανακτοριά ἐκλήθη σε οτέ. In gentilium nominum cammentario nomen affertur proprium dvaz, terrae & caeli filius, a quo Miletus appellata olimest Anactoria. Sed quod heic afferitur ab Eustathio, repugnare videtur Pausaniae (43) cuius haec sunt de Milesiis verba : Μιλήσιοι δε αυτοί τοιάδε τα αρχαιότατα σφίσιν είναι λέγεσιν . έπί γενεάς μεν δη 'Ανακτορίαν καλείσθαι την γην 'Ανακτός τε ἀυτόχθον 🕟 και 'Αρεσίου βασιλέυοντ Τέ Ανακτ . Milefii sane ipsi de suis originibus haec commemorant. Iam tum ab initio Anactoriam fuisse totam eam regionem nominatam sub rege Anacte indigena, & Asterio Anactis selio. Silet autem Pausanias, quod affirmat Eustathius, atque ita quidem filet, ut videatur admitti non posso, quod ille Ho-MERI interpres ut certum narrat. Pausanias enim, quod de Milesiis refert, ex ipsis se accepisse fatetur; inquit enim: Midiosos de auroi τοιάσε τα αρχαιότατα σφίσιν είναι λέγεσι, Milesii sane ipsi de suis originibus haec commemorant. Quum autem illi de suis originibus loquentes dixerint, totam eam regionem appellatam fuisse Anactoriam sub rege Anacte, eiusque filio Asterio, nihilque aliud de sua origine addant; videtur quidem, tunc tantummodo Miletum vocatam fuisse Anactoriam sub eo rege, atque ex eius nomine. Pertineret siquidem ad eius regionis origines, nuncupatam eamdem fuisse Anactoriam ex Anacte Telluris & Caeli filio; quinimmo magis generosum regionis ortum ex eo Numine commonstrare potuissent Milesii, si cum eorum fabulosa historia conveniret, quod Eustathius refert. Neque vero umquam fingere nobis licet, Milesios ipsos nobilissimam illam originem ignorasse, quae in omnium civium ore fuisset, quamque nulla umquam oblivio delere ex eorum mentibus potuisset. Ouum ergo altum sit ea de re apud Pausaniam silentium, ubi certissime facta esset eius mentio, si ita se haberet; consequens inde videtur, illius commentarii, quem indicat Eustathius, auctorem fortasse en nominis analogia, ut certum venditasse, quod levissimam tantummodo verosimilitudinem praeseserebat; vel eum forsan rem Milesiis gratam facere voluisse, ut & ipsi, sicut alii plures divinam possent originem commonstrare; quod tamen non est assequutus. Neque vero praetermittendum illud est, ex aliis veteribus atque illustribus mythologis neminem esse, qui illum Telluris & Caeli filium Anactem commemoret. Geographus quidem celeberrimus, STEPHANUS Byzantinus (44) affirmat pariter, Miletum appellatam fuisse 'Ανακτορίαν, ἀπὸ 'Ανάκτος 🕟, five, ut post Lucam Holstenium, & Samuelem Bochartum restituit in Stephano Abrahamus Hortelius, ἀπὸ ἀνακτ 🚱, neque tamen innuit, ex quo id ipse noverit. Quare gravissima saltem. relinquitur dubitatio, an umquam gentiles eum agnoverint ita nuncupatum, ut Eustathius tradit; nam Pausaniae filentium eo in loco videtur habere vim ad probandum id de quo fupra diximus.

S. VIIII.

At certissimum pervulgatumque est Castorem & Pollucem avance, sive avance fuisse appellatos. Gur autem ita denominati Y fint,

sint, inquirere heic oportet. Gerardus Vossius (45) ita dictos putat, quod descenderint ab antiqua & inlustri stirpe Anacim. Palaestinae; unde a Iosua prosligati in Graeciam concesserint. GROTIUS (46) pariter loquutus de Anachidis, de quibus in Deuteronomio est mentio, Inachidas inquit, dico cum Graecis, ad quos illi advenere, quos araxas vocant Cicero, Pollux, & alii. Hinc intelligis, Vossium & Grotium eam tradere eius nominis etymologiam, quam postremo attulit Mazochius supralaudatus S. II. Methodius (47) porro scribit: 'Ανακοί δι Διόσκεςοι παρὰ ᾿Ατίικοῖς ... ἡ ὅτι ἀνακῶς , ὁ ἐςι φιλάνθρωπ 🚱 ἐχρήσαντο τοῖς ᾿Αθηνάιοις . ἡ ότι τες πλέοντας σώθυσιν ας έρες όντες. ανω και έκας ήμων όντες; Anaces, Dioscuri apud Atticos ... vel quod sollicite, idest humaniter adiuvent Athenienses, vel quod navigantes salvent, quum sint stellae superius & longe a nobis: quasi nimirum vox avanoi vel avane; sit a duabus vocibus ava & ixás. Quae quidem etymologia non opponitur illi, quam initio S. II. tradidimus; immo cum ipsa facile componi potest, sed non est, cur in hac detineamur. Adnotare potius lubet fignificationem postremam allatam a METHO-DIO, atque a vetustioribus, de quibus paullo post erit dicendum, confirmari ex ea veterum consuetudine, qua solebant naves, live triremes Castorum tutelae commendare. Sic in ipsis ACTIS APOSTOLICIS (48) fit mentio de πλοίφ 'Αλέξανδείνω, παρασήμφ Διοσμέροις, navi Alexandrina, cuius insigne erant Castores; & apud Muratorium (49) legimus III. Castore, idest Trierem Castorem, five Castores. Eamdem vero significationem affert etiam Eustathius (50) qui ait : Λέγοντες ώς και Πλέταρχ @ οτι πρώτον δι Διόσκεροι έτ 🕒 έπεκλήθησαν, ώς των πλεόντων έπιμελέμενοι. Quum primum. iisdem (antiquis) auctoribus, atque etiam Plutarcho sic cognomina. rentur' Dioscuri, veluti qui curam gererent navigantium.

Sed de Eustathio & Plutarcho quaedam sunt observanda. Politus (51) enim Eustathium reprehendit veluti eum, qui Plutarchi mentem non sit assequutus. Narrat autem Plutarchus (52) Tyndaridas Menestheo adiutores in quodam bello suisse; ac propterea inquit: καὶ τιμὰς ἰσοθέκς ἔσχον, Ἄνακες προσαγορευθέντας, π διὰ τὰς γενομένας ἀνοχὰς, π διὰ τὰν ἐπιμέλειαν, καὶ κποθεμογίαν

καν το μποθενά κακος παθάν, σρατάσς τοσαύτης ένδον έσης. ανακος γάρ έγαν τες έσημελομένες ή φυλάτιοντας ότιουν. Ασί δε οι λέγοντες διά την των άς έρων ἐπιφάνααν "Ανακας ὀνομάσεσθαι . τὸ γὰρ ἄνω τὰς 'Ατίκὰς ἄνεκας ὀνομά-દ્વા , ng ανέκαθεν , τὸ ανωθεν , atque honores assequuti divinos sunt, Anaces dicti, vel ob factas inducias, quas avoxas Graeci vocant, vel ob curam & sollicitudinem, ne cui malum offerretur, quum esset intra muros tantus exercitus. Nam avaxãs exer dicunt eos, quibus cura vel tuitio alicuius incumbat, & reges fortasse appellant, inde avantas. Sunt qui ob ftellarum eorum apparitionem ferant Avanas appellari, quod τὸ ἄνω Attici ἀνεκὰς idest supra, & ἀνέκαθεν τὸ ἄνωθεν. idest superne vocent. Itaque quum apparitio stellarum, quae Dioscurorum propriae sunt sive Tyndaridarum sit ex Mythologorum doctrina ob navigantium falutem; in eo, ut plurimum Polito concedam, erravit Eustathius, quod dixerit constare. illud ex auctoritate PLUTARCHI; cum scriptor hic non illud affirmet ex proprio fed ex aliorum testimonio. Ceterum ex hac PLU-TARCHI narratione, quaecumque assumatur ex indicatis caussis, illud perspicue constat, Dioscuros sive Castorem Pollucemque dictos fuisse "Avaxas, eo quod essent mortalium servatores. Addendus quoque est AELIANUS (53) qui rationem reddens, cur Tyndaridae vocati sint Avante, unicam assignat ex Menestheo ita deductam: καὶ Μενεσθεύς δε ὁ Πετεώο περὶ τῶς Τυνδαρίδας ἐκ ἐγένετο άχάρις 🔾 . ἐκβάλοντες γὰρ ἐκάνοι τῶς Θήσεως ὑιὰς , καὶ τὴν μητέρα τὴν Θήσεως, "Αιθραν, αιχμαλόντων λάβοντας, εδωκαν την βασιλείαν τῷ Μενεσθεί. δια ταυτα ωρώτ Ο. ο Μενεσθευς ανακτας τε και σωτήρας οδνόμασε. Item Mcnestheus Petei filius non ingratus fuit adversus Tyndaridas. Quum enim illi Thesei liberos expulissent, matremque eius Aethram captivam abduxissent, regnum tradiderunt Menestheo. Quamobrem primus eos Menestheus reges & servatores salutavit. Antea vero idem AELIANUS (54) dixerat: Διόσκυροι σωτήρες και αγαθοί παράσαται, Dioscuri servatores ac boni adiutores. Hinc etiam Latini Dioscuros appellarunt servatores in veteribus monumentis apud Mura-TORIUM (55).

§. xI,

Hic vero observandum primo est, CICERONEM (56) tria distinxisse Dioscurorum genera iuxta Graecorum doctrinam; ac Y 2 prio-

priores quidem tres, qui ut ipse scribit, appellantur Aranes, ex Iove & Proferpina natos, nempe Tritopatrem, Eubuleum, & Dionysium: secundos vero ex Iove tertio & Leda, Castorem & Pollucem. Ergo ipse Tullius putavit primi generis Dioscuros nuncupatos suisse Avanas. At Pausanias (57) inquit: όιτινες δε θεών είσιν οι άνακτες παϊδες ε κατά τάθτα ές τν είρημενον. άλλά ώ μεν είναι Διοσκέρες οι δε Κέρητας , οι δε πλέον τι έπίς ασθαι νομίζοντες Καβείρες λέγεσι. Qui nam sint Anastes pueri, variat hominum opinio. Alii Castoras, Curetas alii, qui plus intelligendo se assequutos putant, Cabiros censent. Sed Curetas & Cabiros eosdem facit Strabo (58). Verum communis Mythologorum opinio est, "Avaxas dictos esse Castorem & Pollucem; ut ex supra allatis scriptoribus colligi potest; adeoque Tullius ipse ex aliquo Graeco auctore deceptus fortasse est, dum primi generis Dioscuros a Castore & Polluce diversos ait fuisse "Avanas nuncupatos; nisi tamen subspicari velimus, illos etiam hoc cognomine donatos aliquando fuisse. Quoniam vero apud gentiles invaluit cultus non aliorum Dioscurorum, sed tantum Castoris & Pollucis, & quoniam iuxta ethnicorum doctrinam peculiaris aderat ratio, ob quam hi dicerentur "Avaxes; propterea existimandum est, de. Castore & Polluce sermonem esse, quum Dioscuri dicuntur "Avaxes, ficuti xar' ¿ξοχην eo nomine illi appellarentur. Iure autem ex gentilium principiis ita nuncupabantur non folum ob eam caussam, quam cum Plutarcho recenset Aelianus; sed etiam quod ipsi inter sidera relati, navigantibus servatores essent. Qua de re ne actum agam, videndi sunt veteres apud Na-TALEM COMITEM (59) scriptores.

\$. xil.

Neque vero praetereundum heic est, quaestionem excitari posse ab aliquo ex iis grammaticis, qui ab Herodico Babylonio γωνοβόμβυκες μονοσύλλαβοι ut observavimus & I. per irrisionem dicuntur, excitari, inquam, posse quaestionem, an Castores illi vocandi sint "Ανακες, an vero "Ανακτες. Levis vero ac parvi prorsus momenti quaestio est, quae fortasse definiri nequit, vel rationem consulas, vel auctoritatem. Ad hanc quod pertinet, exstant quidem scriptores veteres, apud quos Castores vocan-

vocantur "Avans, ut Cicero & Plutarchus superius laudati, atque ante hos auctores Theocritus (60). Praeterea ab Etymo-Logo atque ab aliis dicuntur "Avazor, atque eorum templum a. THUCYDIDE (61) appellatur "Avanceor. Verum nec defunt alii veteres, quibus placet, Dioscuros nuncupare "Avantas; ut Pausa-NIAS & AELIANUS, quorum pariter testimonia paullo ante recitavimus; quibus fane incompertum non erat, qua ratione Castores appellandi essent. Neque enim arbitramur, ut quidam. fecure pronuntiant, emendandas esse istorum scriptorum editiones, quae exhibent Avantas, propterea quod, alii habeant "Araxas. Promptum est enim iis responsum: cur non potius ex his qui habent \*Ανακτας, emendandi erunt, qui proferunt \*Αναxas? Quod enim isti fortasse paullo plures numero sint, parum quidem refert. At si einsdem vocis rationem inquiramus, est quidem πλεονασμός in fecundo casu Avaros ex primo avaz. Ceterum, quod ego noverim, numquam pro fecundo casu reperitur "Araz S. fine eodem pleonasmo; quamquam hoc nulla esset ratione improbandum. Quae quum ita fint, utraque eius vocis lectio admittenda videtur, neutra reprehendenda. Atque hinc ortum dici debet, quod ex veteribus scriptoribus alii "Avanes, alii vero "Avantes dicere voluerint; ac proinde γωνιοβόμβυκες μονοσύλλαβοι violentas manus in corum scriptis ne iniiciant . Sed de-Castore & Polluce satis iam diximus, ut arbitror, diligenter. S. XIII.

Pauca vero de Aesculapio sunt dicenda, antequam deeius parente Apolline, ac de eius dem avo, supremoque Deorum omnium rege Iove loquamur; a minoribus enim plerumque ad maiores Deos in hac tractatione videtur esse progrediendum. Aesculapius ergo omnium Apollinis filiorum celeberrimus arte medicinae adeo praestabat, ut mortuos ipsos, si fabulis sides, ad vitam revocaret, qui propterea a Iove sulmineictus periit, sicuti narrat Virgillius (62), vel ut explicat Heraclitus (63) sebri quasi sulmine correptus obiit. Itaque ob tam excellentem medicinae artem iure promeruit, ut singulari ratione avaz diceretur. Sic antiquus vates sub nomine Homeri (64) cecinit:

"INTH-

Ίπτήρα νόσων Άσκληπιον ἄξχομ' ἀκίδειν, Χάξμα μέγ' ἀνθεώποισι, κακῶν θελκτῆς ὀδυνάων Καὶ σῦ μεν χαῖρε ἀναξ.

Medicum morborum Aesculapium incipio canere,

Gaudium magnum hominibus, malorum delinitorem morborum,

Et tu quidem sic salve rex.

Quod autem to avag hoc in loco aequalem habeat cum to owing fignificationem ex alio veteri poeta sub nomine Orphei (65) delitescente clarum sit; ita enim ipsum invocat:

'Ιπτής πάντων Ασκληπιέ, δ'έσπετα Παιάν,

'Ελθέ μακάς σωτήρ.

Medice omnium Aesculapi, domine Paean,

Veni beate servator.

Sic etiam idem commonstrant binae iarypaφai, in quibus sermo est de Aesculapii in medendo praestantia; altera enim apud Gruterum (66) cuius sere initium est: ΠΑΙΗΩΝ ΑΝΑΞ ΑΣΚΛΗΠΙΕ; altera vero apud Muratorium (67) dicata est ΤΩ ΣΩΤΗΡΙ ΑΣ-ΚΛΗΠΙΩ.

5.xIII.

Oriatur nunc sermo de Apolline, quem veluti proprio nomine Arakta appellatum perhibent. Vetus Scholiastes (68) explicans illud Aristophanis αναξ "Απολλον, inquit: ἰδίως τὸν 'Απόλλωνα ήτοι ώς άλεξικακον και χρησμές παρέχοντα πρός αποτροπήν των δανων ή ώς πατρώον θεόν, proprie Apollinem quidem, ficut depulsorem malorum, & oracula, seu responsa reddentem ad eorumdem malorum averfionem, vel sicut patrium Deum. Quod quidem confirmat eam. huius vocis araz fignificationem, de qua superius §. II. loquuti fumus. Sunt vero eruditissimi viri, qui doceant, Apollinem. κατ' εξοχήν per excellentiam, seu antonomastice vocari "Ανακτα, ficuti & Dianam "Avarray. Inter eos Spanhemius (69) affert hoc ex Homero (70) exemplum: ὄρρ' ιλασσόμεθ' ανακτα, ut placemus regem; nam versu antecedenti de Phoebo mentio est. Laudat illud Sophoclis in Electra "Avanτι τῷ δε, huic autem regi; fed hoc reperire non licuit. Itaque aliud ex ipfo Sophocle (71) proferam simile exemplum. Apud hunc vatem Clytemnestra Apollinem. ita deprecatur:

Κλύοις

Κλύοις αν ήδη Φοίβε προς απήριε.

Audi nunc Apollo, qui in floribus sedem habes.

Atque post aliquos versus iterum sic Numen illud invocat:

Δυσσῶν ὀνείξων, ταῦτα μοι, λύκε ἄναξ
Εἰ μὲν πέφηνεν ἐσθλὰ, δὸς τελεσφόρα.

Geminorum fomniorum, haec mihi, o rex
Si quidem faufta sunt, fac ut rata eveniant.

Sic etiam Callimachus (72) de Apolline inquit: τὸς μὸν ἄναξ ἴοδεν ἀντός, hos quidem rex ipfe vidit. Verum haud fatis mihi probatum ex hisce exemplis videtur, quod cum Spanhemio alii pronuntiant eruditi, similia exempla adducentes. Si namque, ut certum apud omnes est, cuncta prorsus Numina hoc gaudebant cognomine τῶ ἄνακτω; sane quum sermo alicubi de iis esset, licebat utique post enuntiatum alicuius Dei nomen, illum postea solo cognomine τῶ ἄνακτω compellare. Apollo igitur non ita κατ ἰξοχὴν dicitur ἄναξ, ut ex hoc solo nomine ipsum Apollinis Numen intelligatur.

%. xv.

CHRISTIANUS TOBIAS DAMM (73) existimat pariter, vocem. araz positam esse tamquam nomen proprium Apollinis apud Homerum (74) quia nempe in locis, quae ex poeta indicat, Apollo dicatur avaz vel immediate, vel paullo post, quam nominatus ab eo est Apollo ipse. Observat etiam, quod idem Numen. apud eumdem vatem (75) dicatur uno in loco tantum ἄναξ Διος ύιὸς rex Iovis filius; alibi (76) autem ἄναξ Διὸς ύιὸς ᾿Απόλλων. Huic autem aliisque scriptoribus affentiar, si nomen peculiari quadam ratione tributum velint Apollini, sicuti adnotat supra laudatus Aristophanis Schollastes, vel etiam quod esset Apollo Iovis filius, & medicae artis excultor & patronus; & si contendant fic appellatum nar' ¿ξοχήν, ut ex folo nomine avag concipi debeat illius Numinis idea, magnopere eidem repugno; allata enim exempla, ut paullo iam ante observavimus, illud minime evincunt. Neque vero hoc suaderi nobis poterit ex illo Ho-MERI, ἄναξ Διὸς ὑιός. Quamvis enim antea non appareat in eo libro Apollinis nomen; attamen ex eo intelligitur, heic nuncupatum esse Apollinem, non quod dicatur arat, sed arat side vide rex

rex Iovis filius; omnibus enim perspicuum erat, eum esse praestantiorem Iovis silium. Miror autem, quod illius opinionis defensores in medium non attulerint auctoritatem antiqui poetae, sub nomine Orphei (77), qui postquam maiora Apollinis cecinit encomia, inquit:

"Ενθεν επωνυμίας σε βροτοὶ κλήθυσιν "Ανακτα

Unde cognomento te homines vocant "Avauta.

Miror inquam, quod locum hunc ne indicaverint quidem.; primo enim adspectu illud, quod ipsi vellent, evidentius essicere videtur, quam cetera ab iisdem producta veterum testimonia. At re penitus perpensa, neque ex hac antiqui vatis sententia. certo deduci potest, Apollinem antonomastice appellatum suisse "Avauta. De quocumque enim Numine aequa ratione dici illud poterat; nam quodlibet Numen avat vocabatur. Atque haec quidem magis elucescent ex iis, quae de Iove ipso dicemus, postquam quaedam alia de Apolline dixerimus, quae heic opportune observanda a nobis sunt.

S. xVI.

Emendandus nimirum est Spanhemius, illustrandus vero Martorellius, ac demum Homerus defendendus. Spanhemius (78) enim affirmat à àva non de Apolline, sed de Baccho dictum a. Chirone apud Pindarum (79), ut nempe demonstret vocem illam àva comnibus Diis communem. Hoc quidem & nos initio iam fassi sumus. Sed reor Spanhemium hoc in loco allucinatum. esse, dum facit Pindarum de Baccho, non autem de Apolline loquentem. Nam vates ille paullo ante (80) locum a Spanhemio indicatum ita cecinit:

κρυσταὶ Κλάϊδες ἐντὶ σοφὰς Πυθες ἱερὰν Φιλοτάτων Φοϊβε

occultae
Claves funt fapientis
Suadelae facrorum amorum
o Phoebe.

Post pauca (81) deinde ita prosequitur:

Digitized by Google

Kt-

x&-

ρας δ' όπόθεν γενεάν έξερωτας ω άνα; κύριον δς πάντων τέλ (Ο). δισθα καν πάσας κελέυθες δσσα τε χθών πρινά φύλλ' ἀναπέμωι χ' ώπόσαι έν θαλάσσα, κας ποταμείς δάμμαθοι κύμασι, ριπαίς τ' ανέμων κλονέονται. χ' ὧ τι μέλλει χ' ὧ, τι πόθεν ἔσσεται, εὖ καθορᾶς ει δε γε χρη και παρ σοφον άντιφερίζαι. Puellae vero genus Siscitaris, unde sit, o rex? Qui rerum omnium exitum Nosti, & omnes vias; Et quot tellus folia vernarum mittat, & quot in aequore Et fluviis arenae fluctibus, Impetuque ventorum volvantur. Et quid eventurum sit; & quid unde Futurum, probe perspicis. Sed si licet etiam cum sapiente me aequari;

nempe in arte divinandi. Centaurus enim qui ita Phoebum alloquutus est, statim suum profert vaticinium de suturo Phoebi coniugio cum puella Cyrene. Itaque non de Baccho, cuius numquam in hac ode meminit PINDARUS, sed de Apolline dictum est ab eodem: & ara. Etenim (82)

ἐκάεργ Θ. ᾿Απόλλων

ἸΑυτίκα δ΄ ἐκ μεγάρων

Χείρωνα προσήνεπε Φωνᾶ.

Longe iaculans Apollo

Statim autem ex aedibus

Chironem alloquutus eft voce,

pluraque ipsum, affatus est, inter quae etiam de puella Cyrene Z eum

eum interrogavit (83), quinam essent eius parentes; atque hinc est, quod Chiro responderit, ut supra attigimus:

xť-

eas δ' ὁπόθεν γενεὰν
'Εξερωτᾶς ὧ ἄνα.
Puellae vero yenus
Siscitaris unde sit, o rex?

Interrogationes ergo ac responsiones clare evincunt, sermonem de Apolline heic sieri. Sed multo magis id confirmat Centauri Chironis allata responsio, qua Deum, quem alloquitur, laudans describit. Illae enim laudes, quas recenset, praesertim vero illa divinationis, non in Bacchum, sed in Apollinem reserri debent. Verum aliquis sorte sibi suaserit, totum hoc ratiocinium facile everti posse ex iis, quae sequuntur in Chironis ratiocinio. Postquam enim ille divinando dixit, Cyrenem parituram ese silium (84), quem Mercurius afferet ad Horas & Telluren, statim addit, quod illae labris eiusdem nectar instillabunt,

θήσονταί

τέ μιν ἀθάνατον
Ζῆνα, κεὶ ἀγνὸν ᾿Απόλλω
ν᾽ ἀδράσι χάςμα φίλοις.

efficientque
Illum immortalem
Ut Iovem, & fanctum Apollinem viris quudium amicis.

At quis non videat, praedici hoc potuisse de filio illo, suturum sicut eius patrem Apollinem? Necesse autem non erat, ut Apollinem heic nominans Chiron, eum eiusdem filii patrem appellaret. PINDARUS ergo eo in loco dixit à dra non de Baccho, sed de Apolline.

S. xvil.

MARTORELLIUM nunc audiamus. Hic (85) allatis ex Homero pluribus exemplis, in quibus Apollo exhibetur tamquam malorum auctor, inquit: neque alias (voces) in Homero reperire est, nisi quae etiam vim huius armati Numinis (Apollinis) furoremque indicant; quare, ait, Apollo in ran-

to vate non est Deus averuncus & adolfinance, sed potius inter nanomous; malesicos accensendus; conqueritur etiam more suo de poetis Homers, ut ipse inquit, nepotibus, qui bonis imbérous Apollinem honestarunt. Afferre etiam Martorellius poterat Homerastrum (86) qui sic Apollinem exorans:

Καὶ σὺ μὲν ἔτω χαῖρι ἀναξ Ίλαμαι δὲ σ' ἀοιδῆ

Et tu quidem sic salve rex, placo autem te cantu, eumdem supponit iratum; adeoque & hic antiquus vates Homent veste indutus, ab eo minime dissentit. Augeri adhuc potest allata a Martorellio difficultas ex ipso Homeno, qui licet supponere videatur Apollinem medicinae inventorem, vel eumdem certe faciat vulnera sanantem; attamen eum inducit aliquibus medentem, ut aliis mala inferat. Ita Glaucus accepto gravi vulnere, quod & dolorem ei excitabat, & vires estregerat, Apollinem invocavit, ut vulnus sanaret, viresque restitueret (87):

'Ως έφατ' ἐυχόμεν @ τε δ' ἔκλυε Φοϊβ @ 'Απόλλων
'Αυτίπα ταῦσ' ὀδύνας, ἀπὸ δ' ἔλκε @ ἀργαλέοιο
Αἷμα μέλαν τέρσινε, μέν @ δ'ὲ οἱ ἔμβαλε θυμῷ.
Sic dixit precatus: hunc autem audivit Phoebus Apollo.
Statim sedavit dolores: a vulnere autem molesto

Sanguinem atrum abstersit: vires autem ei iniecit animo. Sic autem Glaucus suerat Apollinem precatus (88): κλῦθι ἀναξ audi rex:

"Εγχο δ' ε δύναμαι σχῶν ἐμπεδον, εδὲ μάχεσθαι

Haftam autem non possum tenere firmiter, neque pugnare.

& post pauca:

'Αλλὰ σὺ πέρ μοι ἄναζ τόδε καρτερὸν έλκο, ἄκεσσαι
Κοίμισον δ' ὀδύνας δὸς δὲ κράτο, ὄφρ ἐτάροισι
Κεκλόμενο, Λυκίοισιν ἐποτρύνω πολεμίζεις.
Sed tu mihi, o rex, hoc violentum vulnus cura:
Mitiga autem dolores, & da mihi robur, ut socios.
Hortando Lycios concitem ad puqnandum.

Itaque quum huiusce curationis praecipuus sinis sit aliorum excidium; compertum hinc est Apollinem in ipsa etiam medicinae arte esse Deum romonoir. Illud denique maximum addit disticul-

ficultati pondus, quod Homerus (39) ipse ubi iratum singit Apollinem, ibi pariter eum aranta appellat; ut ubi Calchas Thestorides sic alloquitur Achillem:

"Ω 'Αχιλεύ, κέλεαί με Δί φίλε μυσήσασθαι
Μηνίν 'Απόλλων Φ έκατηβελέτα ανακτ Φ;
Ο Achilles, iubes me ne Iovi, dilecte, loqui
Iram Apollinis longe iaculantis regis?

Ex his ergo exploratum videtur, & Apollinem esse Numen malesicum, & nomen Žvaž ipsi ab Homero tributum, non signisicare servatorem.

S. XVIII.

Fateor equidem ex Martorellianis, nostrisque observationibus, non leve esse difficultatis pondus; sed eam solvi etiam. ita posse video, ut nullum restet in Homero contradictionis vestigium. Itaque adeo perspicuum ex eo vate est, vocem avag fynonymam esse voci σωτής, ut nulla hac de re suboriri possit dubitatio. Vide superius allata §. 111. ex eo exempla τε 'Αςυάναжт , quam vocem ait aequipollentibus verbis significare той σωτης α της ας ε urbis servatorem. Atque hanc esse einsdem vocis apud Homerum significationem testantur veteres scriptores, nimirum Euripidis Scholiastes & Eustathius: quibus adde etiam METHODIUM, aliosque vetustiores, quos supra attulimus loquentes de Dioscuris; eos enim avanas sive avantas appellatos docent, quod effent σωτήρες servatores. Quinimmo huc revocandus est etiam Aristophanis Scholiastes, qui Apollinem affirmat Vocatum ανακτα, ut αλιζικακον depulsorem malorum · Iamvero ex adducto superius Glauci exemplo, velint nolint, agnoscant oportet Homerum in ea sententia suisse, ut Apollinem arbitratus fit medicinae inventorem, vel faltem ut medicum vulnera sanantem; ergo & Deum antificanor; huius enim artis praecipuus finis est falutem afferre. Illud deinde observandum magnopere est, Deos, ut arbitror, dici avantas primario, ut intelligantur appellati reges, secundario autem σωτήρες. Quare saepissime apud eumdem Homerum reperies nomen avaz vel Diis, vel imperantibus tributum, quum nil plane de iifdem narratur, quod ad σωτήρο notionem pertineat. Itaque ex ipso Homero nomen. illud illud primario Deum aut regem signisticat; ac propterea eadem voce uti potuit vates etiam, quum iratum Apollinem sibi essinxit. Sed adhibere eo in loco potuit vocem illam, etiamsi primariam ipsius signisticationem agnoverit esse τω σωτήρω. Nam sicuti ille, qui amicus alicui est, potest aliquando eidem irasci; ac recte quidem dicitur amicus alteri iratus; ita & qui σωτήρα appellatur, potest ita nuncupari etiam, quum reipsa vel munus τῶ σωτήρω minime impleat, vel quum aliquando ea peragat, quae huic nomini sunt opposita. Quae quum ita sint, licet Apollo saepe apud Homerum appareat Numen iratum, atque τω κακοποιον, attamen aliqua sunt apud eumdem vatem ipsius Numinis ἀλεξικάκε vestigia; nulla vero prorsus in laudato poeta est quoad signisicationem vocis ἄναξ vel minima contradictionis umbra.

# S. XVIIII.

Ab Apolline ad Iovem ipsius parentem transeat oratio. Si quis enim inter Deos est, cui cognomen avaz maxime conveniat, certe est ille, quem hominum Deorumque ipsorum, patrem & regem Iovem ethnici praedicabant. Quoniam vero ceteris quoque Numinibus communis erat huiusmodi denominatio; idcirco illa Iovi ita a veteribus tributa est, ut ab aliis hac etiam in re ille Deorum parens & dominus iure distinguatur. Quamobrem Callimachus (90) ipsum appellat, and priyar, aliv avaxta semper magnum, semper regem; quod ita, etiam interpretari licet, semper magnum regem. Hinc, ut observat Spanhemius (91) de aeterno Iovis imperio Sophocles (92) cecinit:

Zεῦ πάντ' ἀνάσσων, μή λάθη
Σὲ τάν τε σὰν ἀθάνατον ἀιὰν ἀςχάν.

Iuppiter omnia regens, ne haec lateant
Te, tuumque immortale semper imperium.

Omitto heic autem alias huius generis veterum scriptorum, praesertim vero Graecorum uberes sententias, quae in primam ex Latinis impração, adnotabimus. Illud vero praeterire non possumus, quod habet Aeschylus (93), a quo suppiter laudatur:

"Ayağ

"Αναξ ἀνάκτων, μακάρων
Μακάςτατε, κα τελέων
Τελειότατον κράτω, ὅλβιε Ζεῦ.
Rex regum, beatorum
Beatissime, & perfectorum
Perfectissimum robur, felix Iuppiter.

Quare audiendi non sunt, qui ut monet Gerardus (94) putant, Iovem potius βασιλέα, ceteros vero Deos ἄναμτας dici debere. Nemo enim, ut censeo, subspicabitur, mox laudatos vates sola carminis necessitate adactos, ea voce ἄναξ usos suisse. Ergo rectissime Iovem ἄναμτα nuncuparunt, qui optime noverant, quo potius cognomine appellandus esset. Deinde, ut observat Iosua Barnes (95) maiorum gentium Dii dicebantur βασιλείς, ἄναμτες, & δεσπόται, maioresque Deae βασιλείαι, ἄνασσαι, & δεσποιναι: ergo tribueretur Iovi cognomen aliis Numinibus commune, si βασιλεύς dicendus esset. Adde hic etiam vetustissimam vocum ἄναξ & ζεύς significationem, de qua superius dictum est s. 11. & vl.; ut inde inferas, merito hanc potius, quam alteram vocem supremo illi Numini congruentem.

§. XX.

Sed quemadmodum superius de Apolline, ita nunc quoad Iovem ipsum nodus extricandus est. Etenim Homerus (96) somum ita commendat:

\*Υπνε, ἄναζ πάντων τε Θεών πάντων τ' ἀνθρώπων.

Somne, rex omnium, Deorumque, hominumque.

Vetus autem poeta, qui Orphei (97) nomen gerit, iisdem fere verbis somnum ita invocat:

"Υπνε αναξ μακάρων πάντων θνήτων τ' ανθρώπων.

Haec autem, ut perspicuum est, eam continent summam laudem, quam Aeschyli verba, paullo ante recitata, supremo Iovi tribuunt, tamquam ipsi soli propriam, nempe: ana ante recitata, fupremo Iovi tribuunt, tamquam ipsi soli propriam, nempe: ana ante recitata summan, rex regum. Ergo laus haec solemnibus illis vocibus concepta Iovem a ceteris Diis minime distinguit. Quod quidem fateri oportet, si omnia scriptorum testimonia per se ipsa consideranda essent, non autem cum ceteris eorumdem. Somnum.

ergo

ergo Pseudorpheus beatorum, mortaliumque omnium regemappellat, quod ille sit

Σώματα δεσμέυων εν άχαλκευτοισι πεδήσι.

Corpora vincens in aere carentibus vinculis,

quodque Iovem ipsum somno indigere existimarent veteres; ut tradit poeta Nonnus Panopolyta (98) qui somnum ita alloquitur:

Μίμνα Ζεύς ατίνακτ 🕒 δσον χρόνον ύπνε κελέυας.

Manet Iuppiter immotus, quantum tempus somne iubes. At idem Pseudorpheus ita Iovem extollit, ut neminem alium. Namque in priori hymno (99) ad Museum primo illum monet, ut discat facrificiorum ritus, tum vero Deos omnes invocat, quorum principem nominat Iovem, inquiens: Zeo βασιλεο Iuppiter rex. Hymno autem primo in hunc Deum (100) sic ipsunulaudat:

Παντογένεθλ', άρχη πάντων, πάντων τε τελευτή.

Omnium generator, principium omnium, omniumque finis. Inter carmina vero L. Apuleil hoc habetur ex Orpheo latine redditum, quod inter Graeca eiusdem non legimus:

Primus cunctorum est, & Iuppiter ultimus idem

. . . . . . . . funt ex Iove cuncta.

Cunstorum rex est, princepsque & originis auctor. Itaque vates ille de Iove aliquid cecinit, quod de aliis Numinibus non item; eumque praeterea omnium principem facit, quum primum omnium in eo voto ad Museum invocat. Somnum vero ita apud Homerum laudat Iuno, ut ab eo obtineat quod maxime optabat; quare Deae parcendum, si somno eam impertita est laudem, quam soli supremo Numini, eius coniugi debebatur. Ceterum somnus ipse ibidem (121) Iunoni ita respondet, ut commonstret se agnoscere Iovis in Deos omnes imperium; pollicetur enim se, in quemcumque Deorum immissurum esse somnum; at non in Iovem, nisi ipse iubeat:

Ζηνὸς δ' ἐκ ἄν ἔγωγε κρονίου Φ. ἄσσων ἰκόιμην
'Ουδ'ε κατευνήσαιμ', ὅτε μη ἀυτός γε κελεύοι.

Iovem autem non ego Saturnium prope adivero,

Neque soporavero, quando non ipse quidem iusserit.

Itaque

Itaque Iuppiter ita a veteribus dictus est ἄναξ ἀνάκτων, ut cumaliis inferioris subselii Numinibus confundi non possit.

# §. xxI.

Ne vero Deas omnino praetereamus, has quoque generatim appellatas fuisse avacras testatur Eustathius apud Iosuam Bar-NESIUM (102) qui ait: "Avaž emribera zúpieis ovopaoi Θεών, καὶ ανασσα της θηλείας εν τοις Θεοις. Nomen avag rex imponitur nominibus Deorum propriis & avacca regina Diis feminis. At verosimile est, Iunonem, ut summi Iovis uxorem peculiari ratione dictam fuisse a Graecis araovar, sicuti saepissime a Latinis reginam, tam in veteribus monumentis, quam apud antiquos scriptores. Quod autem. ait Iosua Barnes (103) Dianam quoque nuncupatam fuisse aracσαν , κατ' εξοχην , ficuti avaκτα Apollinem , eadem ratione admitto, qua de Apolline superius §. xIII. & XIIII. diximus. Sed veteres etiam Latini has Deas ut servatrices venerati sunt; sunt enim monumenta apud Gruterum (104) dicata Ivnoni conser-VATRICI, & CONSERVATRICI LIBERORVM DOMVS AVG., & apud MURATORIUM (105) IVNONI REGINAE PROPITIAE vel SOSPITAE; apud hunc (106) etiam DIANAE CONSERVATRICI: & apud eosdem similia huiusmodi nomina adscripta leguntur, Iovi, Apollini, & Diofcuris, aliifque Numinibus.

# S. xxII.

Nunc brevi oratione dicendum de eadem voce avaz, quae aliis adscripta est ob aliquam vel arctam vel latiorem cum Diis similitudinem. Ac primo quidem, ut in sacris adhuc persistamus, animadvertendum cum Spanhemio (107) est, sacerdotem Apollinis Tiresiam vocatum ab Homero (108), & Sophocle (109) avanta. Quidam apud Homerum alloquens Tiresiam, ait: inte avaz dic rex; & paullo post apud eumdem mentio est etiam Tageríao avanto. Tiresiae regis. Apud Sophoclem vero chorus de Apolline & Tiresia cecinit:

"Ανακτ' ἄνακτι τᾶυθ' ὁ ξῶντ' ἐωίς αμαι

Μάλις α Φοίβω Ταρεσίαν.

Scio regem Tirefiam eamdem habere vim divinandi

Quae regi Phoebo est;

ubi SCHOLIASTES inquit : ἄνακτα λέγα τον ᾿Απόλλονα, καὶ τον Ταρεσίαν; υος ατ

vocat poeta avanta regem Apollinem, atque Tiresiam. Ita apud eumdem Sophoclem (110) Oedypus tyrannus sic Tiresiam alloquitur:

Σωτήρα τ' αναξ μένον έξευρίσκομεν.

Te servatorem o rex solum speramus; quibus quidem verbis videtur indicare notionem vocis ξιαξ, superius a nobis traditam, ut nimirum sit σωτή.

## S. xxIII.

Reges vero, quoniam funt terrarum orbis Numina, facile hoc nomen avaz consequuti sunt, qui & generatim Dii, & ex iisdem aliqui Ioves etiam appellati fuere; qua de re alibi (111) disseruimus. Hesychius (112) voci avaž synonymas facit has alias : βασιλεύς , ἄρχων , δεσταότης . Eustathius (113) autem., quem saepe superius laudavimus, iam adnotavit, divinam esse vocem avaž. Διὸ καὶ, inquit, ἐπὶ ὑπεροχῆς κείται · οἷον ἐπὶ βασιλέων, καὶ έπὶ δικοθεσπότων, ως και τέτο οι λέγμσιν, ideoque ad excellentiae notam usurpatur, ut de regibus & patribus familias, ut id quoque veteres testantur. Et ibidem scribit: σημάωσαι δε δτι ανακτάς εκάλεν τες βασιλείς οί παλαιοί, διά τὸ ἀνακώς, Ϋγεν ἐπιμελώς, ἔχην τών ὑποτεταγμένων, & observa, reges a veteribus vocatos esse avantas, propterea quod avaxως, videlicet έπιμελως folerti cura subditis prospiciant. Huc autem pariter revocanda funt plura, quae in hanc eamdem huius vocis araz fignificationem fupra §. III., & IIII. attulimus ex Ho-MERO, aliisque antiquis scriptoribus, qui affirmant, vocemhanc esse etiam regum propriam, quod ipsi constituantur veluti populorum, quibus imperant, ournes, servatores. Clarius hinc intelligimus, cur aliqui reges & imperatores vel ab aliis vocati sint σωτήρες, & iveryitat, vel etiam θεοί σωτήρες, nempe servatores, benefici, & Diis servatores, aut seipsos generosis hisce nominibus appellaverint; de quibus consulendus Bourdelotius (114), prae ceteris vero eruditissimus Spanhemius (115). Atque ut alia de hoc genere omittam, observare licet apud Homerum (116) coniungi simul has voces avaz & βασιλεύς, ut in his: hirs toma d'éμας βασιληι ανακτι, corpore similis es regi imperanti; quod quidem... ex orationis contextu quamdam regiam maiestatem indicat; perinde ac si dixerit: corpore similis es regi, dum actu aliquid imperat faciendum. Ex quo illud fequitur, quod alibi fuperius S. xvII. animadvertimus, vocem ipfam ἀνὰξ ufurpari vel primario, vel aliquando tantum ad imperatorem fignificandum, nulla habita ratione alterius fignificationis τε σωτίρω.

S. xxIIII.

Sed illud observatione dignum est, quod quamvis tam. praeclara sit vocis avaz origo, ac propterea per se aptissima ad conciliandam fubditorum erga reges, & quoscumque imperantes benevolentiam, quo nil desiderabilius; attamen numquam ipsi imperantes, quod ego sciam, eadem voce usi sunt, ad fuam dignitatem, tamquam confueto titulo connotandam. Sexies tantummodo eam vocem avaž vidi in veteribus in vet nempe in monumento illustri ipsius Musei NaniI, quod longiori commentario ornatum edidit cl. P. Paciaudius (117) & in hoc, de quo nos disserimus; atque in quatuor aliis sequioris aevi, quorum unum habet Gruterus (118); alterum Sponius (119), alterum Muratorius (120), aliud vero Anonymus scriptor (121) Antiquitatum Constantinopolitanarum. Sed omnia haec monumenta, si illud excipias, quod habet MURATORIUS, carminibus funt exarata. Quare metri gratia, ut etiam adnotavit PACIAU-DIUS (122) adhibita est vox ANAKTΩN in ἐπιγραφη, quae ad Romanos pertinet imperatores; quos quidem a Graecis foluta. oratione appellatos Barileis generatim probant Spanhemius (123), & Albertus Mazzolenus (124); nos vero peculiariter id ostendimus (125) de Traiano Hadriano. Metri gratia pariter usurpata dici debet eadem vox araz in aliis, quae indicavimus monumenta, quae ad sequiorem aetatem spectant; quum in aliis huius aetatis monumentis foluta oratione conscriptis, Muratoriano excepto, habeantur voces βασιλεύς, vel ἀυτοκράτως, numquam vero vox anag. Ex regibus autem, de quibus mentio est in veteribus ac vetustissimis monumentis sive numismatibus , sive marmoribus, neminem reperi ea voce infignitum; fed ii plerumque βασιλάς appellantur, Ερχοντες, πρυτάνεις &c.

S. XXV.

Huiusce rei quaenam adsignanda sit caussa, prorsus ignorare me fateor. Quod enim ea vox, spectata eius prima origine,

gine, dici debeat divina, ut superius probatum a nobis est. hoc quidem prohibere non potuit, quin reges, seu quilibet imperantes eamdem sibi ut propriam usurparent ad summam dignitatem commonstrandam. Atque hoc quidem pluribus de caussis. Namque in primis Homerus ipse, quem ut principem. theologum venerabantur, de Diis quidem loquutus eam saepisfime adhibuit, immo eos numquam βασιλάς nuncupavit, ut a. MARTORELLIO (125) quem in Homericis nullus deterruit labor, observatum est; quem etiam maxime dolet, Hesiodum a divino vate, cum quo eum συμφωνότατον expertus fuerat, in hoc uno descivisse, quod vocem βασιλεύς bis in Theogonia Diis apposuerit. At idem Homerus eadem voce araz usus est ad reges compellandos, quos quidem saepe appellat ardem drantas, sed faepe etiam, ut animadverti, tantum ανακτας vocat. Deinde, ut paullo ante diximus, veriti non funt plures imperantes vocare se ipsos σωτήρας, immo & θεώς σωτήρας, quinimmo & loves, vel alio Deorum nomine semetipsos insignire. Demum de quibuscumque dominis & heris usurpatum est quoque idem vocabulum draz, ut superius \$. 111. pariter dictum est, atque ut ex lexicographis potest intelligi. Ergo hinc nulla sese offert ratio, ob quam imperantes ab eo vocabulo abstinere debuerint. Quare, si coniecturis locus est, videtur affirmandum, illos paullatim ab ea voce sibi vindicanda abstinuisse ( si tamen aliquando initio eam sibi usurpaverint) quod paullatim eiusdem... fignificatio apud ipsos veluti interierit. Namque, ut cecinit HORATIUS (127),

Ut silvae foliis pronos mutantur in annos, Prima cadunt; ita verborum vetus interit aetas.

## §. xxvl.

Hinc apud aliquos eadem vox in honore quidem fuit; fed ad inferiora subsellia translata est. Novimus enim apud Cyprios eo nomine decoratos suisse, qui ad regalem familiam propius pertinebant, regis nempe silios ac fratres, uxores, sororesque. De Cyprio rege haec habet Aristoteles apud Suidam (128): Καλέντε δε οἱ μεν ὑιοὶ, καὶ ἀδελφοὶ τε βασιλέως, ἄνακτες αἰ δε ἀδελφαὶ καὶ γυναῖκες, ἄνασσαι. Vocantur autem filii quidem & fratres regis, ἄνακτες; sorores vero & uxores ἄνασσαι. Isocrates (129)

A a 2 autem

autem de Evagora rege Cyprio scribit : κα) τὸ μέγισον, ὅτι τῶν ἐξ αυτε γενομένων έδενα κατέλιπεν ίδιωτικοίς ονόμασι προσαγορευόμενον, αλλά τὸ μέν, βασιλέα καλέμενον, τες δε ανακτας, τας δε ανασσας, atque hoc maximum, quod eos qui ex ipso nati sunt, neminem reliquit vulgaribus nominibus appellatum; sed unum quidem (forte primogenitum) βασιλία vocatum, alios autem avantas, filias vero avaσσας. Quinimmo apud eosdem Cyprios, alia forsan aetate, viri qui magistratum quemdam constituebant, eodem nomine insigniti fuere. Qua de re Athenaeus (130) de Cypriis quibusdam Gerginis, five exploratoribus inquit: ότι δ' ἀκέσωσιν, ἀναφέρεσιν έκάς ης ήμέρας πρός τες καλεμένες ανακτας, quidquid vero audierint, quotidie deferunt ad avauras vocatos. Quod etiam confirmat, magisque. declarat Eustathius (131) inquiens: καὶ τι δε φασὶ τάγμα ἔνδοξον ἐν κύπρω, ανακτες έκαλεντο, ωρος ες ανεφέρετο έκας ης ήμερας ωρος των ωτακες έντων δ τι αν ἀκέσωσιν. Aiunt vero etiam, in Cypro ordinem fuisse honoratum eorum, qui avantes vocabantur, ad quos auscultatores quotidie referebant, quidquid audiissent. Atque haec quidem habui, quae de voce avag dissererem.

(1) CICERO. De Oratore. lib. I.

(2) ATHENAEUS. Despnosophist. lib.v. in-

(3) CICERO . 1. l. num.vI.

(4) MAZOCHIUS. Spicileg. Biblic. tom. II.

(5) KUNIUS . Adnotat. ad Paufan. cap. xxxvIII. lib.x. Phocic.

(6) SCHOLIASTES EURIPID. ad Hippolyt. v.87.

(7) CHRISTIANUS TOBIAS DAMM . Novum Lexicon. Grace. v. "Avag.

(8) HENRIC. STEPHANUS. Tb. L. Gr. v. Avag.

(9) MAZOCHIUS . l. l.

(10) POTTERUS. Archaeolog. Graec. lib.

(11) HOMERUS. Iliad.I. v.402.

(12) IDEM . ibid. x. v. 406.

(13) PLATO in Cratylo.

(14) Eustathius. in lib. A. Iliad. n.xvil.

(15) IDEM . ibid.

(16) HERODOTUS . lib.I. num.24.

(17) IDEM . lib.VIII. num. 109.

(18) THUCYDIDES. lib.viiI. num. 102.

(19) PLUTARCHUS. in Thefeo.

(20) ETYMOLOGUS. V. AVZROS.

(21) POLITUS. in Euflath. lib. A. Iliad. num.xvII.

(22) Eustathius . in eumdem locum .

(23) IDEM . in lib. B. Iliad. num LI.

(24) SCHOLIASTES ARISTOPHAN. in v. 28. de Pace.

(25) MAZOCHIUS. Spicileg. Biblic. tom.II. pag. 127.

(26) GENESIS XXVIII.22. & feq.

(27) HIEREMIAS xI. 4.

(28) DIOGENES LAERTIUS. lib. v. fegm. 127.

(29) PHURNUTUS . De nat. Deor. cap. II.

(30) DIDYMUS . apud Eusebium P. E. lib.xv. cap.xv.

(31) CICERO. De nat. Beor. lib. II. cap. LXIIII.

(32) IDEM . ibid.

(33) STOBAEUS. Florileg. tit.LvI.

(34) VIRGILIUS. Eclog. I. v.6.

(35) CALLIMACHUS . Hymn. in Iovem.

(36) IOSUA BARNES . ad Euripidis Iphigeniam in Aulide v. 1483. (37) PINDARUS . Olympiad. od.x.

(38) MARTIANUS CAPELLA. de nuptiis philolog. & Mercur. I. 15.

(39) Adnot. IIII. in hoc monumentum.

(40) GRUTERUS XVIIII.2.4. LXVII.9.

(41) MURATORIUS . N.Tb.Cxxv.6.

(42) Eustathius . in lib. A. Iliad. num.

(43) PAUSANIAS . lib. viiI. in Attic. cap. iI.

(44) STEPHANUS Bozantin. V. Mintes.

(45) Vossius. De origine & progressu idololatriae cap.xiil.

(46) GROTIUS. in Deuteronomium cap.il.

(47) METHODIUS. in Etymologico magno. V. 'Avaxoi'.

(48) ACTA APOSTOLIC. XXVIII. 11.

(49) MURATORIUS. N.Th. DCCCVIIII. 4.

(50) Eustathius. in lib. A. Iliad. n.xvil.

(51) POLITUS . in bunc Eustathii locum .

(52) PLUTARCHUS. in Theseo.

(53) AELIANUS. Var. biftor. lib.1111.cap.v.

(54) IDEM . ibid. lib.I. cap.xvx.

(55) MURATOR. N.Tb. LXVI.6.LXXXVII.7.

(56) Cicero. de nat. Deor. lib. 111.n.xxI.

(57) PAUSANIAS . lib. x. in Phocic. cap.

(58) STRABO Geograph. lib.x.

(59) NATALIS COMES . Mytholog. lib.viiI.
cap.viiiI.

(60) THEOCRITUS. in Dioscur. Idyll.xxII.

(61) THUCYDIDES. lib.viil. cap.xCviil.

(62) VIRGILIUS. Aeneid. lib. IIII.

(63) HERACLITUS. de incredibil.cap.xxvI.

(64) HOMERUS . bymn. in Aesculapium .

(65) ORPHEUS. Hymno inscripto: Aescussilapii suffimentum.

(66) GRUTERUS . MLXXIII. 4.

(67) MURATORIUS . N.Th. CMLXVI. 7.

(68) SCHOLIASTES ARISTOPHAN. in Plut. Act. 11. scen. 1111. v. 13.

(69) SPANHEM.in notis ad Caesares Iuliani.

(70) Homerus . Iliad. A. V.444.

(71) SOPHOCLES. in Electra v.646.

(72) CALLIMACHUS. Hymn. in Apollin.

(73) CHRISTIAN. TOBIAS DAMM. Nov. Lexicon Grace. v. "Avaž.

(74) HOMENUS. Iliad. A. v.36.75.399.

(75) IDEM . ibid. E. v. 105.

(76) IDEM.

(76) IDEM. ibid. H. V.23. 37.

(77) ORPHEUS. Hymn. in Apollin. v. 24.

- (78) SPANHEMIUS . in Callimachi bymn.in Apollin. v.79.
- (79) PINDARUS . Pyth. od. vIIII- v.79.
- (80) IDEM . ibid. 69. & seqq.
- (81) IDEM . ibid. v.77. & seqq.
- (82) IDEM . ibid. v.48.
- (83) IDEM . ibid. v.58.
- (84) IDEM . ibid. v. 110.
- (85) MARTORELLIUS. Theca calamar. lib. II. par.III. num.vl. pag.685. tom.II.
- (86) Homeraster. Hymn.in Apollin.v.ult.
- (87) Homerus. Iliad. П. v.526. & seqq.
- (88) IDEM. ibid. v.522.
- (89) IDFM . ibid. A. v.74.
- (90) Callimachus. Hymn. in Iovem v.2.
- (91) SPANHEM. in hunc Callimachi locum.
- (92) SOPHOCLES. Oedsp. tyrann. v.924.
- (93) AESCHYLUS. Supplic. v.531.
- (94) GERARDUS. in notis ad Aristophan. Plut. Act. II. scen. IV. v. 13.
- (95) IOSUA BARNES. in notis ad Euripid. Ipbigeniam in Aulid. v. 1483.
- (96) HOMERUS . Iliad. E. v.233.
- (97) ORPHEUS . Hymn. fomni .
- (98) NONNUS . Dionysiacor. Aa. v. 183.
- (99) ORPHEUS . Hymno inscripto : 'Ευχή
- (100) IDEM . Hymn inscripto: Διός θυμλαμα Iovis suffimentum .
- (101) HOMERUS . Iliad. E. v.247.
- (102) IOSUA BARNES . Ad Euripid. Iphigeniam in Aulide v. 1483.
- (103) IDEM . l. l.
- (104) GRUTERUS . XXV. 2.4.
- (105) MURATORIUS. N.Tb. xvI.5.CXLVII. 5. MLII.6.

- (106) IDEM. ibid. MMXXXI.I.
- (107) SPANHEMIUS. Preuves des remarques ad les Cefar de l'Empereur Iulien.
- (108) HOMERUS. Odyff. A. v. 143.150. (109) SOPHOCIES. Oedyp. tyran. v. 293.
- (110) IDEM . ibid. v.312.
- (111) MONUMENTUM II. Commentario illuftrat. S. VIII.
- (112) HESYCHIUS. V. Avaf.
- (113) Eustathius. in lib. A. Iliad.n.xviI.
- (114) BOURDELOTIUS, ad Heliodor.lib.II.
- (115) SPANHEMIUS. de praestant. & usu numismat. dissert. vil. num.2.7.
- (116) HOMERUS . Odyff. Y. v. 194.
- (117) PACIAUDIUS. Monumenta Peloponn. tom.11. pag.6.
- (118) GRUTERUS. MCLxI.3.
- (119) SPONIUS . Miscell.erudit.antiquitat. fec.x. num.xxxII.
- (120) Muratorius . N. Tb. cclxviil.2.
- (121) ANONYM. SCRIPTOR. Antiquit. Conflantinopolitan. lib. vII. num. 527. biftor. Byzant. tom.xxII. par.I.
- (122) PACIAUDIUS. l. l.
- (123) SPANHEMIUS. De praestant. & usu numism. dissert. vil. num.9.
- (124) Albert. Mazzolenus. in numism. Musei Pisani animadversione I. n. viiiI.
- (195) MONUMENT.II. Commentar.illustrat. 6. vil.
- (126) MARTORELLIUS. Theca calamar. lib. 11. cap.111. num.x111. pag.371. tom.11.
- (127) HORATIUS. Art. poet. v.60.
- (128) SUIDAS . V. "AVARTES .
- (129) ISOCRATES. Evagorae encomiums.
- (130) ATHENAEUS . Despnosophist. lib. xI.
- (131) EUSTATHIUS. ad Iliad. vI.

# MONUMENTUM V

C O M M E N T A R I O
ILLUSTRATUM

# ΣΥΝΟΨΙΣ

#### COMMENTARII

## IN MONUMENTUM V

- S.I. I Nuitur huius monumenti praestantia; eius lectio propositis emendationibus statuitur; atque Latina eiusdem affertur interpretatio.
- S. II. Disseritur de urbe, quae in eo monumento commemoratur, quae fortasse est Upisina; atque pauca dicuntur de titulo ispà pluribus urbibus adscripto. SPANHEMII autem de urbe.

  Dotio sententia refellitur.
- §. 11I. Pauca quaedam indicantur de nominibus C. Iulii Epaphroditi, in cuius bonorem erectum est monumentum.
- S. 111I. Generatim statuitur, vocem AΓΡΕΤΕΥΣΑΝΤΑ, quae in hac έπιγραφή occurrit Lexicographis omnino ignota, magistratumdenotare.
  - S. V. Graecae voces ex veterum grammaticorum auttoritate immutandae, seu corrigendae non sunt, licet asperae sint, omnemque non babeant cum Graecae linguae regulis analogiam... Nulla vero est certa ratio, ob quam emendanda sit vox APPETEYSANTA.
- §. vI. Huius verbi origo proponi tur ex voce ἀγξὸς, ex Graeca lingua, veteribus ἐπιγραφαῖς at que hoc ipfo monumento confirmata.
- S. viI. Alia proponitur eiusdem verbi origo ex vocibus dyestar & dyestes or, quae praeeminentiam atque potestatem significant.
- S. VIII. Ex veteri monumento alia exhibetur origo eiusdem vocis ex to ayopi, ut siat vox Arophtereanta, quae magistratum iudiciis praesectum significet.
- S. VIIII. Hie autem magistratus admodum verosimiliter fuit Upisinacurbis supremus.
  - S. x. Graeci generatim senes ad magistratus evebebant. PLUTARCHI de hac re oratio, & exempla. Bb S. xI.

§.xI. Quaedam de Graecorum denariis ad eruditionis oblectamentum dicuntur. Incertum enim est, cuius valoris st denariorum summa a C. Iulio Epaphrodito senatoribus distributa.

5. xII. Aliae proponuntur coniecturae de pecuniae summa in bac ἐπιγραφῆ

commemorata.

XIII. Aliqua dicuntur de epulo, quod senatoribus dedit C. Iulius Epaphroditus. Huius monumenti raritas attingitur; illudque coniicitur pertinere ad eam aetatem, qua urbs Upisina Romanis moribus utebatur.

\$. XIIII. Sequentia ψηφίσματ Ο verba KAI THN ΠΟΛΙΝ ΟΛΗΝ an ad praecedens ΔΕΙΠΝΙΣΑΝΤΑ pertineant, an sensum alium supponant, inquiritur; ac primo posterioris bypothesis afferuntur argumenta; an videlicet desit in ἐπιγραγῆ verbum quod significet liberare; ut sensus sit, C. Iulium Epaphroditum liberasse Upisinam a decima solvenda.

xv. Decimae porro aliae erant sacrae; aliae sacrae simul & civi-

les; aliae vero civiles tantum.

S. XVI. Altera affertur interpretatio verborum, de quibus S. XIIII. atque axamini subiiciuntur prioris interpretationis argumenta.

5. xvII. Aliud pariter argumentum pro eadem priori interpretation allatum expenditur; atque ut verosimilior confirmatur interpretatio posterior.

\$. xviiI. NICOLAI IGNARRAE sententia est, vocem ETIMHΣEN non se gnisscare per se ipsam in veteribus επιγραφαίς statuae ere-Etionem.

S. XVIIII. Neque vero idem per se ipsa significat vox ANEXTHIEN.

S. xx. Solvitur opposita contra banc sententiam difficultas.

S. xxI. Eadem sententia magis magisque declaratur.

S. XXII. Ostenditur vero, MURATORIUM sibi non constare in ea., quam refellimus, opinione.

S. XXIII. Formula bis expressa siglis V. r. redditur Inquoquati pensoiae, decreto senatus, ac de siglorum natura generatim aliquid attingitur.

# MONUMENTUM V



## COMMENTARIUS

**S.** I.

Raeclarum hoc ψήφισμα ex meridionali Peloponnesi latere in celeberrimum cl. Equitis Nani Museum felici auspicio translatum esse magnopere gratulor. Plura enim continet ad agnitionem animi pulcherrima; quaedam vero ἀξχαιολόγοις hucusque prossus ignota. Eius

primo lectionem statuamus. Mancam puto in prioris versus postrema voce litteram z, eamque perficiendam esse in litteram z. Quod si quis eam integram esse contendat, atque pro littera z esse accipiendam; parum ego vel nihil repugnabo.

B b 2 Alte-

Digitized by Google

Alterutram seligas, nil fere interest; figura enim & pronuntiatione funt admodum affines; adeoque una pro altera facile potuit a quadratario exsculpi; proindeque eumdem minimi erroris accusare nobis sine reprehensione licebit. Brevis autem\_, quae in eodem priori versu est lacuna, optime impletur, incoeptam litteram perficiendo in N, & adiiciendo aliam litteram A; tantumdem enim spatii est. Atque hinc nascetur vox OTHESI-NA, quam semper retinebimus, ut verosimiliorem; quamvis fateamur legi etiam forsan posse OTTHILA, vel aliud simile. In postrema vocula versus septimi redundare videtur littera z. Sed si quis eius litterae velit caussam defendere, eam ab exsilio haud aegre revocabo, tribuamque voci quam ea perficit, fuam opportuno loco fignificationem. In postrema etiam vocula versus octavi perspicuum est reponi debere litteram O, ut siat TON. In ultima similiter voce sequentis versus, ex relicto vestigio apparet legendum esse IIN; quae litterae ibi sunt simul colligata: atque supplendam esse aliam litteram I. Post versum octavum. Latinam dabimus, intacto Graeco textu, interpretationem. Cetera levioris momenti non est cur nos detineant. Itaque idem. monumentum minori charactere, atque cum Latina interpretatione sic proponimus:

Ή ἱερὰ Ὁυπήσινα
Γ. Ἱέλιον Ἐπαφροδεῖτον ἀγρετέυσαντα τὸ ΡΩ ἔτ Θ
κὰ δόντα ἐκάς φ
γέροντι νομῆς δηνάρια δέκα κὰ τὰ
ἐννέα ἐχὶ κατὰ τὸν
νόμον ἀλλὰ δαπήσαντα λαμπρῶς
κὰ τῆ δεκάτη τὴν
πόλιν ὅλην τὸν
ἐαυτῆς ἐυεργέτην ἀνές ησεν

Ιηφίσματι γερεσίας

Sacra Upisina
Caium. Iulium Epaphroditum, qui magistratu
functus est anno CLXXXIII.
& dedit unicuique
senatori iuxta morem denaria decem &
novem, non iuxta rigorem
legis, sed epulum dedit splendide
& decima
civitatem totam
suum benefactorem dedicavit, seu honoravit
decreto senatus.

§. 1I.

#### 6. II.

Principio autem de urbe loquamur, cuius nomen in hoc Aπφίσματι, ut diximus, perspicuum omnino non est. Displicet vehementer, quod ignoretur, utrum ad latera Peloponnesi repertum, sive effossum primo fuerit, an vero illuc aliunde adsportatum. Si namque certo constaret, illud ad ipsam Peloponnesum pertinere, iam ex eo innotesceret nunc primum Peloponnesi urbs Upisina, veteribus ac recentioribus geographis hucusque incomperta. At quoniam his praesertim temporibus folent antiqui lapides in Graecia, atque circumstantibus locis huc illuc commercii caussa transferri; hinc a veritate non abhorret, illud ψήφισμα in Thracia primo fuisse inventum. Est enim in ea regione civitas nomine Opisena ex antiquis soli Pto. LEMAEO cognita, quae Opesena appellatur a-NEGRIO (1), & Opisana a CELLARIO (2) sine ullo teste. Quidam geographi subspicantur, hanc eamdem esse ac Opizum, ut BAUDRANTIUS (3) & OR-TELIUS (4); alii certo id affirmant, inter quos MARTINIERIUS (5), ea potissimum ratione ductus, quod Antoninus (6) inter Thraciae urbes eam collocet. Fatendum tamen, evidens non esse, an urbs, de qua in hoc Ingloman, ad Thraciam pertineat, & an OTTHEINA, an vero OTTHEIA, vel aliud legendum sit, ut superius ingenue monuimus. Quum ergo compertum certissime non sit, cuinam provinciae adiudicanda sit haec urbs; nec definiri profecto poterit, cur eadem IEPA appelletur. Neque enim unam tantum ob caussam urbes illustrem hanc merebantur appellationem. Quandoquidem vel ob alicuius Numinis ortum, & commorationem, vel ob eiusdem oraculum, vel ob fanum celebritate & cultu insigne, aut ob ipsius urbis lustrationem solemni ritu peractam urbes iseai habitae funt; ut prae ceteris observavit eruditissimus Spanhemius (7). Praeterea quaedam urbes ornatus tantum caussa ita nuncupantur, si vera est PINDARI interpretum (8) sententia, Spanhemu (9) ipsius suffragio confirmata. Qui tamen sibi minime constare videtur; refert (10) enim natum in Dotio Thessaliae urbe, e Coronide Nympha. Aesculapium. Ergo ob Nymphae divinitatem, eiusque partum, atque in ea commorationem urbs Dotion iure, non sola ornatus caussa, ut contendit Spanhemius (11), iegà dici potuit. Adde quod iuxta observata ab Anna Fabri (12) Callimachus Dotion vocat iegòr, propter lucum Cereri ibi a Pelasgis consitum.

S. III.

Sed ad ΙΕΡΛΝ ΟΥΠΗΣΙΝΑΝ redeat fermo. Haec τώ ψηφίσματι honoravit Γ. ΙΟΥΛΙΟΝ ΕΠΑΦΡΟΔΕΙΤΟΝ. Nomina huiufmodi, quoniam partim ex Graecis fontibus, partim ex Romanorum confuetudine proficifcuntur, argumento funt monumentum, quod illustramus, ad ea tempora pertinere, quibus Graeci Romanis moribus erant imbuti; adeoque forfan ad eam aetatem, qua Romanis subiicebantur imperiis. Alibi (13) porro observavimus, apud Graecos quandoque tam viros, quam feminas plura gestasse nomina; quod quidem tunc potissimum contigit, quum Graeci Romanorum consuetudine & moribus uterentur. Plura quoque iam diximus de origine ac fignificatione nominis ¹Ιέλιω, atque adnotavimus etiam, aliquando eam vocem praenominis vices apud quosdam Graecos sustinuisse. De voce autem ENAPPOAEITON illud observare licet, novam eam non esse in veteribus Graecorum ἐπιγραφαῖς, & plerumque eamdem non cognominis vices gessisse, ut in hoc Infigura, sed unici nominis, ut ferebat communior Graecorum confuetudo · Apud quosdam vero lexicographos eadem vox effertur inaqeodiro. sine diphthongo « in penultima syllaba: quae quidem diphthongus in nostro, atque in aliis apud Muratorium (14) conspicua est. Sed ad alia multo maioris momenti, quae in hoc Ingiquati perpendenda funt, libentius progrediamur.

§. 1111.

Differamus nempe de vocibus, APPETETEANTA TO PGA ETOE, quae immediate sequuntur. En vocem APPETETEANTA lexicographis prorsus ignotam non modo, verum etiam eius generis, ut non sine aliquo labore investigari possit eiusdem origo. Tentabo igitur, utrum ex indole Graecarum vocum, atque earum praesertim, quae in veteribus monumentis adhiberi solent, aliquid elicere valeam, quod ad veritatem accedat. Inprimis vero ut certum statuo, significari ea voce magistratum aliquem, quo sunctus est s. Iotaioe enappodeitoe; id namque

que tria suadent; nempe eius dem vocis inflexio; tum sequentes voces TO PAD ETOΣ, quibus adnotatur epocha ipsius magistratus, ut infra dicemus; denique consensio aliorum sequentium verborum, de quibus suo loco. Ad inquirendum porro eius vocis sontem, vel permittitur litterae alicuius adiectio & immutatio, vel ea nobis omnino prohibetur. Neque enimomnes hanc mihi largientur facultatem immutandi pro libito veterum monumentorum voces, ob eam solummodo caussam, quod illae, ut in hoc ψηρίσματι, cum communibus Graecae linguae regulis, vel delicata quadam eius elegantia componi nequeant. Ego vero vehementer abhorreo ab eorum consuetudine, qui ob supradictas vel similes caussas asperam salcem sine ullo prorsus metu in vetera monumenta immittunt; eorumque voces ita pro arbitrio permutant, ut vix aliquod antiquae ἐπιγραφῶς vessigium in illis intueri liceat.

#### §. v.

Sed audiendi sunt veteres grammatici; atque ex eorum. praeceptis illud colligere necesse est, quod hac in re sit ab άρχαιολόγοις fervandum. Choeroeoschus (15) in primis ait: 'Ου χρη ζητείν έν σεσι τοις ρήμασιν όμοιότητας άς ασιάς ες, και κανόνας εσφαλείς, και τύπες ακριβείς πρότερον μέν γάρ ευρηνται τοις ανθρώποις αι λέξεις δια την ανάγκην της πρός άλληλες συνομιλίας. Εςερον δ' έπιγενομένη ή τέχνη τὰ μεν ήδυνήθη ρυθμίσαι, καὶ εἰς εἰκόνα τινὰ άγαγείν. τὰ δὶ μη δυνηθείσα, εἴασεν ἐφὶ ῆς είχον ovmbéac. Non oportet in omnibus verbis quaerere canones firmos & typos certos. Nam prius inventa sunt ab hominibus vocabula propter necessitatem mutui colloquii. Postea ars superveniens quaedam potuit in ordinem redigere; sed quae non potuit, in ea, quam habuere, reliquit consuetudine. Quintilianus (16) autem scribit: Consuetudo certissima loquendi magistra, utendumque plane sermone, ut nummo, cui publica forma est. Denique Sext. Empiricus (17) dixit: "Αρτι μέν εν έκ της πρός τες γραμματικές άκολεθίας συνηκται το παρέλκων μεν την αναλογίαν στρος Έλληνισμον, ευχρης εν δε την της συνηθείας παgaτήρησιν. Atque ita grammaticorum etiam probando consequentias, collectum eft, ad Graecae loquendum supervacaneam esse analagiam, esse autem utilem usus & consuetudinis observationem. Plura alia. de hac re differit Sext. Empiricus; illud vero cum ipso obser-

vandum est potissimum, quod de Homero antea scripsit: 70 A όλον ως αυτός "Ομηρ & εκ αναλογία προσεχρήσατο, αλλά τη των κατ' αυτόν ανθρώπων συνηθεία κατηκολέθησεν, ut in summa autem dicam, quomodo ipse Homerus non est usus analogia, sed sequutus est usum & confuetudinem hominum sui temporis. Itaque licet ea vox APPETETYAN-TA aliquantulum sit aspera, & licet in Graeca lingua nulla habeat similia exempla; ex his tamen consequens non est, certo esse immutandam, atque Graeci sermonis elegantiae restituendam. Nihil enim prohibet, quominus aliqua vox profecta. quandoque sit ex peculiari alicuius provinciae vel urbis dialecto, quae a communibus, nobifque perspectis dissideat. Quare fatendum potius, nos in aliqua huiusmodi ignoratione verfari, quam vocibus ipsis vim aliquam inferre; idque tunc maxime, quum ipfa vetus ἐπιγραφη veluti clamet se emendatione non indigere. Haec autem, quam modo interpretamur, semel iterumque a pluribus inspecta nullam in ea voce praesefert litterarum ambiguitatem. Agitur deinde ea de re, in qua errorem. supponere vel subspicari fere non possumus; agitur enim de magistratu, quo C. Iulius Epaphroditus functus in ea urbe est, in qua excitatum fuit monumentum; agitur de monumento, quod ipsa urbs Upifina in Epaphroditi honorem erigi iussit, quodque propterea curantibus inspicientibusque viris peritioribus publicam lucem adspexit. Quare aequum minime videtur, erratum aliquod in re tanti momenti in hoc Inφίσματι fubspicari.

s. vI.

Sit ergo, nulla facta vel minima mutatione, sit inquamvox appetetentanta officium aliquod urbis Upisnae; sitque partim ex communi Graecorum, partim vero ex peculiari eiusdem
urbis dialecto & consuetudine. Si a voce ἀγρὸς illam deduxerim,
utrumque obtinebo, quin ulla siat eius vocabuli mutatio. A
voce κόσμω sit alia κοσμητης, quae est in veteribus monumentis, a qua certe oritur alia vox κοσμητετοντος, vel κοΣΜΗΤΕΥΣΑΣ in antiquis pariter ἐπιγραφαίς apud Gruterum (18),
Gorium (19), & Muratorium (20). Sic a voce ἰκρὸς sit iepaterontoς in aliis vetustis lapidibus apud Sponium (20). Sic ut alia
pro-

proponam exempla, quae licet non sint ex veteribus iniquação, funt tamen ex Graeca lingua; a voce shan fit snanteum, ab dens αρις ένω, α γόνης γονητένω, α δέκα, δεκατένω. Quid ni ergo, ut alia non inquiram huius generis exempla, ab areds fiat arperiua. ex quo illud APPETEYEANTA? Vocibus enim desinentibus in. ETONTOS, atque in EYSANTOS exprimi folent in veteribus monumentis officia & magistratus, ut recte norunt 'Αξχαιόλογοι. Admissa porro hac origine vocis APPETEYEANTA, constaret inde magistratus, cuius munus ad agros aliqua ratione pertineret. Atque haec quidem interpretatio, ni mea me fallit opinio, per se insa se suitinet. Multo autem verosimilior ea dignosceretur, fi quid aliud in hac ἐπιγεωφῆ effet, quod cum ipfa cognationem... aliquam haberet. Quod forte non deest; sed certo affirmare. non possumus ob defectum, ut aliquis forte arbitrabitur, vocis alicuius in hoc monumento, ubi de decima fermo est versu undecimo. Ibi enim suspicari quis poterit, deesse vocem, quae significet liberavit, nempe a decima agrorum persolvenda urbem fuam. Qua de re fuo loco aliquid erit infra dicendum.

S. vil.

Si vero haec non arrideant 'Αρχαιολόγοις; aliam proponam interpretationem, quae videbitur quidem promptiorem vocis APPETETEANTA originem proferre; sed magistratus, qui sub ea delitescet, naturam minime declarabit. Eam tamen negligere fine reprehensione non possum. Hesychius (22) ergo habet vocem apperar, quam explicans, ei addit veluti synonymas has tantum voces: nyspóva, Osóv, Ducem, Deum. Habet & aliam. vocem αγρέυκοι, cui synonymam facit hanc κρατέσι, imperant. Si autem ex his velis originem vocis APPETEYZANTA; nomen habebis alicuius magistratus; aptissimae enim sunt voces illae ad eum indicandum, quum per se ipsae praeeminentiam ac potestatem significent. Verum indefinita manebit tunc eiusdem vocis Appeterzanta fignificatio; ut contingit pluribus aliis nominibus Graecorum magistratuum, si vim tantummodo earum. vocum perpendamus, quibus magistratus illi solent enuntiari; qua de re paullo infra. Eorum tamen definita ac peculiaris significatio, ut omnes norunt, ab urbium, locorumve confuetufuetudine omnino pendebat. Atque haec quidem satis dicta in prima illius vocis hypothesi, de non immutanda scilicet vel minima eiusdem syllaba vel littera.

S. VIII.

Quod si qua levis permittatur vocis illius permutatio; tum pro AΓΡΕΤΣΑΝΤΑ ponam elegantiorem aliam vocem ΑΓΟΡΗ-ΤΕΤΣΑΝΤΑ; addita nempe sub initio inter Γ & P littera δρικρδν, & commutata prima littera ἐτα in ἦτα. Quamvis enim lapis iterum inspectus a doctissimo Stephano Sala nitidissimam exhibeat vocem ipsam ἀγρετεύσαντα; attamen sieri potest, ut a quadratario omissa fuerit littera δρικρδν, sicut eadem in alia voceneglecta est, ut s. I. monuimus; alterius autem litterae in similem mutatio ex peculiari dialecto, vel ex alia ratione essici potuit. Iamvero vox ΑΓΟΡΗΤΕΥΣΑΝΤΑ, quam censere licet eamdem cum voce ΑΓΟΡΕΥΤΗΣΑΝΤΑ, suam potest in Graecis fontibus originem, adeoque & rectam significationem commonstrare, ac praeterea optimo exemplo potest etiam confirmari. Ab hoc incipiam, a quo fere nascentur cetera. Exemplum suppeditat vetus apud Martorellium (23) ἐπιγραφῆ, quae huiusmodi est.

#### Γ. ΚΑΛΠΟΥΡΝΙΟΣ

#### ΦΗΛΙΞ

TA XPEISMATA . KAI THN . OPO  $\Phi HN$  . KAI TA . EEQ . TOY . AFOPEYTHPIOY TH IDIA . DAHANH .  $\Phi PITOP\Sigma I$  . HANKAEIDQN

C. Calpurnius

Felix.

Unquenta & te-

Aum & exteriorem partem Agoreutirii Sua impensa. Fratribus Pancleidarum.

Assentior autem Martorellio, vocem hanc asserthpion deducenti ex verbo ἀγορεύω, concionor, ut asopethhion sit locus, in quo concionantur, in quo nimirum Fratores illi caussas iudicarent, ac definirent. Hesychius (24) enim explicans verbum ἀγορεύων, inquit: λέγων ἐν ἐκκλησία, κυρίως μὲν τὸ δημηγορών ἐν ἀγορά, κωὶ ἀθρηίσματι λέγων, κωὶ ἐκκλησίαξων, κατακρησικώς κωὶ ἀωλῶς λέγων; dicere in concione, proprie autem concionari in foro, & dicere ad

con-.

congregatum populum, & concionari, abusive & simpliciter, dicere. Animadvertit autem Martorellius, haberi apud Homerum voces ἀγορὰ, ἀγορευτὰς & ἀγορευτὰς. Ergo posita levi illa mutatione vocis appeteteanta in apophteteanta, habemus quoque eamdem eius vocis originem, eamdemque etiam significationem; ita ut vox illa apophteteanta nil aliud sibi velit, quam magistratum, cui munus incumbat, praesidere foro, idest iudiciis. Huic lectioni maximum pondus addit aliud genus magistratus, cuius nomen oritur ex eodem sonte ἀγορὰ, ex quo vox apophteteanta, nimirum magistratus, qui nuncupatur apopanomoe, sive apoponomoe, qui quidem alicubi erat urbis supremus, alicubi vero inferior.

#### S. VIIII.

Quamvis autem ea vox Aropettheanta per se indifferens fit ad plura magistratuum genera designanda; potuit tamen. magistratus voce illa indicatus supremum in ea urbe ad quam. pertinet, locum habere. Sic & alii plures supremi Graecarum urbium magistratus indicari solent vocibus, quae spectata earumdem communi fignificatione ad quamcumque dignitatem. potestatemque innuendam sunt aptissimae. Huius generis sunt voces άρχων, πρύτανις, στρατηγός, στεφανήφορ . & alia huiufmodi plura, quae tamen in Graecis monumentis & scriptoribus ad supremum provinciae vel urbis alicuius magistratum declarandum ex consuetudine vel lege ipsa usurpatae sunt. Ex nostro autem Ιπρίσματι verosimile omnino fit, τὸν ΑΓΟΡΗΤΕΥΣΑΝΤΑ fuisse supremum magistratum eius urbis, a qua positum est C. Iulio Epaphrodito monumentum. Nam etsi denaria senatoribus distribuere & epulum praebere possent ex lege vel moribus alii etiam magistratus supremo inferiores; attamen verba illa TO M∆ ETOZ, quae huic magistratui immediate adiiciuntur, videntur eumdem facere supremum urbis Upisinae. Etenim ex proprietate fermonis patet heic denotari annum exemil. quo inflitutus est magistratus ille. Plura vero sunt Graeca monumenta. apud Sponium (25), Reinesium (26), Muratorium (27), aliosque, ex quibus constat de Graecarum urbium consuetudine in adnotandis annis fuorum magistratuum, tamquam certis epochis. Cc 2

Qui quidem mos fuit etiam Latinorum; ut patet ex pluribus eorum monumentis apud Gruterum (28), & Gothofredum (29). Sed Latinis praetermissis observo, Graeca illa nuper indicata, esse monumenta, seu Ingiouara honoraria, sicuti est illud, de quo differimus. Ea posuit plerumque in urbibus Palmyra & Megara Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ fenatus & populus; atque in fine illorum Δημομάτων habetur epocha, quae quum nulli magistratui sit adiuncta, demonstrat esse epocham urbis. Neque vero ullum mihi occurrit in veteribus Graecorum monumentis exemplum epochae, quae posita sit ad indicandam originem alicuius magistratus, qui non esset urbis supremus. Quamobrem ad veritatem maxime accedit, huius quoque generis esse magistratum, quo C. Iulius Epaphroditus in fua urbe perfunctus est. Sed quoniam in maxima versamur ignoratione eius civitatis, etiamsi Upifinam esse statuerimus; idcirco & obscurum nobis esse oportet tempus, quo in ea coeperit magistratus ille, propter quem illa urbs C. Iulium Epaphroditum honoravit.

S. x.

Haec vero unica non est caussa, ob quam iste honorem. hunc consequetus est. Adduntur aliae in Ingioquati; & primo quidem quod dederit unicuique senatori KAI DONTA EKANTO FE-PONTI quamdam pecuniae fummam, de qua dicemus, postquam de hac voce reponti loquuti fuerimus. Itaque nulla fatis firma ratio nobis praesto erat, propter quam deberemus eam. vocem reddere seni; proindeque legimus senatori, ut saepe apud Graecos scriptores, atque in Graecorum monumentis legendum est. In hoc autem senatores pariter debere intelligi, ex ipsius postrema formula compertum est, quae utpote iam solemnis, siglorum more conscripta est, eaque certe sic est explicanda, THOISMATI reporsias, decreto senatus; de qua formula postremo huius commentarii loco aliquid erit a nobis adnotandum. Iamvero respublicae rectae constitutae senes tantum in. magistratus constituebant. Aeschines (30) de Lacedaemonum magistratu sermonem habens inquit: την της ηλικίας αυτών 🕯 ασωνυμίαν ἀρχὴν μεγίς ην είναι νομίζεσι ; summum magistratum denominatione aetatis ipsorum (fenum) cohonestandum existimarunt. Quod etiam

etiam tradit Plutarchus (31) qui quum dixisset, senum consisso falvam esse rempublicam, ita prosequitur: Siò thir per er Aaxesasμονι σαραξευχθείσαν άρις εκρατίαν τοῖς βασιλεῦσιν ὁ ΠύθιΟυ πρεσβυγενέας, ὁ Se Λυκέρη 🕟 αντίκους γερεσίαν ωνόμασεν ; ideo optimatum magistratum. Spartanae civitatis regibus Apollo πρεσβυγενέας, idest magno natu praeditos, Lycurgus diserte γέροντας, idest senes nuncupavit. Non folum autem Lacedaemonum mos erat, senes ad magistratum. evehere, sed aliorum etiam Graecorum. Namque idem Plu-TARCHUS (32) postquam docuit, iuventutem a communi & publica rerum procuratione quam maxime abhorrere, de Atheniensibus scribit : μαρτυροβσιν οί νόμοι διὰ τε κήρυα 🕒 ἐν ταῖς ἐκκλησίαις έκ Αλκιβιάδας, έδε Πυθέας άντις άντες έπὶ τὸ βῆμα ωρώτες, άλλὰ τὲς ύπερ πεντήκοντα έτη γεγονότας, λέγαν κα συμβελέυαν σαρακαλέντες; testantur hoc leges, ubi praeco in concione, non Alcibiadas aut Pytheas ad suggestum progredi iubet, sed qui annum aetatis quinquagesimum excesserint, ad dicendum & consulendum hortatur. Longiori deinde oratione senectutis laudes persequitur, ut demonstret eam esse aetatem imperio & magistratibus aptissimam; quod pluribus confirmat exemplis. Inter haec mirandum magnopere est illud Spartanorum, quod ita refert: διὸ καὶ παντάπασιν ήδη τὴν τέ σώματω έξημαυρομένω δύναμιν, και τὰ πολλὰ κλινήρης διημερέυων είς αγοράν των έφόρων προεκύμει .; itaque ille ipse (Agis) iam plane exhaustis corporis viribus, quum plerumque in lecto decumberet, in forum ab ephoris evocatus, conatus est lecto relicto ire. Atque, ut cetera. omittam, ita orationem illam concludit PLUTARCHUS: Διὸ καὶ τῶν \*Ερμών τες πρεσβυτέρες άχαρας, καὶ άποδας έντεταμένες δε τοῖς μορίοις δημικργέσιν, αινιττόμενοι των Φερόντων ελάχιςα. Eam ob caussam Mercurios seniores fine manibus & pedibus, rigente fascino, fingunt, hoc aeniqmate indicantes, minime hoc a senibus requiri, ut corpore servitia. obeant; modo iis ratio, ut convenit, efficax fit, & faecunda. 6. xI.

Sed videamus, quam pecuniae fummam C. Iulius Epaphroditus Upifinae fenatoribus dederit. In ψηφίσματι legimus: NOMHΣ ΔΗΝΑΡΙΑ ΔΕΚΑ ΚΑΙ ΤΑ ΕΝΝΕΑ; iuxta confuetudinem denaria decem & novem. Mihi vero in animo heic non est inquirere, quis nam sit horum denariorum valor relate ad nostram aetatem, atque pecu-

pecuniam nobis compertam. Vereor enim quam maxime, ne post improbos labores, mens vacua maneat ut antea, aut potius confusis ideis abundet. Itaque paucissima dicam ad quoddam eruditionis oblectamentum potius, quam ad huiusce rei declarationem. Quidam Dydimus Claudius (33) apud Meur-SIUM (34) scribit: τὰ δὲ χίλια σης έρτια ποιεί διακόσια πεντήκοντα δηνάρια ἀργυεί, δέκα δε χρυσά, mille sestertia faciunt ducenta quinquaginta denaria argentea, decem autem aurea. Ergo ex hac fententia quilibet denarius aureus aequivalebat argenteis vigintiquinque. lamvero in Marmore Oxoniensi (35) folvenda in poenam violati sepulchri decernuntur ΑΡΓΥΡΙΟΥ ΔΗΝΑΡΙΑ ΔΥΣΧΙΛΙΑ ΠΕΝΤΑΚΟ-ZIA, argentea denaria bis mille quingenta; eademque denariorum fumma in Graeco monumento Musei Nanti apud Paciaudium (36) ob eamdem caussam folvenda pronuntiatur; sed ibi tantum dicuntur ΔΗΝΑΡΙΑ. Saepe etiam invenio statutam in Graecis ἐπιγεαφαίς maiorem vel minorem denariorum quantitatem pariter in. poenam violati fepulchri, ut apud Gruterum (37), & Mura-TORIUM (38), atque inter MARMORA OXONIENSIA (39); fed cum absoluto denariorum nomine, sine ulla additione qualitatis. Quis autem definiet, an ea intelligi debeant aurea, an argentea? Si in ipso illarum poenarum rigore aliquod humanitatis vestigium velimus agnoscere, immo si omnino impossibiles quoad exequationem huinsmodi leges essenon arbitremur; rationi consonum videtur, denaria illa pro argenteis esse accipienda; quandoque enim, ut apud Muratorium (40) indicitur poena denariorum quinque mille. Nullum vero aliud reperi monumentum Graecum huius generis, in quo habeatur mentio de denariorum summa aliqua; omnia quae indicavi, uno tantum Oxoniensi (41) excepto, ad sepulcrasium classem\_ spectant. Summa porro denariorum decem & novem, quae in hac ἐωιγραφή definita est, si de argenteis accipienda sit, videtur admodum exigua; si de aureis interpretari eam oporteat, sorte nimis gravis non esset, si proportionem sive rationem sequi libeat, quam inter denarium argenteum, & aureum supra laudatus Didymus Claudius absolute tradidit. Sed si prudentiae leges sectari velimus magis, quam in incerta quadam eruditione vagari; fatendum est iterum, nos magna rerum ignoratione laborare, quae prohibet omnino aliquid certo statuere. Siquidem in Graecis urbibus, quae plerumque propriis singulae vivebant legibus, potuit diversa prorsus esse quantitas denariorum quorumlibet; atque in iis etiam diversa ratio argenteum. inter & aureum denarium; quinimmo diversis temporibus diversus adhuc eorum denariorum valor in iisdem urbibus. Heic vero demum observandum est, quod si denaria decem & novem essent in hac iπιγραφη intelligenda, tunc iuxta Graecae linguae indolem dici debuissent ΔΗΝΑΡΙΑ ΕΝΝΕΑ ΚΑΙ ΔΕΚΑ, non autem. ΔΗΝΑΡΙΑ ΔΕΚΑ ΚΑΙ ΤΑ ΕΝΝΕΑ. Verum, quoniam ut supra animadvertimus & infra iterum dicemus, aliquid in hac ἐπιγραφη est, quod Romana tempora & consuetudinem sapit; ideo sieri equidem potest, ut phrasis illa non iuxta Graecorum, sed Latinorum morem fuerit enuntiata.

## S. xil.

Haec autem quaecumque tandem ea sint, in illa diximus hypothesi, in qua legendum in hac ἐπιγεωφή sit ΔΗΝΑΡΙΑ ΔΕΚΑ ΚΑΙ TA ENNEA, nimirum spreta littera E, quae in lapide, versu septimo efficit TAZ. At si quis contenderit, eam omnino esseretinendam, (contendere autem hoc potest, & quod ea in. marmore insculpta sit, quodque, ut mox inruimus, eam reposcere videatur Graecae linguae indoles ) tunc reponam, vocibus KAI TAZ ENNEA subaudiendam esse ellipsin alterius vocis, quae monetam aliquam significet minoris valoris, quam sit denarius, quaeque omnibus notissima esset, ubi excitatum fuit monumentum illud. An vero δραχμᾶς fubintelligendum sit, negaverint profecto ii omnes, qui eiusdem vel fere eiusdem fuissevaloris denarium & drachmam putant. Qua de re videndi funt MEURSIUS (42), & WILLEBRORDUS SNELLUS (43) qui de Graecorum monetis pertractarunt eruditissime. Sed forte in ea regione, ad quam pertinet monumentum, quod illustramus, drachma. fuit minoris valoris, quam denarius. Drachmas enim apud Graecos diversas fuisse pro regionum diversitate aequum est iudicare; praesertim quum de drachmis Atticis reperiatur mentio apud veteres scriptores, atque in antiquis Graecis έωιγραφαίς. Quod Quod quidem demonstrare videtur, alias fuisse in aliis regionibus drachmas, a quibus drachmae Atticae distinguerentur: secus enim inutilis prorsus videretur ea denominatio drachmae Atticae, si nullibi suissent drachmae ab ea diversae. Sed quoniam in re admodum obscura versamur, dici etiam poterit, sub illo articulo TAE nomen aliud eiusdem generis esse subaudiendum, quod monetam huiusmodi significet, quae sit veluti pars denarii. Atque haec quidem de pecuniae summa, quam C. Iulius Epaphroditus senatoribus Upisnae ex consuetudine vim legis obtinente distribuit.

§. xIII.

Nunc de eiusdem liberalitate loquamur. OTXI KATA TON NOMON AAAA ΔΕΙΙΝΙΣΑΝΤΑ ΛΑΜΠΡΩΣ, non iuxta legem, five legis rigorem, sed qui epulum dedit splendide. Ergo C. Iulius Epophroditus consuetudinem sequutus est, tamquam legis interpretem. optimam, quum fenatoribus denaria contulit, quaecumque tandem fuerit pecuniae quantitas; at ubi epulum dedit, quod lex, ut supponitur ex ipsa eloquutionis phrasi, praecipiebat nuper electis ad magistratum aliquem, non legem neque confuetudinem, fed liberalitatis normam prae oculis habuit. Quare hinc consequens est, eius regionis, ad quam spectat iniyeaçii, legem non exstitisse, de qualitate & pretio illius epuli. Ac prudenter quidem abstinuere a condenda lege, quae vix impleri potuisset. Ceterum heic nil aliud remanet observandum, nisi quod Graeca huiusmodi monumenta, in quibus non modo de inito magistratu, verum etiam de pecunia in aliquos distributa, & epulo dato fermo est, Graeca inquam huius generis monumenta admodum rara esse; ego enim vix unum Galatiae huic fimile inter tot vetustos Graecorum lapides comperi. Neque vero apud Graecos scriptores huiusce consuetudinis mentionem invenio. Quapropter, si quis existimaverit morem hunc Upifinae invectum fuisse, quum Graeci illi Romanis uterentur institutis, non est cur illi repugnem. Quaedam vero sunt inhac ἐπιγεμφή, ut initio §. 11 L. diximus, quae innuunt, hoc monumentum iis temporibus excitatum, quo Graeca urbs Upisina Romanis moribus erat imbuta.

S. XIIII.

#### S. XIIII.

Quae in Αμφίσματι fequuntur verba και τη ΔΕΚΑΤΗ ΤΗΝ ΠΟ-AIN OAHN haud minimam habent difficultatem. Pluries me admonente inspecta est diligenter haec iπιγεαφη a viris Graece eruditis; neque tamen, umquam aliquid amplius in ea detegere licuit. Binas ergo proferam huiusce loci interpretationes, quae fuis commendantur argumentis, ut eam quisque seligat, quae ei verosimilior videbitur. Itaque Graecam รักมะปุ่น heic supponere, iuxta leges seu consuetudinem linguae huius, aequum minime est. Quare aliquis forte arbitrabitur, quadratarii oscitantia deesse hoc loco verbum, quod significet liberare; adeo ut juxta huius inizeaphs syntaxim hic debeat effe sensus: & qui totam urbem a decima solvenda liberavit. Nam civitas illa Upisina. hoc non videtur excitaffe monumentum in honorem C. Iulii Epaphroditi ex eo folum, quod magistratum inierit, de quo iam. diximus; vel quod iuxta confuetudinem denaria fenatoribus distribuerit, aut epulum etiam splendide paraverit. Haec enim omnibus communia esse debebant, qui magistratum illum obirent; nec propterea ulla sese prodit ratio, cur excitandum. fuerit pro fingulis antea recensitis publicum monumentum. Licet enim existimare civitatum Graecarum suisse morem, ut eorum qui magistratu saltem supremo sungerentur, nomina in. ipfo earumdem publico archivo describerentur. Neque vero inter tot Graecorum, quae extant monumenta, ullum forte occurrit positum alicui ea tantum de caussa, quod magistratum urbis inierit. Neque fane publicum debetur alicui monumentum tantummodo vel propter distributa ex civitatis consuetudine denaria, vel ob epulum splendidiori ratione paratum, ut cuique primo aspectu est perspicuum. Ergo ob aliam caussam. erectum dici debet C. Iulio Epaphrodito idem monumentum, ob eam nempe, ob quam civitas illa eumdem in fine Inciopar @ laudat TON EATTHE EYESPETHN suum benefactorem, Laudari autem non posse videtur tamquam benefactor ob supradictas illas caussas minoris momenti, sed potius quod civitatem ipsam a. decima folvenda liberaverit. De onere folvendarum decima- $\mathbf{D}$  d rum

rum aliqua dicam, atque hanc priorem interpretationem paucis aliis animadversionibus persiciam.

S. xv.

Itaque decimarum, quas folvere folebant plures civitates. aliae quidem erant facrae, aliae facrae fimul & civiles, aliae vero civiles tantum. De facris loquitur HARPOCRATION (44) dum. ait : έκάς φ γάρ Θεφ πλέθρα γης απένεμον, έξ ων μισθυμένων αι είς τὰς θυσίας εγίνοντο δαπάναι; arvipendia enim unicuique Deo affiqnabant, ex quorum locationibus proveniebant impensae, quae in sacrificiis fiebant. De facris fimul & civilibus intelligo, quod ait Pisistratus ad Solonem apud Diogenem Laertium (45): 'Amáya Sh enas @ 'Alnναίων τε άυτε κλήρε δεκάτην, έκ έμοι, άλλα όπόθεν ές αι άναλεν είς τε Θυσίας τας δημοτελάς, και άτι άλλο των κοινών, και ή ό σόλεμ 🕒 ήμας καταλάβη. Denique Atheniensium singuli decimas frugum suarum separant, non in usus nostros consummendas, verum sacrificiis publicis commodisque communibus, & si quando bellum contra nos ingruerit, in sumptus deputandas. Postremi generis decimas recenset Tullius (46) qui de Siculis urbibus ita contra Verrem scribit : Foederatae civitates duae sunt, quarum decumae venire non soleant, Mamertina, & Tauromenitana ..., Quinque praeterea sine foedere immunes . Centuripina &c. praeterea omnis ager Siciliae civitatum decumanus est. Ibidem vero haec etiam addit: Ac primum de Agyrinensi populo fideli & illustri cognoscite . . . Eius agri decumas, quum emisset, idem Apronius Agyrium venit. Civiles ergo decimae folvebantur alicui urbi, vel eius magistratibus, ut essent cuiusdam iubiectionis argumentum; sicuti fere omnes Siculae civitates decimas Romanis persolvebant. Si ergo C. Iulius Epaphroditus civitatem. fuam a decima folvenda liberaverit, hinc argui verosimilius potest, eam fuisse decimam civilem, quam fortasse eadem urbs Romanis debebat. Nam, ut initio huius commentarii observatum a nobis est, monumentum hoc ad eam pertinere videtur aetatem, qua Graeci incolae eius urbis in eo commemoratae, Romanae subiiciebantur iurisdictioni. Quod etiam coniici potest ex iis, quae de distributa pecunia, & epulo dato §. 11I. dicta. funt. Itaque a veritate alienum non videtur, excitatum ab ea urbe urbe ad C. Iulii Epaphroditi honorem hoc monumentum, tamquam ad sui ivegyire memoriam posteritati commendandam, praecipue quod civitatem ipsam a decimarum pondere liberaverit.

#### s. xvI

Sed veritati magis conformior altera videtur interpretatio, quae supponat nullum prorsus deesse in hac ἐπιγραφη verbum., quod fignificet liberare. Nam in interpretandis veterum monumentis hoc faltem plerumque statuendum est axioma: quod nempe, ubi aliqua necessaria sit verborum permutatio, ea inter plures, quae adhiberi possent, potissimum seligatur, quae minorem ipsius emizeaps vocibus vim inferat, si cum hac consistere possit satis recta eius verborum sententia. Itaque quum. in primis verosimile non sit, in hoc monumento, quod publica urbis Upifinae auctoritate excitatum est, vocem deesse, quae obscuram prorsus redderet in re tanti momenti illius significationem; aequum potius videtur subspicari, particulam KAI versus undecimi transferendam superius esse ad versum nonum ante vocem AAAA; ex quo illud fequitur, quod maxime optandum erat, nullum in hac impraon verbum desiderari. Siquidem in hac hypothesi voces THN STOAIN OAHN reguntur a verbo AEISI-NIZANTA; voces vero TH AEKATH ellipfin continent alterius vocis nuis ellipsis communia sunt apud Graecos scriptores exempla. Quamobrem ἐπιγραφῆς fenfus erit C. Iulium Epaphroditum dedisse splendidum epulum universae civitati die decima, fortasse ab inito magistratu. Namque voces thn noain oahn eo funt cafu expressae, quem reposcit verbum AEITINHEANTA, ut exempla commonstrant, quae habet HENRICUS STEPHANUS (47) at quodvis Graecum verbum, quod fignificet liberare, fi hoc in ἐπιγραφη fubintelligendum effet, flagitat casum secundum., non vero tertium, quem haberet iuxta superiorem interpretationem, in vocibus nempe TH AEKATH. Ergo admissa transpositione illa vocis KAI, nulla amplius est necessitas supponendi in. hac i alypapi alicuius verbi defectum. Omnia autem simul cohaerent; quod enim urbs Upifina C. Iulium Epaphroditum appellet TON EATTHE EYEPFETHN fuum benefactorem; haec tam gloriofa apud  $\mathbf{Dd} \mathbf{2}$ 

apud Graecos denominatio vel referri potest ad ea quae in. ipso monumento recitantur; sunt enim beneficia in urbe ab eodem collata, vel revocari ea potest ad alia plura, quae in imiγραφή expressa non funt, & implicite in voce illa exeptethn comprehenduntur; fieri enim potest, ut qui supremo magistratu in urbe sua perfunctus est, plura etiam eidem civitati attulerit beneficia, quae publico monumento effent condecoranda, quaeque singillatim in ipso enumerare non oporteret. Adde etiam, priorem interpretationem ex eo improbandam, quod, fi fupponendum esset verbum significans liberare, nempe a decima, deesset quoque aliud, quod indicaret urbem, cui antea ab urbe Upifina folverentur decimae; ac demum, importunam pariter in hac hypothesi esse phrasim thn noain oahn, quae aptissima est iuxta posteriorem hanc interpretationem; quod nempe C. Iulius Epaphroditus universae civitati epulum splendide paraverit. S. xvil.

Dixerint fortasse, qui priorem interpretationem adamaverint, observandum esse, non omnes Graecas veteres ἐπιγραφάς ad Graecae linguae puritatem effe compositas, neque in iisdem. servatas semper reperiri communes eloquutionis regulas; cuius quidem exempla fatis plura quisque haud aegre in antiquis monumentis obvia habebit. Hoc autem praesertim deprehendet in iis, quae imminuto apud plures populos Graece linguae nitore conscripta fuere; ut non pauca huiusmodi sunt illis temporibus exarata, quibus Graeci cum Romanis vivendi habuere consuetudinem. Iamvero ea aetate editum fuisse. hoc ψήφισμα iam paullo superius observatum a nobis est. Saltem ergo verofimile redditur, & verbum DEMINIZANTA in hac รัสเวยนต์ที่ positum iuxta Romanorum consuetudinem. Porro etsi in pluribus eorum Inscriptionibus exprimatur, cuinam datum. est epulum; attamen in aliis etiam pluribus dicitur apud Gru-TERUM, ut in eius indice observari potest, EPVLO DIVISO. EPV-LO DATO. EPVLO ANNVO ADIECTO, quin adiiciatur quidquam., ex quo dignosci possit, quibusnam epulum fuerit divisum. Ergo licet verbum δαωνίζω reposcat post se casum aliquem; potuit tamen sine illo exponi a Graeco homine, Romanorum confuetufuetudine imbuto, sive a Romano nondum satis Graece erudito; sicut a Romanis verbum epulum dare, quod ex indole Latini idiomatis casum postulat, saepe sine ullo casu adhibetur. Atque hinc propterea consequitur, verba THN ΠΟΛΙΝ ΟΛΗΝ necessario sumenda non esse tamquam casum verbi ΔΕΙΠΝΙΣΑΝΤΑ; sed haec ad aliam periocham pertinere, ut praesertim slagitat antecedens particula KAI. Verum, quod interpretatio haec sit verosimilis, si in se ipsa tantummodo spectetur, nemo, ut arbitror, inficiabitur. At ea admitti nequit, ubi nascatur interpretatione. Porro ex antea demonstratis plura admoduminterpretatione. Porro ex antea demonstratis plura admoduminverosimilia inducerentur, reiecta altera interpretatione, quae priorem omnino excludit. In ea igitur quiescendum mihi videtur, quae minima adhibita permutatione loci unius voculae statis rectam efficit iπιγεαφώς significationem.

## S. xvIII.

Quod ergo C. Iulius Epaphroditus plura in civitatem suam. contulerit beneficia, ideo ipía urbs publico hoc monumento eum tamquam TON EATTHE ETEPTETHN ANEXTHEE, suum benefu-Morem dedicavit, five honoravit. Heic mihi magna consensio est cum Nicolao Ignarra, qui pro aris & focis contendit (49) verbum ETIMHZEN, in veteribus monumentis solitarie positum., cum folo nomine eius, quem aliquis ETIMHZEN, fignificare tantummodo honorem alicui delatum in ipsa ἐπιγραφή, non autem honorem statuae eiusdem erectae, si nulla adsint statuae vestigia. Recitabo cl. auctoris verba, in quibus haec continetur fententia; eamque aliis confirmabo argumentis. Fateor quidem, inquit, interdum τὸ τιμάν ad statuae dedicationem pertinere, ut apud Gruterum CCCXIIII. 2. Paeanistae eriumour honorarunt Emben protome marmorea. Sed hic liquido ratio fluit; nec ceteroqui aliorsum, quum diserta statuae iniecta mentio sit, trahi res potest. At ubi nulla statuae sunt vestigia; ad haec ubi to tipar sine alia discriminante nota legitur, ibi honor non nisi inscriptionis perhonorisicae pofitione totus absolvitur; tunc, ut uno dicam verbo, to etipnot respondet illi formulae Latinorum. Honoris ergo posuit, vel titu-Ium posuit. Nam & Graeci ipsi pro simplici ruphow interdum copiofius dixere, τὴν τιμὴν ἀνας ῆσω, vel τὴν τιμὴν ἀναθείναι, quod ad Latinorum titulum ponere propius accedit. În prima autem adnotatione, postquam aliud attulit exemplum ex Grutero cccxxvIII., ubi commune Aliptarum TETIMHKEN ΓΡΑΠΤΗ ΕΙΚΟΝΙ honoravit picta imagine Batonem Gymnasiarcham, scribit: Id quod argumento est, τὸ τιμᾶν nonnisi ab adiuncto, quod ei comes additur, vocabulo notionem mutuari suam; contra ubi τὸ τιμᾶν solitarium, veluti remotis arbitris intercedit, res ipsa, ubi τιμᾶν illud scalpitur, loco honoris cedit. Haec ille, qui certe in eo maximam sibi meretur laudem, quod in hoc antiquitatis studio eam inquirat rerum evidentiam, quae inquiri potest; neque aliorum licet illustrium scriptorum auctoritatem coeco quodam honore profequatur.

S. xvIIII.

Poterat etiam cl. auctor fusius idem probare quoad verbum ANEΣTHZEN, eodemque uti argumento contra τὸν κριτικότα-TOV MAFFEIUM, qui (40) putat, verbum illud statuae erectionem connotare etsi folitarie positum, ut in exemplis, quae ipse affert. At inter ea unum est, quod eius caussam prodit; est enim illud apud Sponium (50), in quo Pariorum urbs Aureliam Liten. ANEXTHEN EN ANAPIANTI MAPMAPINO dedicavit, five honoravit statua marmorea. Quo posito exemplo idem redit argumentum, quod laudatus Ignarra propofuit. At hic auctor concedit, eam esse vim verborum etimhzen, & anexthzen, ut significare. possint statuae erectionem, eamque revera significent, ubi vel ipfa est, vel eius saltem vestigium. Verum, quum sieri posfit, ut ad nos marmor aliquod perveniat habens imigeaphy, cum folo verbo ETIMHZEN, aut ANEXTHZEN, amplius vero non habeat, quaecumque tandem intercesserit caussa, statuae indicium, quod antea fortasse habebat; tunc profecto ex principio IGNARRAE illud fluere debet, dubiam tunc esse illorum verborum significationem; dubiam vero, ut ita dicam ex facto, non ex iure Graecae dictionis. Haec enim per se indifferens est ad quemcumque honorem fignificandum, ut ex ipsis veteribus monumentis nuper laudatis compertum censeo. Si qua enim. ex supradictis vocibus, etiam solitarie sumpta significaret de-

ter-

terminatum aliquem, exempli caussa, statuae honorem; tunc sumeretur tamquam vox sive formula solemnis relate ad hanc eamdem significationem. At natura vocis sive formulae solemnis ea esse debet, ut eamdem semper obtineat significationem; verum, ut ex allatis superius exemplis manifestum est, modo unum, modo alterum honoris genus cum ipsis verbis coniunctum est; ea ergo non habet vocum sive formularum solemnium naturam; nisi tamen quis pro arbitrio statuerit, omnes prorsus quas habemus huiusmodi imagine quondam suisse coniunctas.

Sed'aliquis fortasse ad tuendam FALCONERII, VANDALIS, MURATORII, aliorumque omnium opinionem, quam confutamus, afferet monumentum, quod est apud Muratorium (51), in quo primum legitur: ΚΑΙ ΑΝΔΡΙΑΝΤΑΣ ΤΩΝ ΝΙΚΗΣΑΝΤΩΝ ΑΝΑΣΤΗΣΑΝ-TA, nimirum retenta BIMARDI interpretatione, statuis vero victorum erectis; deinde statim additur: ΤΙΜΗΝ ΑΝΑΣΤΗΣΑΝΤΟΣ ΦΑΙ-NIOT PATSTOY x. A. honoris titulum erigente Phaenio Fausto. Qua quidem in ἐπιγραφη evidens est τὸ ΤΙΜΗΝ ΑΝΑΣΤΗΣΑΝΤΟΣ esse synonymon praecedentis dictionis ΑΝΔΡΙΑΝΤΑΣ ΤΩΝ ΝΙΚΗΣΑΝΤΩΝ ANASTHSANTA. Ergo inquiet, phrasim αναθείναι την τιμήν per se ipsam significare statuae erectionem. At huiusmodi consecutio recta non est. En argumentum, quod opponitur: phrasis drabeiras την τιμήν in eo monumento significat drabeiras τες drabeiras; ergo phrasis illa etiam solitarie sumpta eamdem habet signisicationem. Quaero, an qui sic ratiocinatur, optimas servet ratiocinii leges? Verumtamen hoc argumentum est eorum omnium perillustrium auctorum, qui eam adamarunt opinionem, in. quam nobis descendere non licet, quamque iure optimo refellimus. Ideo enim phrasis arabireu the tiphe in eo monumento significat draberou नहें, drdelarras, quod in ipsa के का पृथ्वकृते antea dictum est and plantas των νίκη santων αναστήσαντα: quod quidem... quum fit honor των ΝΙΚΉΣΑΝΤΩΝ, recte postea brevius, generico usurpato nomine dicitur: ANASTHSANTOS TIMHN PAINIOT ◆AT∑TOT, quia nempe ex antecedentibus constat, cuius generis fit honor ille, ad quem persolvendum electus fuit Phaenius FauFaustus. Sic in omni sermone ad leges optimas composito brevius postea generali loquutione id enuntiamus, quod antea pluribus verbis, ac singularibus significationibus declaratnm est. At si solitarie id sumeretur, quod postea brevius & generice dictum est; num ideas illud necessario gigneret, quas antea in toto orationis contextu gignebat?

s. xxI.

Quod autem in oratione praestat antecedens longior periodus, ex qua tantum clare percipitur brevior, quae deinde posita est loquitio; id efficit in veteribus monumentis extrinsecum aliquid cum ipsa inique coniunctum ita, ut cum illa unicum componat monumentum. Ita contingit, quum aliquod monumentum uni dicatum constet ex iniyeapi simul & statua, aliave imagine. Tunc in έπιγραφή recte dicitur αναθώναι την τιμήν pro avaθείναι τον ανοθείαντα; quia ex contextu quodammodo totius monumenti intelligitur, qualis honor deferatur, nempe honor statuae seu imaginis ad posteritatis memoriam erectae. At illud avaleivez the tiphe solitarie positum per se indifferens est, ad plura. atque diversa commonstranda; ut iam superius probatum est, atque deinceps adhuc oftendetur. Secus enim statuendum effet ab 'λεχωολόγοις, verbum etiam είμι sum cum secundo casu perfonam indicante, in veteribus in veteribus in veteribus in per se ipsum significare statuae erectionem; quia aliquando in iis, quae cum statua. coniunctae funt, aut quandoque fuere, hunc fenfum obtinet. Sic apud Chishullum (52) celeberrimae inscriptionis Sigeae initium est: ΦΑΝΟΔΙΚΟΥ ΕΙΜΙ ΤΟΥ ΕΡΜΟΚΡΑΤΟΥΣ, κ. λ. Sum Phanodici filii Hermocratis statua; quia nempe haec aderat simul cum inscriptione coniuncta. At sine hoc indicio quis umquam vim hanc tribuet verbo eipi, ut statuam significet? Iohan. Fri-DERICUS LEISNERUS (53) aliud proponit exemplum, ellipsis vocis statuae ex PLINIO (54), quod huiusmodi est: fuit Hermodori in Comitio, scilicet statua fuit. At PLINII locus integer hic est, fuit & Hermodori Ephesii in Comitio ... publice dicata; statua nimirum fubintelligitur, quia totum illud caput, in quo haec con. tinentur, est de statuis. Haec autem ellipsium exempla propeinutilia infinitae molis opus conficerent. Atque ut ad rem no**itram** 

firam revertamur, idem dicendum de phrasi αναθώνων την τιμήν, ac de verbo αμι nuper diximus; nempe tot eam habere posse tignissicationes, quot sunt τιμάν honores, qui aliqui deferri possunt. Ita in alio huius praeclarissimi Musei Nani I monumento, quod inter monumenta περελογικά afferemus num. xv. habetur verbum ETIMHΣΕΝ, quod ex monumenti circumstantiis refertur ad viri imaginem anaglypham, ad ipsius Hermam, atque ut arbitror, etiam ad eiusdem coronam; quae omnia sunt in eodem monumento insculpta, nec tamen in ipsius ἐπιγραφῆ commemorata.

S. xxil.

Demum observare lubet, non satis sibi eos constare, quos heic confutamus; adeoque & ex propriis cosdem reselli posse principiis. Esto exemplum ex MURATORIO; ceteri enim, de quibus dictum est, cum ipso consentiunt. MURATORIUS (55) ergo exhibet inscriptionem Rusi Festi, splendidissimi Graecize Proconsulis, & Areopagitae, quem senatus Areopagitarum & alter trecentorum & populus ANEXTHXEN; quod absolute, ac fine ulto dubitationis vestigio interpretatur: fiatua erecta honoravit. At ibidem plura alia describit monumenta, in quorum in yenquis deeft verbum EXIMHEE, vel ANEXTHEE, quod ex more ut notifilmum subintelligebatur; in his autem modo (56) supplet tantummodo verba honorat, vel hoc monumento honorat (57), vel simile aliud; modo vero dubitantis in morem ita supplet atque subscribit: statua vel monumento publico donant (58), hoc monumento sive statua donat (59), monumento isto, sive statua exornant (60). Porro cur haec fupplementorum diversitas ? Non quidem ex caussa aliqua monumentis ipsis intrinseca; etenim omnia spectant ad viros promeritis laudibus fatis abundantes. Cur ergo aliquibus dubitanter statuae honor, aliis tantum honor monumenti; nemini autem ex his, in quorum imperçuis non est verbum etimhxen, vel ANEXTHEEN certo honorem statuae impertitur, quum contra facile honorem hunc iis concedat, quorum impençai unum ex iis verbis praeseferant? Ubi deest ETIMHZEN vel ANEXTHZEN iure ac nemine contradicente in his suppletur; ergo perinde est. ac si verbum illud in issdem conscriptum suerit. At ubi scriptum reperit MURATORIUS, supplet non quemcumque, sed

ntelligitur scriptum aliquod ex iis verbis. Verum ubi scriptum non legitur, non substituit verba, statuae honorem indicantia; ergo nec substituiere deberet, ubi verbum illud apparet; endem enim utrobique ratio, nullumque prorsus in ea rediscriment. Huc revocentur, quae superius comprobata sunt contra Munarorum il aliosque ; atque sinde certam agnosces Ignarrae sententiam, quam explicavi, pluribusque argumentis desendi. Ex his vero omnibus illud consequitur, incertum saltem esse, an sul. Epaphroditus, praeter honorem in 1900 and obtinuerit etiasmab urbe Upisma statuae stodorem.

g i Geraldes chang som et en en en Onodeumeur tandem honoris genus illi impertita est civitas, hoc eidem tribuit Y. T. Ingiopari pepsoias, decreto senatus; quo anil honorabilius optimo civi potest contingere. Quod spectat ad figla Y.T. fic interpretation furnis ex el contextus huius in yeaphs, in quartientio est deurbis Upistiae pieses senatoribus patque ex inturp retatione fimilium figlarum YH.B. quae Corsinius & Placenti-MIUS rectationt Independestifs, decreto fenatus. Sic in alio Graeco lapide Muser Nani apud Passerium (61) 7 & Paciaudium (62) legimus: KATA THE BOTAHE PHOIEMA, ilixia senatus decretum; ita apud Chizhuillohma) & Muratorion (62) habetar folemnis formula KATA THOUSANTHEMOSERS, inwia theoretim urbis scali formulae similis estralia abati Greverum (63) AOFMATI THE BOTAHE; vel THE ETIAP. XIXE, decreto sendusquel provinciae, aut magistratus, seu praesecturae. Sponius (66) autem figla haec B. Δ. interpretatur βελής Δόγματι senatus decreto .. Ceterum non memini, me alibi legisse vel sigla Y. B. vel in aliquo veteri monumento verbat quae hisce siglis respondere. -certo arbitramur! At dies fortasse proferet autiquos lapides, in quibus verba illa fine figlis apparebunt. In ea enim fum opinione, ut putem, monumenta primo fine huiusmodi siglis fuisse conscripta; deinde vero formulas, quae iam evaserant solemnes, confuevisse scribi siglorum more; ob hanc scilicet rationem, quod iam folemnes effent, adeoque & frequenter unitatae; omnibusque notissimae. Quare latis erat postea eas indicare primis syllabis vel litteris, ut quisque vel·leviter eruditus easdem posset facillime percipere. (1) Ne-

- (1) NEGRIES . Geograph. commentar. x.
- (2) CELLARIUS . Geograph. lib.II.cap.xv. num.LXXXv.
- (3) BAUDRANTIUS . Lexic. Geographic.
- (4) ORTELIUS. Thefaur. geograph.
- (5) MARTINIER. Dictionaire geograph.
- (6) ANTONINUS. Itinerar.
- (7) SPANHEMIUS. In Callimachi bymn.in Delum ad v.1.
- (8) PINDARI SCHOLIASTES . Pytb. od.
- (9) SPANHEMIUS . 1.1.
- (10) IDEM. In Callimachi bymn. in Cererem ad v.25.
  - (11) IDEM. In Callimach bymn in Delum.
  - (12) Anna Fabri . In Callimach.bymn.in Cererom v.25.
  - (13) COMMENTARIO in monumentum I.
  - (14) MURATORIUS . Vide eius indicem nominum Graecor. class.xvII.
  - (15) CHOEROBOSCHUS. Opusculo scripto, πρός τές εν πάσι τος βήμασι κάνονας ζητέντας, καλ δμοίστητας, ad eos qui in omnibus verbis regulas quaerunt & hmilitudines,
  - (16) QUINTILIANUS. Inflitution. orator. lib.L. cap.vI.
  - (17) SEXT. EMPIRICUS. adve fus grammaticos lib.l. cap. 10. num. 209.
  - (18) GRUTERUS. LXXVIIII. 6. DCCXVII.
  - (19) GORIUS. Inscription Donian. cl. 1111, num 67.
- (20) MURATORIUS . N.Tb. DCXXVIIII.I.
- (21) SPONIUS. Miscell. erudit.antiquitat. sect.x. num.xciil.
- (22) ESYCHIUS . V. 'Appérav .
- (23) MARTORELLIUS. Theca calamar. tom.il. lib il. cap.vl. part.iil.pag.632.
- (24) HESYCHIUS . V. 'Ayopévery .
- (25) SPONIUS. Miscell. erudit. antiquit. sect.x. num.xxIII.
- (26) REINESIUS . Syntagm. antiquit. infeription. cl.v- num.LII.
- (27) MURATORIUS. N. Tb. DXLVI. 2. DLVIII.1. DLXVIIII.1. DLXIII.1.
- (28) GRUTERUS.XXX.10.CXXVI.CCLIII.6.
- (29) GOTHOFREDUS. ad leg. 7. de Pistorib. D.
- (30) AESCHINES. in Timarch.

- (31) PLUTERCHUS. Oratione. au fani sit gerenda respub.
- (32) IDEM . ibid ..
- (33) DIDYMUS CLAUDIUS de analogia.
- (34) MEURSIUS. Glossar. Graeco barbar.
- (35) MARMORA OXONIEN. in append. num.xvI.
- (36) PACIAUDIUS. Marmor. Peloponnef. tom. 1. pag. 199.
- (27) GRUTERUS. DCCLX.6.
- (38) MURATORIUS. N.Th.CLVI.i.CML.i. MLXHII.3. MLXXXVI.2. MCCLXXXVII.7. MCDXXVI.5. MCDIXVIII.3.
- (39) MARMORA OKONIEN. part. II. num.
- (40) MURATORIUS. N. Tb. DCLXVIII. 1. MLXXXI.4.
- (41) MARMORA OXONIEN.par. 1.n.xxvIII.
- (42) MEURSIUS. Themis Attica lib. Il. cap.xIII.
- (43) SNELLUS WILLEBRORD. de re nummar.tom.ix.antiquit.Graecar Gronov i.
- (44) HARPOCRATION. V. από Μισθωμάτων.
- (45) DIOGENES LAERTIUS in Solone.n.53.
- (46) Tullius. in Verr. adion. 11. lib. 111. num. vI.
- (47) HENRICUS STEPHANUS . V. Δαπνίζω.
- (48) IGNARRA. de Palaestra Neapolitan. cap.II. pag.26. & seq.
- (49) MAFFEIUS. Art. critic. lapidar. lib. 111. cap. I. can. vil. col. 128.
- (50) SPONIUS. Mifcell. erudit. antiquit. fect.x. num.xLI.
- (51) MURATORIUS. N. Tb. DLXXVIIII. 1.
- (52) CHISHULLUS. Antiquitat. Asiatic. par. I. pag. 4.
- (53) IOAN. FRIDERIC. LEISNERUS, in\_additionib. ad librum Lamberti de Bos, inferiptum: Ellipses Graecae. v. "Αν-δριας.
- (54) PLINIUS. Hiftor natural. lib. XXXIII. cap.v.
- (55) MURATORIUS . N.Th. DLX. 1.
- (56) IDEM. ibid. DLIII.3. DLIIII.2.DLV.3.
- (57) IDEM . ibid. DLIIII. 1. DLVII.4.
- (58) IDEM. ibid. DLVIII. 1.
- (59) IDEM. ibid. DLXVIIII. 4.
- (60) IDEM. ibid. DLXI. 1.
  (61) PASSERIUS. Offervazioni fopra alcuE e 2 ni mo-

ni monumenti dei Mafto Mani fez. il. pag.xviiil.

(62) PACIAUDIUS, Monumenta Pelopona. com.ii. pag.6.

(63) Chishullus . Antiquient. Afairic. par.il. psg.6. num.v.

(64) MURATORIUS . N.Tb. MERVII.4.

(65) GRUTERUS. MXC. 11.10. MXCMII.4. MCII. 1.

(66) Sportus. Miscell. erudit. untiquit. sect. num.xxxvIII. xLl.

# MONUMENTUM VI COMMENTARIO ILLUSTRATUM

OTEAN MENTERS

### ΣΥΝΟΨΙΣ

#### COMMENTARII

#### IN MONUMENTUM VI

S. I. Q Uaedam praemonentur ad buius monumenti lectionem spectantia; atque affertur eiusdem Latina interpretatio.

S. II. Grammaticales formulae, quibus in veteribus ἐωιγραφαίς exprimi solent urbium nomina.

S. 11I. Aliae buiusce generis formulae recensentur, atque illustrantur.

S.1111. Plura indicantur elogia, quae cum urbium nominibus solent in antiquis ἐπιγραφαῖς coniungi.

§. v. De generis nobilitate magna fuit apud Graecos opinio. Raro autem baec generis nobilitas in veteribus monumentis exprimi solet.

S. vI. Agonothetam diversum suisse ab Athlotheta tradunt veteres.

Hos immerito prorsus reprehendit PITISCUS, cuius resellitur opinio.

S. viI. Refellitur etiam, ex hac ἐωιγεαφῆ aliisque argumentis opinio VAN-DALEI affirmantis, Agonothetae munus fuisse temporarium.

§. VIII. Singularis prorsus est in hoc monumento Iovis βελαίε mentio, de quo veterum quaedam adducuntur testimonia; illa vero PAUSANIAE, & ANTIPHONTIS illustrantur.

§. VIIII. Proponitur quaestio: Cur oratores Athenienses per Vestam βελαΐαν, non autem per Minervam βελαΐαν, nec per Iovem ipsum βελαΐον iurare solerent?

S. x. Eadem quaestio solvitur, propositis rationibus, ob quas potissimum per Deam Vestam βελαΐαν iuraverint; ex quibus intelligitur, cur non solerent adeo frequenter per Minervam, vel per Iovem βελαίες iuramenta concipere.


5. x I. Solis & Lunae cultus a prima idololatriae origine supremus suit; sed deinde supremum hunc cultum obtinuit suppiter.

S. XII.

S. xII. Explicatur sententia MACROBII, Deos amnes ad Solem referentis; ac brevissime oftenditur Deorum diversitas.


S. XIII. Nunc primum in Graeca ἐπιγραφη Lunae nomen apparet, & tot
Deorum in uno homine sacerdotium, in eaque etiam rara admodum τῶν θεῶν ἐπιφανες άτων nuncupatio.

#### MONUMENTUM VI



#### COMMENTARIUS

S. I.



nent vel prorsus vel fere integra, quaedam sunt mihi impervia, quaedam vero non sine aliquo labore satis perspecta. Quae ego legerim, suppleverim, atque immutaverim, ex eadem in 1960 parvo charactere expressa erit perspicuum; quae vero mihi difficul-

Digitized by Google

ficultatem adhuc pariunt, ingenue indicabo. Est enim monumentum hoc ab aliqua civitate ad honorem cuiusdam viri cl. Agonothetae, & sacerdotis excitatum; at urbis seu populi nomen, quocumque adhibito studio numquam licuit apud geographos reperire, ut in marmore exsculptum est, vel ad eius similitudinem quamproximam, licet innotescat, lapidem advenisse ex Peloponnesi littoribus, quae nunc vulgo dicuntur anostris Coste meridionali della Morea. Fortasse in ipso lapide nil deest, ubi legitur ignotum illud populi nomen in plurali casu secundo; sed hoc certissimum non est; adeoque ab eo definiendo abstineam, quamvis illud esseram, sicuti in marmore verosimilius apparet. En itaque idem monumentum parvo charactere Graeco, & cum Latina versione expositum:

Ή λαμπρὰ τῶν λυθε κέων πόλις
Μάρ. Αυρ. Καλλόκλεα
Νακάνδρε ἐυγενες ατον ἄιωνιον ἀγωνοθέτην τὸν ἰερέα τῶν
ἐπιφανες άτων
Θεῶν Διὸς βαλαίου καὶ Ἡλία καὶ Σελήνης καὶ ᾿Ασκληπιοῦ καὶ Ὑγίας καὶ

Inlustris Lytheceorum civitas
Mar. Aur. Caloclem
Nicandri fil. nobilissimum, perpetuum agonothetam, sacerdotem
praesentissimorum
Deorum Iovis consiliarii, & Solis, & Lunae, & Aesculapii, & Ygiae, &

#### S. 11.

Plura sunt in hoc monumento animadversione dignissima, quae eius rationem ac pretium magnopere commendant, quaeque identidem suis locis erunt a nobis observanda. Elegans vezo in primis est ea loquutio: H AAMIPA TON ATOEKEON SIOAIE; ut norunt Graecae linguae studiosi. Vix alteram huic similem. vidi apud Muratorium (1) nempe: H AAMIPOTATH METAPEON SIOAIE. Sed observanda heic generatim est ratio, qua urbium. nomina in honorariis huiusmodi interparasis solent a Graecis exponi. Ac principio quidem raro admodum contingit, ut in huius

ius generis monumentis ipsum nomen urbis in recto collocetur; sicuti in superiori, quam illustravimus ἐπιγραφῆ dicitur: Η ΙΕΡΑ ΟΥΠΗΣΙΝΑ. Plerumque enim ponitur νοχ ΠΟΛΙΣ cum urbis nomine, quod ad populi nomen redactum in casu secundo expressum est: idque variis prorsus modis, nempe vel ante, vel post posita voce ΠΟΛΙΣ, maiori vel minori linguae elegantia. Enexempla quaedam: apud Muratorium (2) Η ΠΟΛΙΣ ΣΕΒΑΣΤΗ-ΝΩΝ ΛΑΜΙΕΩΝ civitas Sebastenorum Lamiensium, & apud Cyria-cum Anconitanum (3): Η ΠΟΛΙΣ ΠΑΛΕΩΝ ΤΗΣ ΚΕΦΑΛΙΝΙΑΣ civitas Palensium Cephaleniae. Sic in ditissimo Museo Nanio, apud Paciaudium (4) ΠΟΛΙΣ Η ΤΩΝ ΕΡΜΙΟΝΕΩΝ urbs Hermionensium: elegantius vero in Muratorii (5) Thesauro a ΠΟΛΙΣ A ΤΩΝ ΑΡΓΕΙΩΝ civitas Argivorum; & in eodem (6) Η ΠΟΛΙΣ Η ΤΩΝ ΓΑΖΑΙΩΝ, urbs Gazaeorum: aut postposita voce ΠΟΛΙΣ apud eumdem Muratorium (7) ΛΑΜΠΑΙΩΝ Η ΠΟΛΙΣ Lampaeorum civitas, vel η μεταρεΩΝ ΠΟΛΙΣ, Megarensium civitas.

S. 111.

Quoniam vero monumenta huiusmodi in iis ipsis urbibus erigebantur, quae honorem alicui decernebant; proinde proprium urbis nomen saepe in his imigrapais reticetur; posita solummodo voce nome, vel h nome; cuiusmodi plura videre est apud laudatum Muratorium (8), apud quem perpetuo ita inferibuntur honorariae interpapai, quae dicuntur Lacedaemone. repertae. Unicum vero mihi occurrit apud eumdem auctorem (9) monumentum, quod dicitur Thyatirae inventum, cui praescribitur H NATPIZ, patria. Alterum autem affert idem Mu-RATORIUS (10), quod ad Thyatiram pariter pertinet, in quo non H NATPIE, nec H NOAIE, sed inscriptum est H BOTAH KAI O AHMOS, senatus & populus: quod quidem aequivalere censeo alteri vocabulo H NATPIZ, vel H NOAIZ; fenatus enim & populus universam urbem repraesentant. Ita semper in honorariis monumentis Palmyrenis eadem habetur apud Muratorium (11) inscriptio: H BOYAH KAI O AHMOZ. Sic in Atheniensibus huiusmodi ἐπιγραφαϊς non memini me umquam legisse, Η ΠΟΛΙΣ, sed tantum H BOTAH KAI O AHMOS; vel magis distincte apud CYRIA-CUM Anconitanum (12): H EE APEIONATOY BOYAH KAI H BOYAH Ff2

TON ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΩΝ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ, fenatus Areopagiticus, & fenatus quingentorum, & populus Atheniensium; quibus quidem formulis tota Atheniensium civium congeries comprehenditur; sive senatus secundo loco ibi commemoratus των ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΩΝ quingentorum, sur sive pro temporum diversitate, dumtaxat ΤΡΙΑΚΟΣΙΩΝ tercentorum, ut apud MURATORIUM (13), vel amplius etiam των ΕΞΑΚΟΙΣΙΩΝ fexcentorum, apud eumdem (14). Quandoque pro nomine ΠΟΛΙΣ, vel ΠΑ-ΤΡΙΣ habetur vox κοινον; ut apud Montfauconium (15) κοινον γαλατών commune Galatarum, seu κοινον των γαλατών, ut apud Gruterum (16). Demum aliquando nomen urbis alicuius ad nomen populi redactum in recto exponitur; ut in Muratoriano thesauro (17) αβγδενοι.

S. 111I.

Iamvero ipsis aliquando civitatibus additur vox aliqua honoris. Illa de qua differimus dicitur AAMIIPA, splendida, illustris; fic apud Muratorium (18) BOTAH KAI AHMOS THE AAMIIPASIAS ΠΟΛΕΩΣ ΤΑΥΡΟΜΕΝΕΙΤΩΝ, senatus & populus splendidae urbis Tauromenitarum; quamquam yox λαμπεασία apud lexicographos defideretur. Sed AAMIIPA dicitur H HOAIE TON FAZAION, immo ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗ splendidissima urbs ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ Smyrnaeorum, ut paullo post erit dicendum. Sed aliquando etiam ipse urbium. fenatus eodem honoris titulo decoratur; ut apud Tournefor-TIUM (19) DOFMATI THE AAMPPAE FORTYNION BOYAHE decreto splendidi Gortyniorum senatus; qui etiam appellari quandoque in veteribus monumentis folet KPATIZTH, supremus, five potentissimus; ut apud Muratorium (20), & in Marmoribus Oxoniensieus, ut mox dicemus. Sic etiam urbs aliqua vel nuncupatur tantum IEPA, facra, ut in his Musei Nanii monumentis OTTIIZI-NA, de qua superius (21) disseruimus; vel IEPA KAI AZYAOZ sa. cra & asyli iure praedita, ut paullo infra. Mirum vero est, quod a Chishullo (22) vox ASTAOS faepe inspoliata reddatur, quum ex ἐπιγεαφῶν contextu compertum omnino sit, reddi eam debere iure asyli praedita; neque enim illud inspoliata, nisi vim aliquam vocibus inferas, aequivalere potest alteri formulae: iure asyli praedita. Quum autem Rom. Imperatorum temporibus civita-

vitates plurimae Graecorum Romano subiicerentur imperio: ideo quae ab hoc libera effet, EAETOEPA dicebatur KAI ATTONO-MOZ libera & propriis utens legibus, ut apud MURATORIUM (23) Η ΠΟΛΙΣ ΠΑΛΕΩΝ ΤΗΣ ΚΕΦΑΛΙΝΙΑΣ ΕΛΕΥΘΕΡΑ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΣ: aliqua vero folum appellatur ATTONOMOS. Paucissimae autem funt urbes, quae in antiquis marmoribus haec praeseferant honoris elogia; in veteribus nummis aliqua funt frequentiora.; ut videre est apud Spanhemium (24). Multo vero pauciores sunt in quibuslibet antiquorum monumentis urbes, quae plures sibi laudes tribuant, ut Gazensium civitas, quae in Muratoriano thefauro (25) dicitur: ΙΕΡΑ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΣ ΠΙΣΤΗ Η ΕΥΣΕΒΗΣ ΛΑΜΠΡΑ ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΗ ΕΚ ΈΝΚΛΥΣΕΩΣ ΤΟΥ ΠΑΤΡΙΟΥ ΘΕΟΥ, facra & asyli iure praedita, suisque utens legibus, fidelis, pia, splendida, & magna ex Enclyseo patrio Deo. Nulla vero maiorem de se ipsa opinionem in veteribus imigeavais commonstrat, quam Smyrnaeorum civitas, de qua in Oxoniensibus Marmori-BUS (26) dicitur: H KPATIETH BOYAH THE MPOTHE THE AEIAE ΚΑΛΛΕΙ ΚΑΙ ΜΕΓΕΘΕΙ ΚΑΙ ΛΑΜΠΡΟΤΛΤΗΣ ΚΑΙ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ... ΚΑΙ ΚΟΣΜΟΥ ΤΗΣ ΙΩΝΙΑΣ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΟΛΕΩΣ. Praeftantissimus senatus primae per Asiam pulchritudine & magnitudine, & splendidissimae, & metropolis Asiae ... & ornamenti Ioniae. Smyrnaeorum civitatis.

**s**. v.

Nunc aliqua dicamus de M. Aur. Calocle, quam splendida illa urbs monumento honoravit. Hunc in primis laudat, ut virum ETTENESTATON nobilissimum; neque enim corruptam illam vocem, quae in hoc lapidis loco est, melius restituere possum. Nam etsi huiusmodi vox apud Lexicographos non appareat; attamen iuxta grammaticorum canones rectissime deducitur apositivo iuyemi, quin ulla mihi donanda ab eisdem sit amica in eorum messem facultas. Sed difficultatem omnem removet vetus intippami apud Cyriacum Anconitanum (27), quae nobis exhibet m. avp. nankpatidan earanim estimum civem. Iam. vero licet plures eidem voci iuyemi; subiectae sint significationes; ea tamen, quam tradidimus, est tantummodo amplectenda; cete-

ceterae enim non videntur heic sibi locum vindicare posse. Qua de re quisque iudicare poterit, quin eas afferre, atque examini fubiicere teneamur. Iamvero de generis nobilitate, quae fuerit veterum, ac praesertim Graecorum existimatio, adeo diligenter, copioseque exposuit doctissimus Paciaudius (28), explicans aliud praeclarum Musei Nani I monumentum, ut eruditis eiusdem observationibus nil plane addi posse videatur. Illud tantummodo superest observandum, raro admodum in veteribus impeaçais de hac generis nobilitate, sicuti etiam de divinageneris origine mentionem expressam haberi. Fortasse enim plurimi generis nobilitate praettantes dignoscebantur, iuxta diversa rerumpub. systemata, ex officiis & muneribus, quae in ipsis monumentis eosdem gessisse declarabatur. Quare nobis non licet huiusmodi formulas colligere, quibus hanc nobilitaten commonstrare solerent; ut inde constaret illius pretium, quaein hoc nostro monumento posita est. Ex ea tamen patet, M. Aur. Calocem multae nobilitatis virum fuisse.

#### S. vl.

Quum autem hic tanta generis nobilitate praestaret, merito fane in primis urbs illa eum laudat ut AIQNION ATQNOGETHN, perpetuum agonothetam. HESYCHIUS (29) distinguit inter dywoodτην & άθλοθέτην, inquiens: άθλοθέτης δ μόνα γυμηκά, άγωνοθέτης δε ό τὰ μεσικὰ ἀκροάματα διατιθέμεν . idest Athlotheta, eft qui sola qumnica, agonotheta autem, qui musica certamina disponit. Hanc HESYCHII distinctionem animadvertens Sigonius (30) observat, scriptum a Plutarcho (31), Periclem in Panathenaeis musicum. agonem instituisse, eumque ipsum athlothetam declaratum ordinasse ita ut iudicaret, quomodo certantes aut tibiis aut voce, aut cythara canere oporteret. Hinc ergo consequens est, Athenis hoc fuisse munus athlothetae, quod Hesychius generatim loquutus, agonothetae adscribit. Ammonius etiam apud Ioan. GRINAEUM (32) tradit agonothetas esse τῶν σκηνικῶν, athlothetas vero run yummun; atque in eadem sententia est pariter Sul-DAS (33). Ita etiam sensisse Sigonium auctor est Pitiscus (34); at Sigonius ideo Plutarchum de Pericle loquentem laudavit, ut illum Hesychio opponeret. Quod autem addit Priiscus, inscite cos facere, qui athlothetas ab agonothetis seiungendos putant; non fatis quidem hoc demonstrat. Nam quod PAUSA-NIAS (35), quem άγωνοθέτην vocaverat, mox άθλοθέτην appellet, quodque Themistius (36) non folum athlothetas, sed etiam. agonothetas nuncupet eos, qui cursoribus in stadio praemia tribuerent; haec inquam, quae funt PITISCI argumenta, haud fatis probant, quod ipse magnopere vellet. In primis enim. grammatici illi eruditissimi, qui eam distinctionem tuentur agonothetam inter & athlothetam, non videntur illam defendere ex eo, quod grammaticis rebus studuerint; neque enim in iis vocibus, spectata earum origine, quidquam est, quod distin-&ionem illam commendet. Ipsi ergo eam adnotantes loquuntur, ut aequum est indicare, de moribus, qui vel sua aetate, vel in locis faltem, quae iidem habitabant, obtinuerint. Neque enim verosimile est, tot tantosque viros in huiusmodi rehallucinatos fuisse, ut irridendi vel reprehendendi sint, quod inscite eam distinctionem vel excogitaverint, vel ab aliis excogitatam admiserint.

#### S. vil.

Illud praeterea observandum, quod huiusce monumenti pretium adauget, M. Aur. Caloclem non dici tantum AΓΩΝΟΘΕ-THN, fed AIONION ATONOGETHN, perpetuum aganothetam. Quod quidem erroris non vulgaris arguit VANDALEUM (37) de agonothetis ita scribentem: Illud autem agonothetae munus aeque ac gymnafiarchae non perpetuum five ad vitam erat, sed semel, bis, terve ac procul dubio quandoque pluries adeoque diversis admodum temporibus, ab hominibus electis administrabatur sive in pentaeteridas, sive aliter fieret. Haec autem se probasse putat Vandaleus ex veteribus in quibus afferitur, aliquem fuisse agonothetam pluries. Sed vetera illa monumenta nil aliud sane probant, quam agonothetae munus temporarium fuisse iis in locis, ad quae eadem monumenta spectant; non autem ubique eam suisse confuetudinem, adeo ut nullibi prorsus exstiterit agonotheta Alà fis, five dising, perpetuus. Quamvis vero non innotescerent VANDALEO earum urbium monumenta, quae perpetuos agonothetas exhiberent, nulla tamen aderat ratio, quae cogeret scriptorem illum, ut agonothetas omnes statueret fuisse temporarios. Nulla enim excogitari potest Graecis omnibus communis lex, quae id praeciperet; ac multo minus probari posset; eamdem legem quolibet tempore apud Graecos omnes perpetuam mansisse; praesertim quum quaelibet sere Graecarum urbium suas haberet leges, suasque servaret consuetudines, & quum nulla forte natio adeo fuerit in suis moribus inconstans. quam illa Graecorum fervidissima. Sic ut aliquod afferam. exemplum, Athenienses habuere primum archontes perpetuos, tum decennales, postremo annuos. Inter Graecorum sacerdotes aliqui recensentur in veteribus in veter feu perpetui, ut apud Gruterum (38); atque ut aliud ad rem. aptius exemplum adducam, est apud eumdem (39) ETETAPXHE AIA BIOT xystarcha perpetuus; immo apud Cyriacum (42) Anconitanum videmus EEE. HOM. EHATAAON ... Sex. Pom. Spatalum, primo ΔΙΣ ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΝ bis gimnafiarcham, deinde ΑΙΩΝΙΟΝ TYMNAZIAPXON perpetuum gymnasiarcham. Ex quibus sane deducere faltem poterat VANDALEUS non repugnare, quin etiam adeffent perpetui agonothetae; praesertim quum ratio huius muneris ea non sit, quae ex natura sua virum flagitet, qui tantummodo ad definitum aliquod tempus eo perfungatur officio; sed ficuti alia plura, ita pariter perpetuum esse potuit hoc munus, sicuti perpetuum obtinuit M. Aurelius Calocles.

#### S. VIII.

Hunc praeterea laudat incognita illa urbs, ut TON IEPEA ΤΩΝ ΕΠΙΦΑΝΕΣΤΑΤΩΝ ΘΕΩΝ ΔΙΟΣ ΒΟΥΛΑΙΟΥ κ. λ. Sacerdotem prae-ftantissimorum Deorum, Iovis consiliarii &c. Ex hoc autem magis magisque dignoscitur huiusce monumenti praestantia singularis. Nam Iovis quidem βελαίε mentio est apud veteres aliquos scriptores, quorum testimonia erunt mox adducenda; sed inantiquis marmoribus altissimum est, quod ego noverim, de eo silentium. Itaque Iovem ita appellatum invenio a Phurnuto (41) Mythologo, inter plura, quae ipse recenset huius supremi ethnicorum Numinis elogia. In promptu vero funt Demosthenis, Pausaniae, & Antiphontis loca, in quibus & Iovis βελαίε nomen & cultus etiam indicatur. Demosthenes (42) scribit, Io-

vi

vi βυλαίφ fieri festa εἰσιτήρια Athenis consuevisse ἐπὶ τῆς βυλῆς, a senatu. Namque, ut refert Pausanias (43) πλησίον τῶν πεντακοσίων καλεμέτ ของ Budeuthelev oi Budéuuriv eviautov Adnyaleis. Budalu de ev auto หลังสน Coavor Διος και 'Απόλλωνος. In proximo eorum, qui quingenti appellantur, senatus est, qui annuatim Atheniensibus praesunt; quo quidem in senatu est simulacrum Iovis βελαίε consiliarii, & Apollinis: Ex Anti-PHONTE (44) vero defumi potest ratio, propter quam simulacrum hoc in senatu exstaret. Inquit enim: ἐν ἀυτῷ βυλευτηρίω Διὸς βυλαίυ, και 'Αθηνας βυλαίας ίερον έςτι, και είσίοντες οι βυλευταί προσέυχονται, in quo senatu templum est Iovis confiliarii, & Minervae confiliariae, in quo senatores ingressi orant. Si enim ethnici illi, iuxta eorum. falsa principia, Iove consiliario indigebant; eo sane quammaxime opus habebant in senatu, ubi quidquid ad commune reipub. bonum erat definiendum, senatorum consiliis, iudiciisque perficiebatur. Hoc autem in loco videndum est, quomodo ANTIPHON, & PAUSANIAS fimul conciliandi fint. Uterque enim. de Atheniensium βελευτηρίφ senatu loquitur; Pausanias autem Io-Vis βελαίε & Apollinis fimulacrum, Antiphon vero Iovis βελαίε, & Minervae Budalas templum in eodem senatu constituit. Verum nil repugnat, quominus in senatu ipso & adesset templum huiulmodi, in quo colerentur Iuppiter βελαίω, & Minerva βελαία, & in quo etiam, si velis, exstarent utriusque Numinis simulacra; in alio autem eiusdem senatus loco adessent statuae seu simulacra quaecumque ipsius Iovis βυλαίν & Apollinis. Ex temporum etiam diversitate, quamquam non est necesse, explicari facile potest utriusque illius scriptoris assertio.

#### S. VIIII.

Praeter Iovem, nullum alium video Numen a Graecis hoc agnomine donatum nisi Minervam & Vestam. De his autem non est cur proferam veterum testimonia; quae & iam ameursio (45) fere omnia collecta sunt, & ad hoc monumentum illustrandum non sunt plane necessaria. Illud vero videtur heic saltem praemonendum, quod observat Mausacius in Harpocrationem (46), nempe vix ullum esse oratorem, qui non meminerit Vestae servalas, qui nimirum per hanc in suis orationibus non iuraverit. Harpocration enim de oratore Dinarcho reasers.

fert, quod in quadam declamatione dixerit: μαρτύρομαι την Έςίαν, την βυλαΐαν, την έν τη βυλή ίδρυμέρην, teftor Vestam βυλαΐαν in senatu sedentem. Ex hoc enim explicatu difficile admodum videtur, cur oratores Athenis iuraverint per Vestam Bedaiar, non autem per Minervain, quae erat maxima Atheniensium patrona, quinimmo nec per Iovem bedaier, quem & ipsi Athenienses Decrum omnium supremum venerabantur, & quem cum Minerva fenatores βυλευτήριον ingressi exorabant, ut consiliarii. Namque Athenienses non solebant Scytharum more 'Isiny μέν μάλιςα, ἐπὶ δε Dia, Vestam quidem praecipue, postea Iovem venerari, ut de illis tradidit Herodotus (47); sed ut ex omnibus Graecorum poetis aliifque eorumdem scriptoribus intelligi potest, iidem Athenienses Iovem colebant, ut supremum Deorum omnium patrem, dominum, & regem. Qua de re alibi iam a nobis aliqua dicta funt (48), aliaque etiam dicenda erunt, ubi Latina eius dem Musei Nani I monumenta illustrabimus. Itaque videtus potius debuisse ab oratoribus iuramenta concipi per Iovem \( \beta\_{\text{se}} \) λαίον, aut etiam per Minervam βελαίαν, quam per Deam Veflam, licet & ipsa The Budalas cognomen fuerit apud Athenienfes adepta.

§. x.

Nos autem reddere rationem possumus, cur per Deam. Vestam iuraverint, ex quo forte consequens erit, cur nec Iovem nec Minervam solerent adeo frequenter ut Vestam in iuramentis nuncupare. Erat enim apud Graecos proverbium: do 'Esías μχε, a Vesta incipe; mos autem eorum fuit, ut in omnibus sacrificiis Vestae offerrentur primitiae. Hoc nempe a Iove obtinuit, postquam ipsa Diis opem tulit adversus Titanes, ac vetiti sunt ne imperium susciperent, quod suppiter coepit; w) мта тайта, ut scribit Aristocritus (49) apud NATALEM COMI-ΤΕΜ (50) έτω νενόμις αι έν τοῖς ἱεροις τὰς ἀπαρχὰς ἀπάντων τῶν θυομένων πρώτη δεναι Έςή, ita vero postea sancitum est in sacris, ut primum. omnium, quae sacrificabantur, primitias Vestae offerrent. Quod etiam ex Aristophane (51) eiusque Scholiaste intelligi potest. Iam vero, ut de Vesta Graecorum admonet CICERO (52) vis eius ad aras & focos pertinet; erat autem in Prytaneo, quod idem idem esse cum βελευτηρίω probat Vandale (53) ara erecta, in qua perpetuus asservabatur ignis, quam aram Pollux (54) Vestam appellavit, inquiens: ἐφ' ὧν δὶ θύομεν, ἢ πῦς ἀνακαίομεν, βωμὸς, θυματήριον, Ἑςία, ἔνιοι γὰς ἔτως ἀνομάκασιν, ἔτω δ' ἄν πυριώτατα παλοίης τὴν ἐν πρυτανείω, ἐφ' ἦς τὸ πῦρ τὸ ἄσβες ον ἀνάπτεται, super quibus sacrificamus, aut ignem accendimus, altare, accerra, Vesta: nonnulli enim sic appellarunt. Sic sane aptissime illam, quae est in Prytaneo, vocaveris; super qua ignis ille perpetuus ardere solet. Ovidius (55) autem recte cecinit:

Nec tu aliud Vestam, quam vivam intellige slammam:
Quod ex Graecis eum mutuatum esse iure coniicimus. Phurnutus (55) enim perpetuum ignem Vestae dicatum affirmat: τὸ δ΄ τὰ ζῶν πῦρ ἀποδίδοται τῷ Ἑτία. In iuramentis praeterea aras tangebant accenso igne aestuantes: quem ritum respexit Virgilius (57) in celebri foedere Aeneam inter & Latinum, in quo pangendo alter ex his dixerat:

Tango aras, mediosque ignes, & Numina testor.

Qui ritus pariter desumptus dici potest ex Graecis, qui eodem utebantur; ut iam probavit Potterus (53). Hinc ergo perspicuum, cur oratores Athenienses per Deam Vestam iurarent, eamque in testimonium orationis vocarent. Quae ratio quum eidem Vestae peculiaris omnino suerit, iuxta theologicas Graecorum doctrinas; hinc etiam compertum esse potest, cur oratores illi nec per Minervam, neque per Iovem ipsum, Deos consiliarios iuramenta in suis declamationibus solerent adeo frequenter concipere, sicuti per Vestam servair.

S. xL

Post Iovem BOTAAION recensentur immediate in hoc monumento Numina HAIOT KAI SEAHNHS Solis & Lunae, quorum sacerdos suit M. Aur. Calocles. Quod autem omnes sere ethnici Iovem secerint Deorum omnium supremum, hoc non a prima idololatriae origine repetendum est, sed potius abs gentiums studio, quo ipsam idololatriam ad aliquod systema revocarunt. Enim vero & ratio ipsa suadet & confirmat scriptorum veterum auctoritas, inter Numina primo a gentibus excogitatas suisse Solem & Lunam; necessitas enim atque utilitas Deos perit.

Digitized by Google

perit. Quum autem maximam esse omnes dignoscerent Solis & Lunae in humanis rebus necessitatem utilitatemque, ac praeterea eosdem cernerent planetas in summo caelo semper consistere; hinc tamquam supremos humanarum rerum, quae ad vitam pertinent, moderatores venerari coeperunt. Quod quidem princeps philosophorum Plato (59) ipse testatur. Hinc Lybiae populi quum Solis & Lunae in humanum genus beneficia. intuerentur, de Diis reliquis nil plane folliciti, iisdem tantum numinibus Soli & Lunae facrificia offerebant, ut narrat Hero-DOTUS (60) : θύκσι δε Ήλίφ και Σελήνη μένεισι τε τοισι μέν νύν πάντες Λίβυες θύνσι, facrificant Soli & Lunae tantummodo: quibus omnibus Lybiae populi solent immolare. At ceteri fere omnes populi ab antiquissimis temporibus agnovere, aliquem admittendum esse planetarum Solis & Lunae auctorem, rerumque prorsus omnium rectorem & dominum. Quare Solis & Lunae genitores fabulati funt; atque omnes fere Iovem a remotissimis, ut aiebam, temporibus constituere totius universi, atque omnium etiam Deorum principem; quod sane ex yetustissimis scriptoribus, ac praesertim poetis adeo compertum est, ut demonstratione non indigeat.

S. xII.

Novi quidem Macrobium (61) ingeniose eruditeque probasse, omnia Numina, ipsumque Iovem ad Solem referri, omniaque unum esse Deum Solem. At neminem arbitror ex eruditis fore, qui hoc partim acutissimo Macrobil ingenio, partim cuidam veterum mythologorum inconstantiae, partim etiam alicui quae inter Deos omnes essingebatur, consensioni tribuendum essenon existimet. Ceterum diligenter inspecta antiquorum Aegy ptiorum, Graecorum, Romanorumque theologia adeo evidens est, apud eos diversa fuisse Numina, ut nil magis perspecuum esse possit. Namque, ut vix attingam, quod longiori dissertationis opus esset, quis non videat ex diversa Deorum genealogia, & actionibus diversisque admodum earumdem gentium erga diversos Deos ritibus varios revera distinctosque omnino Deos ab iisdem excogitatos, cultosque fuisse? Namquinsinitae ferme sunt Deorum generationes, locis, temporibu

ali

aliisque circumstantiis omnino distinctae ac prorsus diversae. Actiones vero tot Deorum quis umquam ad unum eumdemque revocare valeat? Sunt enim inter Deos pugnae & iurgia; sunt quidam caelibes, sunt vero ceteri secundissimi: sunt qui iustitiam colunt, qui vero furtis patrocinantur; qui plura alia committunt scelera, quae ab aliis magnopere improbantur. Sunt que innumera in quibus sibi ipsis vehementer adversantur. Atque hinc etiam diversi atque invicem contrarii ritus, qui proportione responderent diversis Numinum actionibus, ac tutelis. Quod quum ex pluribus veterum monumentis exploratissimum sit; ex hoc etiam compertum esse reor, in quo M. Aur. Calocles tamquam diversorum Deorum sacerdos commendatur.

An vero in ea urbe, ad quam hoc spectat monumentum. ille fervatus fuerit a mythologis Deorum ordo, qui in eodem conspicitur, quis audeat affirmare? Quum praesertim post Numina Solis & Lunae in ipfo appareant cetera Aesculapii & Hygiae, & quum aliorum insuper Deorum, ut ex postrema particula KAI perspicuum sit, mentio suerit in eadem inizeass. Illud potius heic erit observandum primo, plures esse inter Romanorum inscriptiones veteres, quae Deos habent Solem & Lunam simul coniunctos, tamquam Deos συννάες και συνθεόνες, at nulla mihi um-, quam occurrit Graeca huiusmodi ἐωιγραφή. Quin etiam aliqua... tantum ex Graecis "Halor exhibet; nullam vero adhuc vidi, quae Σελήνην praeseferat. Quare ex hoc pariter non mediocre pretium huic monumento accedit. Quod etiam ex eo auctum maxime intelligo, quod inter Graecas ἐπιγεμφὰς nullum alium... comperi, qui tot praesentissimorum Deorum sacerdotio fun-Clus fuerit. Nam praeter facerdotium ΔΙΟΣ ΒΟΥΛΑΙΟΥ ΚΑΙ ΗΛΙΟΥ KAI ZEMHNHZ habuit etiam M. Aur. Calocles alterum AZKAHIHOT KAI TTIAZ, Aesculapii & Hygiae, Deorum nempe συννάων, κών συνθεόyer, & aliorum insuper, quorum nomina temporum iniuria, vel ineruditorum oscitantia periere . Hi autem Dii omnes, quorum facerdos fuit M. Aur. Calocles, dicuntur ἐπιφανές ατοι, quod Deorum elogium raro admodum in veteribus monumentis legitur. Vix enim reperi inter Graeca ΗΒΩΝΙ ΕΠΙΦΑΝΕΣΤΑΤΩ  $\Theta$ E $\Omega$ .

#### 238 MONUMENTA GRAECA EX MUSEO NANIO.

ΘΕΩ, apud Gruterum (62). Postremo ne quid praetermissum a nobis sit, cognomen illud βελείω, quod Iovi tantum, Minervae, ac Vestae tributum vidimus, illud etiam Caesari Augusto, & Hadriano Impo dumtaxat adscriptum comperi. Siquidem apud Chishullum (63) est nummus Pergamenorum. inscriptus ΣΕΒΑΣΤΩ ΚΑΙΣΑΡΙ ΒΟΥΛΑΙΩ; in ipso autem locupletissimo Museo Nanio apud Paciaudium (64) est vetus Abeatarum inlaudem Hadriani Imp. ἐπιγραφὶ, cuius initium est: ΒΟΥΛΑΙΟΥ ΑΔΡΙΑΝΟΥ; de quo cognomine, sive elogio alibi (65) a nobis dictum est.

- (1) MURATORIUS . N. Tb. DIXI. 1.
- (2) IDEM . ibid. DL. 3.
- (3) CYRIACUS Anconit. Epigramm.pag.x11.
- (4) PACIAUDIUS. Marmora Pelopon.tom. II. pag. 113.
- (5) MURATORIUS . N. Tb. DLxI. 2.
- (6) IDEM . ibid. MXLVIII. 5.
- (7) IDEM . ibid. DLIIII. 1. DLVIIII. 1.
- (8) IDEM . ibid. class. VIII.
- (9) IDEM . ibid. DLVII. 4.
- (10) IDEM . ibid. DLIII. 4.
- (11) IDEM . ibid. class. viil.
- (12) CYRIACUS Anconitan. Epigrammata num. Lxxv.
- (12) MURATORIUS . ibid. DLx. 1.
- (14) IDEM . ibid. DLI. 1.
- (15) MONTFAUCON. Palaeograph. Graec.
- (16) GRUTERUS. CCCCx. 3.
- (17) MURATORIUS. ibid. MXVIIII. 2.
- (18) IDEM . ibid. MLXXXV. 5.
- (19) Tournefortius. Vojage du Levant. tom. 1. lettr. 11.
- (20) MURATORIUS. ibid. DLIIII. 2.
- (21) COMMENTARIO in monum. v. §. II.
- (22) CHISHULLUS. Antiquitates Afiatic. pag. 103. & alibi.
- (23) MURATORIUS . l. l. MEXVI. 4.
- (24) SPANHEMIUS. De usu & praestantia numism. dissert. viiil.
- (25) MURATORIUS. ibid. MXLVIII. 5.
- (26) MARMORA OXONIEN. par. I. num.II. & LxxvIII. par. II. num. CXIII. & im... Append. num. xv.
- (27) CYRIACUS Anconit. Epigramm. CXXV.
- (28) PACIAUDIUS. Marmora Peloponnes. par. II. pag. 11. & seqq.
- (29) HESYCHIUS, v. 'Agavo Bétag.
- (30) SIGONIUS. de repub. Athenien. lib. IIII. cap. vil.
- (31) PLUTARCHUS. in Pericle.
- (32) IOAN. GRINAEUS. Lexic. Grace. V. 'Apavolétus.
- (33) SUIDAS . cod. v.
- (34) PITISCUS. Lexie. antiquit. Romanv. Agonotheta.

- (25) PAUSANIAS. lib. v. Eliacorum I. cap.
- (26) THEMISTIUS . apud Pitiscum 1. L.
- (37) VANDALE. Dissert. vil. de Agono-
- (38) GRUTERUS. CCXXVIII.7.MLXXXIX.5.
- (39) IDEM . CCCXIII. 10.
- (40) CYRIACUS Anconit. num.248.
- (41) PHURNUTUS. de nat. Deor. cap. VIIII.
- (42) DEMOSTHENES . Orat. in Mid.
- (43) PAUSANIAS . lib. I. in Attic. cap.
- (44) Antiphon. Orat. pro Choreuto.
- (45) MEURSIUS . Atticar. lection.lib.v1.
- (46) HARPOCRATION . V. BEXAGA.
- (47) HERODOTUS . in Melpomene .
- (48) Dissertatio in monumentum iii.
- (49) Aristocritus lib. 11.
- (50) NATAL. COMES. Mytholog. lib. VIII. cap. xvIIII.
- (51) ARISTOPHANES . in Vespis .
- (52) CICERO. de nat. Deor. lib. II.
- (53) VANDALE. dissert.II. de Pontif. max. cap. III.
- (54) POLLUX . Onomasticon lib. 1. segm. 7.
- (55) OVIDIUS . Faftor. lib.vI.
- (56) PHURNUTUS . de nat. Deor. cap. xxvIII. de Cerere & Vesta.
- (57) VIRGILIUS. Aeneid. lib. xII. v.201.
- (58) POTTERUS . Archaelog. Gr. lib. 11.
- (59) PLATO . in Cratylo .
- (60) Herodotus . in Clio .
- (61) MACROBIUS. Saturnal. lib. I. cap. xviI. & feqq.
- (62) GRUTERUS . XXXVI. 5.
- (63) CHISHULLUS . Antiquitates Afiatic. par.I. pag. 167..
- (64) PACIAUDIUS . Marmora Peloponnef. par. 11. pag. 77.
- (65) COMMENTAR. in monumentum II. §. XXVII.

# MONUMENTA NEKPOAOFIKA DISSERTATIONIBUS ILLUSTRATA

#### EADEM MONUMENTA

#### MINORIBUS LITTERIS ET LATINE REDDITA

EMENDATA, AC RESTITUTA

III.

Δαμοκράτης.

Damocrates.

IIII.

Kottiwe Q.

Cottionos, five Cottionis.

. v.

Augid Q.

Lyfidus.

vI.

Λύσανδι .

Lyfander.

vII.

Mάςλι G. feu Mapaï G. Λάμιας • Marlius, seu Maraeus Lamias.

vIII.

Φάχανθω. Σως ζάτε. Phalanthus Softrati fil-

VIIII.

Έυτύχης "Ηρα έτῶν ΟΓ χαῖρε. Eutyches Hera, annorum LXXIII. vale.

# 0

Καλλίσοα-τω ἐτῶν Λ. χαῖοε . Callistratus . annorum xxx. vale .

χĮ.

Kênzê Xaîle · · · · Or

Vir bone vale.

χί,

"Ηρως επιφανής Σωκράτης,

• . .

Heros illustris Socrates.

xIII.

ΦλάβιΟ. 'ΑθηναῖΟ. Flavius Athenaeus vel Atheniensis.

XIIII.

Χρήσιμε
χαῖςε.
ἐΕυφεόσιν Φ.
Χαῖςε.
Σωτηρίωμ
Χαῖρε.
Τεύφων
χαῖςε.

Chresime
vale.
Euphrosinus
vale.
Soterion
vale.
Tryphon
vale.

XV.

Ή βελη πα) ὁ Δῆμω ἐτίμησεν Καλλίμακ χον Καλλιμάκ ε Χρης ε χαῖρε.

Turk to

Senatus

& populus a
honoravit
Callimachum
Callimachi fil.
vir bone
vale.

xyI.

Σπόνδη Αγαθοκλέ- Ευπαρία Αγαθο- Sponde Agatho- Euparia Agathoκς Μιλητία κλέκς Μιλητία. clis Milefia clis Milefia.

#### xviI.

Τερτία ἸάσονΟ. Βρεντεσίνη Χρης η χαΐρε. Ἰάσων χαΐρε. Tertia Iafonis
Brentefina feu Brundufina
bona vale.
Iafon vale.

#### xvIII.

Καλινίκη Σως ράτε Χρης η χαίς: Calinice Softrati bona vale.

#### xvIIII.

Μήτροσας Μενάνδευ χαΐρε. Metrosas Menandri vale •

#### XX.

Λουκαλεία πρίμα καὶ ή φίλα χαῖεε. Lucilia Prima, quae & Phila. vale.

xxI.

#### xxI.

Δόξα Νίαι έτελέυτα έτων Κ χαϊρε . Doxa Nice mortua eft annorum xx.
vale.

#### xxiI.

Παύλανα Έρμοχένες Νακομήδισσα Ζήσασα έτη Μ. Paulina Hermogenis Nicomediffa vixit an. xxxx.

## IN MONUMENTA NEKPONOFIKA DISSERTATIO I


D E

BREVIORIEUS EMITPAGAIX GRAECORUM NEKPOAOTIKAIX

Hh

## ICILLANDE BANK

.. 3







ΙI

ANOYETINI
OYFATEPA PI AO
ANH PAIDAHMHTH
WNIA HOMTEH







#### ΣΥΝΟΨΙΣ

#### DISSERTATIONIS I

#### D B

## Brevioribus Neupodoyinais inscriptionibus Graecorum

S. I. Roponuntur ea, de quibus agendum in bas dissertatione est.
S. II. Indicantur diversae lapidum renpode puisor formae, quae apud
Graecos obtinebant; as praesertim aliqua adnotantur de duobus vastbus responencie.

S. HI. Cippi Graecorum vocabantar suna, de quarum forma diligenter discritur.

- §. HIL. Plures ex PAUSANIA deducunt, Sicyonios consuevisse lapidibus πιεολογικοϊς insculpere solum desuncti nomen, cum solemni solutatione XAIPE. Sed afferuntur aliquae rationes explicandi verhe PAUSANIAE, ita ut Sicyonii nil plane sepulcris inscriberent.
  - S. v. Argumenta qui dem funt aliqua, ex quibus constare vi detur.

    Sicyoniorum morem fuisse, insculpere sepaleris nomen defun
    Eti cum salutatione XAIPE.
- \$.vI. Sed baec satis quidem valida non sunt ad id confirmandum, omnemque tollendam dubitationem de ea Sicyoniorum consuetudine.
- S. vII. Neque vero proximarum Sicyoniis urbium consuetudo commonstrare potest, Sicyonios quoque eamdem servasse; quum-Graecae urbes plerumque aliarum moribus adversarentur. Quare agitur pertractatur de Partborum, ac Lacedaemenum in bac re consuetudinibus.
- S. VIII. De iis agitur vexpologixais inscriptionibus, quae vel defuncti nomen unice praeseserunt, vel adiunctum babent paternum nomen; Hh 2 S. VIIII.

S. VIIII. Tum vero de aliis, in quibus adscribitur etiam nomen urbis, seu loci in quo quisque ortus suevit.

S. x. De quibusdam agitur nominibus εθνικοῖς, quae in his νεκρολογικαῖς inscriptionibus reperiuntar; ac praesertim de εθνικοῦ nomine ΑΘΗΝΑΙΟΣ.

S.xI. Illustratur THEOPHRASTI testimonium de uxorum ἐπιγραφαῖς sepulcralibus.

S. XII. De inippaquis, quae mortuorum annos indicant, aliqua obser-

S. XIII. Ratio perpenditur, qua in iisdem germanos fratres ac sorores innuerent.

S. KIUI. Agitur de sepulcris polysomis. Megarenses, aliique populi trisomis, & quadrisomis utebantur.

S, xv. Nostri quadrisomi nomina observantur diversis casibus enuntiata. PASSERII non admistitur opinio de nominum inslexione in quodam trisomo MUSEI NANII.

S. XVI. Monumentum illustratur; in quo defunctus dicitur Heas, eiufque monumenti symbola explicantur.

S. XVII. De monumentis agitur, quae senatus populique decreto positafuere; ac praesertim de monumento MUSEI NANII, in quo statua & berma expressa sunt;

S.xvIII. In quo etiam corona apparet, de qua plura ex antiquitate funt

in the second of the second of

In the Company of the C

#### DISSERTATIO I

D E

## Brevioribus Νεκρολογικαῖς inscriptionibus Graecorum

\$. I.



Lura haec monumenta mepodoginà tribus dissertationibus illustrare in animo est; & altera quidem rerum varietate donatur, aliae vero earumdem unitatem servabunt. Itaque in hac prima dissertatione sermonem instituemus de brevioribus, quae nobis occurrunt Graecorum mempodo-

ymais inscriptionibus, soluta oratione exaratis; altera autem. de solemni verbo zaipe, ut verpodozenòv est; in postrema vero de Veteri tetrastico παρολογιαφ. Locus ipse moneret etiam, ut alteram adderemus de περολογικοίς lapidibus διγλώττας; sed quoniam pertractatio de his facillime nos revocat ad quoscumque diγλώττες lapides; idcirco differtationem hanc reiiciemus in alterum librum, in quo plura eiusdem locupletissimi Musei NaniI Aegyptia, Graeca & Latina monumenta တေါ့ @ စေ့ illustrabimus. In hac autem priori dissertatione, quoniam nostrum non est de หมองโดง lapidibus institutiones quasdam contexere; propterea nec loquemur de pluribus mortuorum elogiis, nec de poenis, quas in sepulcrorum violatores decernebant, nec de dueγράφω inscriptionis της νεκρολογικής in archiviis reponendo, nec de pluribus aliis rebus, quae in iifdem iniquaqui, vel faepe vel raro deprehenduntur, sed de iis dumtaxat, quae lucem aliquam iis afferre possint monumentis, quae hoc loco simul congesta a. nobis funt. Quamobrem, postquam pauca omnino dixerimus de diversa huiusmodi monumentorum forma, de inizeapais pertractabimus, quae vel unicum defuncti nomen, vel additumu habent nomen patris, vel etiam urbis; tum vero de iis, quae ad pluplures in eodem tumulo sepultos pertinent; ac praeterea de illis, quae urbis decreto positae sunt. In his autem omnibus plura erunt observanda, quae aut ab eruditis neglecta sunt, aut ab iisdem non satis diligenter explicata.

§. 1I.

Atque ut exordiamur a diversa horum monumentorum forma, haec plerumque cuiusdam columellae figuram exhibent, de qua mox dicturi fumus. At aliquando etiam tabulae apparent sicuti apud Romanos; praesertim vero quum huiusmodi Graeci lapides κακρολογικοί vel τετράς ιχον vel plures etiam continent versus; licet quandoque epigrammata in columellis continua, oratione fint, conscripta. Plura vero funt Graecorum monumenta in facrae aediculae figuram efformata, ficut illa, quae num. xl. xvI. xvII. respondent; cuius generis non pauca videre est in ditissimo Museo Nanio a Passerio & praesertim Pa-CIAUDIO (1) edita, aliaque inter MARMORA OXONIENSIA, & in Museo Veronensi, ut de ceteris sileam, sed prope singularia sunt duo illa monumenta in vasis formam essicta, quae num. I. & II. subjecta funt. De illo, quod subest num. I. divinantis, non vero opinantis in morem dicam, forte Plutonem illo senili capite. sparsis crinibus circumdato, Genium vero altera iuvenili alata facie repraesentari; aliquando enim ad placandos aliquorum Manes Genio facra faciebant, ut tradit Gutherius (2); in. alio autem si vas fuerit sepulcrale, in quo bini leones vituli caput voraturi esfinguntur, fortasse concipi potest imago mortis, quae iuvenem ex hac luce praematura morte ac violenter eripuerit; quamvis enim hoc fymbolum apud veteres non sit usitatum, nihil tamen aptius ad eam rem commonstrandam. Cetera porro haec monumenta vel ex columellis, vel etiam ex tabulis diversa ratione efformatis constant.

§. 11I.

Quamobrem quum cl. Franciscus Eugenius Guascus (3) in quoddam Graecum marmor haec adnotaverit: non ut folebant Latini in tabulis, sed Graecorum & Atheniensium praesertim more, in columna; quamvis videatur alienos ponere a Graecorum confuetudine sepulcrales lapides in tabulae vel rei alterius figuram effor-

efformatos; eum tamen interpretabimur loquutum de morenon unico Graecorum, sed de eo qui apud eosdem erat usitatior. De huiusmodi vero columellis plures quidem aliquid attigere; sed haud fatis diligenter. Quae ergo esset earum forma, primo intelligi potest ex Suida (4) qui haec habet: sudireuticos εν λέγεται έκ μεταφοράς της σήλης, ή έσι λίθω, ή χαλκός επιμήκης, τετραγώνω σχήματι ίδρυμένω. εν ή γέγραπίαι ή το ςπλιτευομένο εβρις. πολλάκως δε και ευεργεντών ενεργεσίαι άναγράφονται, oratio autem stileutica sic dicta est per metaphoram ductam a stele, quae est lapis vel aes oblongum, formula quadrangula erectum in quo inscribuntur facinora eius, qui infamatur, faepe tamen etiam beneficia eorum, qui bene de nobis meriti sunt (in stelis) inscribuntur. Idem porro auctor (5) vocem sin adhibet, ubi perspicue de sepulcralibus lapidibus fermonem habet: de his nempe, quae Athenis erant in nipapiκῶ, scribit : લેનો ઈકે કેંνθεν મુજો કેંνθεν ς ήλαι έσει τοῖς δημοσία τεθαμμένοις, έχυσαι έσιγραφάς, πε έκας 🕟 άσέθανεν, columnae utrimque erectae sunt in. honorem eorum, qui publice sepulti suerant, additis inscriptionibus declarantibus, ubi quisque obiisset. Sic Etymologus (6) inquit: σήλη ... σημαίνα δε τον εν τη κεραλή καμενον το τοθικώτ @ λίθον, stela seu columna ... significat lapidem inhaerentem capiti alicuius demortui, idest sepulti; quam fuisse quadrangularem tradit pariter ex veterum auctoritate Varinus Phavorinus (7) qui ait: σήλαι ἐλέγοντο τα άγάλματα ... πύρβεις δε , τετεαγωνά τινα ύψε is αμένα , stelae dicuntur simulacra, ... tabulae autem, quadranqula aliqua alte stantia, Mensuram vero huiusmodi columellarum, ut nimiis sumptibus modum imponerent, ita apud CICERONEM (8) statuit DEMETRIUS PHALAEREUS, nempe: Sepulcris novis finivit modum, nam fuper terrae tumulum noluit quid statui, nisi columellam tribus cubitis non altiorem; cuius quidem mensurae plura sunt exempla.

S. IIII.

Iam vero in huiusmodi columellis plerumque vel in alterius etiam formae lapidibus defuncti memoriam inscribebant Graeci veteres. Ac plurium quidem sententia est, quod Sicyonii consuescerent solum mortui nomen cum salutatione xaipe in iis dem insculpere. Sed re attentius perpensa non deest sane. prudens de hoc more dubitatio. Eu Pausaniae (9) verba, quibus

bus Sicyoniorum sepulcra describuntur : 'Auroi de Eucocina rà πολλά ἐοικότι τρόπφ θάπίβεσι, τὸ μὲν σώμα γῆ κρύπίβεσι, λίθε δὲ ἐπεικοδομήσωντες κρηπίδα κίονας έφίς ασι, και έπ' άυτοις επίθημα ποιέσι, κατά τες αιστούς μάλισα τες έν τοις ναοις · έπίγραμμα δε άλλο μέν γράφεση, τδ δε δνομα εφ' εαυτέ κα ε πατρόθεν υπέιποντες κελέεσι τον νεκρον χαίρειν. Ipst autem Sicyonii plerumque cadavera hoc modo condunt: corpus terra contequat, deinde lapidea basi exstructa columnas eriquat, eisque faftigium imponunt, eo fere modo, quo aquilas in templis. Inscriptionem autem aliam addunt nullam, ita etiam Latine reddit FRI-DERICUS SYLBURGIUS (17), sed defuncti nomen, omisso patris nomine, appellantes, eum valere iubent. Humphridus Prideaux (11) allato monumento, in quo tantum legitur: ΝΙΚΗΦΟΡΕ ΧΡΗΣΤΕ XAIPE, Nicephore bone vale, hoc inquit, quoad inscriptionem simile est iis, quae apud Sicyonios in usu fuisse tradit Pausanias; & affert mox recitata verba. Quot alii idem Pausaniae testimonium ad similes Graecorum iniquação illustrandas attulere! Verumtamen, si Pausanias affirmat, quod Sicyonii ἐπίγραμμα Ελλο μέν γράφεσι, έδεν nullam aliam addunt sepulcris inscriptionem; ergo neque illam, ad quam illustrandam proferunt ipsius Pausaniae verba; neque enim postea hic auctor narrat, quod sepulcro defuncti nomen tantum inscriberent sine patris mentione, addita falutatione XAIPE; fed ait dumtaxat, quod appellarent, five clamarent defuncti nomen, non recordato patris nomine, eique VALE dicerent, τὸ δ'ὲ ὄνομα ἐφ' άυτες, κοὶ ε΄ πατρόθεν ὑπείποντες κελέεσει τὸν nuedr zaienr. Quod quidem referri potest ad veterum morem. dicendi sepultis extremum VALE, de quo in altera dissertatione dicemus. Sic testimonium illud a Romulo Amaseao interprete Pausaniae ita latine redditur: inscribunt vero sepulcris plane nikil.

Verum ut ea pariter dicam, quae in aliam partem afferri posse video; illud in primis observo, quod Pausanias non dixit, nullam absolute inscriptionem ἐπίγραμμα ἐδὰν, sed ἐπίγραμμα ἄλλο ἐδὰν, nullam aliam inscriptionem; ergo ex vi fermonis videtur concedere aliquam, praeter quam nulla alia poneretur. Haec autem aliqua intelligi potest illa, de qua Prideaux, alique ἀρκαίολογοι, nempe inscriptio solius nominis defuncti, sine patris

patris nomine, fed cum folemni falutatione XAIPE. Sic apud ASTORIUM (12) illud idem Pausaniae testimonium latine effertur: inscribentes vero nihil aliud praeter nomen. Etsi enim in secuentibus verbis PAUSANIAS non dicat, inscribi nomen defuncti cum verbo XAIPE, sed υπείποντες τὸ δνομα έαυτε, κελέυσι τὸν γεκρὸν, clamantes nomen defuncti, iubent eum valere; attamen hoc ipsum. fortaffe potest in lata quadam significatione intelligi dictum de inscriptione nominis defuncti, & salutationis xAIPE. Nam & illa ἐπιγραφή: NIKHΦOPE XPHΣTE XAIPE, est veluti quaedam convocatio nominis Numpops, simulque eiusdem salutatio. Quum. autem superiora Pausaniae verba, ut paullo ante dixi, supponere seu concedere aliquam videantur Sicyoniorum sepulcris inscriptionem; haec utique poterit intelligi, de qua immediate. post ipse loquitur, nominis acclamatio cum salutatione solemni coniuncta. Addo etiam aliud non leve omnino argumentum. ex contextu sermonis; in eo enim non loquitur Pausanias de ritibus funeris, sed tantummodo de ipso sepulcrorum ritu. Denique illud etiam observo, commemorari ab eodem Pausania sepulcra alia apud Sicyonios, atque ab eodem indicari nomen. eorum, ad quos eadem pertinebant. Mentionem fecit sepulcri Xenadices, quae e partu mortua est, Ξενοδίκης μνημά ές τν ἀποθανέσης έν adin, quod praeter supradictum Sicyoniorum morem picturis optimis ornatum refert; itemque sepulcrum exstructum Eupolidi Atheniensi comoediarum scriptori, τάφω 'Ευπόλιδι 'Αθηνάιφ ποιήσαντι κωpuoliar, aliudque Sicyoniorum, qui ad Pellenen, ad Dymen. Achaeorum, ad Megalopolim, atque ad Selasiam obiere. Videtur ergo Pausanias legisse in huiusinodi sepulcris nomina eorum, qui in iifdem conditi apud Sicyonios fuerant; neque enim parrat, se ab iisdem haec audiisse.

s. vI.

Verum haec per se satis sirma non sunt, ut superioremauserant dubitationem. Neque enim asserit Pavsanias, se nomina sepultorum in iis monumentis legisse. Quinimmo videtur potius notitias huiusmodi ex sama, quae apud Sicyonios vigebat, retulisse; nam de alio quodam apud eosdem sepulcro loquens (13) ait: in si tis soprobias idologios is tis successor si tis successor superioremanti.

were unique esti . . . vere que du maple est yas . Que ex Cortentaleco atito in Sicyonium iter est, Lyci Messenii monumentum exstat; & hoc quidem est terrae tumulus. Hoc autom sepulcram quod dicitur terrae tumulus, videtur inscripto lapide caruffle, fi narrationera. Pausaniae in funki magis obvio percipere velimes. Si namque. omporoduck tapis interiptus tuper eum fuiffet, emmdem Pausannas commemorallet; vel enim parvus erat lapis; abque in hac quidem hypothesi mentionem ad ipsius contemptum secisset, sicuti in enndem finem videtar sepaktrum illud vocasse terrae tumulum; 'vel kapis erat fatis magnus, emblementis figurifive opnotais; ac tunc etiam recensere eumdem debuiffet, ne dicens terrae tumulum videretur id spernere, quod non erat contemnendum. Ita & obvius fenfus verborum Pausaniae, quae fuperius 5. III. recitata funt, oftendit non consuevisse Sicyonios adderes. sepulcris inscriptos lapides. Mirum vero maxime est, quod a tot interpretibus loci illius Pausanine malkis afferatur moneonoguis. Sicyoniorum lapis, qui inscriptus fit so modo, quo Pausanian interpretantur. Unica mihi occurrit Sicyoniae feminae mentip in mierosopus lapide apud Spontum (14) apud quem legitur: A-MOETPATA SIKTON XPESTA. Sed his distrur Thebis repertus, atque ut praeteream, quae s. vnn. dicentur, additur in eo nomen urbis, quod minime reposcit PAUSANIAE narratio, deck autem falutatio XAIPE, quae in codem flagitatur.

S. VII.

Neque vero tandem dixerint primae opinionis patroni, proximas Sicyoniis civitates eam habuisse emporoque lapidum constitution, de qua disputamus; nam unaquaeque Graecama urbium suos adamabat mores, qui plerumque alfacunt urbium Graecarum moribus adversarentur; ut monait PNILO IUDAEUS (15) cuius haec sunt verba: Τῶν κατὰ τὴν ἰλλάδα κὰ βάρβαφον τὰς ἔπ ⑤ ἀπεῖν, ἐθεμία πόλις ἐςὴν, Ἡ τὰ πέρμε νόμημα τημᾶ. . . Αθακαία τὰ Λακεθαιματίων τομ νόμημα προβάλλοντας, κὴ Λακεθαιμάτει τὰ πόλικος τῶν ξενικῶν νομίμων ἀλλοτρῶν ποι. Inter Graecas, ἐκνιδαντήσμε εἰνίτατες nulla properandum est, quaet esterious leyes servet . . Athenienses Laconicas leges contemnunt; vicissimque Arvious Lacedaemonii . . Omnis regio, & gens & urbs exter-

externos leges averfantur. Inter Graecos autem fuere quondam, qui non modo de vezperoques inscriptionibus non cogitarent, fed neque de sepultura ipsa; net de Parthis narrat Iustinus (16), cui sine ulla ratione adversatur Vossius. Hic enim in adnotationibus ad lustinum, perpenant puto, inquit, hunc morem Parthis attribui, quam is Hyreanorum proprius fit. Scio idem fara Hes rudotum asserve de Parsis. At doctissimus auctor minime probat, quod affirmat. Si vero HERODOTUS ipse idem fere afferat de Persis, quomodo morem illum Hyrcanorum omnino proprium definit Vossius ? Potuit ergo idem mos & apud Parthos, Exapud Hyrcanos, aliofque obtinere; at corum in qualibet provincia proprius dici potuit. Lacedaemones vero, ex lege Lyciurgi, ut auctor est Plutarenus (17) non poterant fepulcris nomen imponeze, praeterquam viri, qui in bello, & mulieris. quae faucte fato concessissent. Porturus (18) Latinam affent interpretationsm verborum Plutarchi, in quibus legit, mulierum quae in party fatis concessorant. At Graeca illius verba hanc non patiuntur interpretationem: funt enim huiusmodi: avologe in mo-Aspa, ma yunamies ispais anobaronner, nimirum, niri qui in balla, & mulieris qui soncte martui sunt. Cur autem mulierum tantum., quae fancie vixissent, non autem cham virorum, qui pariter inculpate withm transegerint, nomen sepulcris inscribendum. permissitur's Num Lycurgus magni ingenii vir, qui tot optimis legibus rempublicam temperavit, satis sanctos esse hominum mores putavit, si militiam sequuti sint, ac pro patria pugnantes obiere; ceteros autem, qui vel ob aetatem, vel magidratain munera, vehalias ob caudas, quae a militia immuabslinddunt, castis monibus praeditos ex bac vita migrare non patriffe:? At, fi quid fentio ideo militum glorine ea lege confainit Lycurgus, quod reipub: conservatio, atque ampliatio t maximum einsdem reipub. bonum; mulienum autem ; quae natura fisadente, fint procliviores ad quaedam mala, quae. homines ipfos ad militiam parum aptos redderent, mulierum, inquam, gloriae ita prospexit, ut ipsius reipub, conservationem, ampliationemque facilius obtineret. Itaque & fi proximae Si cyoniis urbes consueverint sepulcris interpasse inscribere, nibil Ii o

tamen inde deduci potest, quod probet, Sicyonios quoque eamdem fuisse consuetudinem amplexatos.

. viil.

Itaque munodoginàs inscriptiones, num. XIII. & XVIIII. subiectas, non audemus Sicyoniis adnumerare; ac multo minus eas numeris viiil. x. xl. xvil. xviil. xviiil. xxl. xxil. respondentes, quae praeter defuncti nomen & falutationem XAIPE, habent etiam adscriptos vitae elapsae annos; aut eas, quae quidem. hac falutatione carent, ac paternum defuncti nomen commonstrant. Quid vero dicam de iis, quae numeris III.IIII.v.vI.vII. funt suppositae, quae mortui nomine dumtaxat donatae sunt? De his omnibus nullam ferme reperio apud veteres scriptores mentionem; namque de militibus Lacedaemonum tantummodo video apud Iustinum (19), quod non de sua salute, sed de sepultura. solliciti, tesseras, insculptis suis & patrum nominibus dextero brachio deligarent; ut, si omnes adversum praelium consumpsisset, & temporis spatio confusa corporum lineamenta essent, ex indicio titulorum tradi sepulturae possent. Ex quo quidem intelligimus, ideo patrum nomina eosdem confignasse, ut in familiae suae sepulcris quisque deponeretur. Quare patrum nomen additum inscriptionibus πεκρολογικαῖς arbitramur, ut quisque ab homonymis distingui posset, adeoque facile etiam percipi, ad quam unusquisque familiam pertineret. Quid ergo statuendum de iis, qui in sepulcrali iniquaçã unice proprium, fine paterno nomine, praeserunt? Hae quidem roceodogical inscriptiones, si in se ipsis perpendantur, vel maximam videntur habere antiquitatem, quae huic maximae simplicitati morum respondet, vet ad urbes spectare, quae minima constarent populi quantitate, adeo ut nil de homonymis subspicarentur; neque enim probari valide poterit, eos ideo paterno nomine carere, quod legitimum patrem commonstrare nequeant. Fieri autem potest, ut harum intraeupor mos alicubi esset receptus & constans; immo de ipsis apud urbem aliquam sive nationem exstaret lex aliqua; aut etiam sieri potest, ut neque ex lege, neque ex moribus in natione aut urbe universim receptis id praeciperetur, aut in usu esset; sed aliquorum tantummodo ea haberetur consuetudo ex ignorantia, vel vol ex alio quocumque sonte exorta; licet diversus esset urbis. nationifye ritus sepulcra inscribendi. Semper enim ubique sunt ex iis, qui patrias leges atque confuetudines vel non animadvertunt, vel etiam parvipendunt. Sed ab hisce incertis moribus, ad alia magis perspicua progrediamur. S. viul.

Tria enim sunt ex nostris respersively mornimentis, quae & adscriptum habent nomen urbis, ad quam mortui illi spe-Ctabant, qui sub iisdem monumentis sepulti suere. Mos huiusmodi servatus deprehenditur in pluribus Graecorum sepulcralibus impagais. Sed apud veteres scriptores mentionem de hoc! more factam non agnovi, nisi quoad Athenienses. De his PAUL SANIAS (20) inquit: of de and nata the odor universe the ec duad muiar, not σφών έστασιν έπὶ τοῖς τάφοις ς ήλαι, τὰ ὀνόματα, καὶ τὸν δημον ἐκάς ὁ λέγεσει, alii in via funt, quae ad academiam ducit fepulti, ac pilae tumulis impositae, in quibus inscripta sunt cuiusque nomina & populus. Dio-GENES LAERTIUS (21) hoc proprium esse Atheniensium affirmat, inquiens: άλλα και άυτες τες τάφες προς έω βλέποντας, και από των σήμων τες χρηματισμές έγκεχαραγμένες, έπερ ην Ιδιον 'Abmalor, sepulcraitem ipfa ad orientem pofita, infculptaque populorum nomina, quod quidem proprium Atheniensium suit. De hac positione ad orientem vide, quae in Diogenem Laertium adnotarunt Casaubonus, AL-DOBRANDINUS; & MENAGIUS. AHLGE autem erat locus aliquis Atticae, cui adferipti erant cives Athenienses; qua de re egregie Corseques (22). Solebant vero Athenienses inscribere etiam monumentis paternum nomen, quo quidem tamquam altero ligno demonstrabant se esse cives; ut ex corumdem optimis legibus compertum est ... Theophrastus etiam generatim recenset consuetudinem hanc describendi in sepulcralibus monumentis urbem, five locum, in quo quisque ortus fuerit, sed eius verba inferius erunt recitanda s. xl., atque examini subiicienda.

Quum autem in in intresopi numero xul. DAABIOE appelletur AOHNAIOZ, obscurum nobis esse oportet ex lapide temporum. iniuria exofo, an illud sit nomen proprium, an vero nomen urbis. Si forte huiusmodi esset, investigandum a nobis est cur civis civis Athenies as non nuncuperur exaligner Atticas populos ut folebant Athenientes (Addres inquit Stephanis (23)), many was "Open raves karaeda Hispana azu Athonge, urben hunta Onum quinque sciunta Bhilonem (che . Lisse autem Stephanus no vem enume. rat. Post Athenas. Atticassinguit sin matients, Amaile bisciping dicitur Atheniensis; sed idem quoque adnotat post sex enumeratasiAthenan: 6 meditus in Almaio. 3 marabuginde: Heropotus (24) auchoniest. Attiegs appellatos fuisse Associae sub Enechtheo regringum antendubialis regibus vocarentur Codnidae, Cecropidae. & Thesidae : attrue fub info Exechtheo prius Ereche thidad, dametro plerumque Athenienses Attici in veteribus mod numentis nuncupasi folent, ut nuper diximus, ex alique Atticae die; sed aliquando etiam generation Albenienses in indome dicuptur. Apud Maratorium (25) est Graeca in mari pro que dam facto donario confesipta, in qua plures quidem ex nomi-אס. או פון ביים ביים לוווים appellantum, fed alii tree, viri dicumur fimul אפון. NAME alia offictions apud enmolon (26) responsable inscription herinandi ( ) and all of the of the second and it is already

L'ALLE COMMENTE AL STREET LE COMMENTATION DE LE COMMENTATION DE LA COM AQHNAIB XAIPE

Ly the manual of the first Dematri . Diogenis .. fili - 1h , a ser says of the one Atheriantis ... Kalentzar. MC at 5 miles

ledignoramue, in qua primum unbe fuent polica; ficutivatiam choad noffram, Flavik endem agnoratione laborardus; adeque uncesse all ctiam ignorare; an ad Athenas Atticas eadem frechet. Vierofimile quislem est Athenienses Atticos xun finant din Cros elle Admeine, ita us folg hoe nomine intelligeretur Atticue Authorien les : at exaptiques idecerte mit non confrat. Fieri and term protecto; quad praefertim constat es Stermana superius laus dato, ut alierum Achenarum cives, ac illi potissimum, quicab Athenia Acticia longing abellent, dicenentur Admini fine ulla. prorfus distinctione, cuius non agnoscerent necessitatem; ut nunci etiam quand plumes homonymas civitates contingate folet. Demum verostmile est, Flouium, & Atticus fuent, dici Abania ab iis, qui extra Atticam forte illi pofuerint mommentumi. impote qui vel nefaierint eius dium, vel non condusverint illum AttiAtticis itsi destructis inforibere. And itror autem, insito in urbe aliqua, in squa exiguus consino esset exterorum memerus, his tantum, si ibi sata subiprint, addi in sepulcrali inspecos consue-visse appenditum; in qua ille ostus suisset, civibus autem mil husialimosti additum; auctis vero in civitate aliqua exterorum hospitio & dubitatione, omnium etiam civitam, ut munc sit, sepulcris inscriptum suisse nomen propriae urbis, ut sic ab exteris, qui in eadem incolae sepulti essent, prorsus distinguerentur. De Paulina, quae in inspecio ukl. dicitur netromaleza, observimentum est successant, ita scriptum pro uncommaleza. Sed in zin veteri inspecio appellata est persione Brenthessum, sive Brundussum, de qua videndus est Stephanus.

Observandum verovelt a quod marana de qua paullo ante, licet xixx. amnos nata didatur, patrem tantummodo, mon autem maritum immuat. Ex hoc sectom confequents non effeccined, iplam dyapor fine marito fuifie; quamvis enim plutes viderim Graccas impropis malienum quae & patrem, & confugera habent adscriptum; minto damen pleres funt vilke, quae folam continent patris mentionem. Theoremetus (29) quidem scripitt: Towns, yeadul bullion warms which hour. Si unor objerit, inscribet monumento & mariti, & patris, & matris, & liftus quoque mulieris nombn; tum elagium hoc insuper adiciet : ottines ifit proble etant ; sed in his Theoremairus vel lognitur tautum de more, qui apud fuos obtinebat; vel potius explicandus est alia ratione, quant. flagitat auctor ipse, quamque non observarunt viri eruditi, qui HOC THEOPHRASTI loco ad Graecorum impendas interpretandas tifi funt. Have nimirum habet anctor in capite and reputyion; fic autem illad exorditur: 'Apada to papopula d'offic alte moor molters ets Ab you , new unaffewr, user turslar. Thesepola ( quam tivet fedulitation inter pum dicore ) est wistonum factorum que ginnilatio cum significacione. bene-

benevolentiae. De hac ergo inepta sedulitate ac simulatione loquitur Theophrastus in eo capite, atque ad ea, quae faciet ille simulator benevolentiae refert etiam, quae mox ex ipso recitata funt. Ergo in ea inscriptione, quam a simulatore consiciendam veluti divinatur Theophrastus, aliquid contineri debet, quod fuerit praeter communem consuetudinem earum. urbium, de quibus auctor ille loquutus est. Duo autem saltem in iis verbis esse animadverto, quae communem non habent Graecarum intypação sepulcralium consuetudinem; & primum. quidem ac praecipuum est, quod postremo loco recensuit, nempe हैना हिन्दा क्रवंगार प्रमाहको भेजवा, quod omnes ifti probi erant; neque enim in νεκοιλογικαῖς inscriptionibus hoc reperitur elogium in maritum, patrem, & matrem defunctae feminae, sed saepe tantum defuncto dicitur, XPHITE XAIPE. Alterum vero est, quod sepulcro inscribatur etiam The purpos matris nomen. Quod quidem agnovit etiam IACOBUS PHILIPPUS D'ORVILLE (29) qui in hoc pariter adulatoris repervious deprehendit, quod non simpliciter viri nomen adjecisset. Sed ex antiquis Graecorum i suppapais saepissime, ne dicam fere semper paternum etiam nomen simul cum mariti nomine adjicitur mulierum nomini . Maternum vero in paucissimis vidi additum. quibusdam seminis adhuc viventibus, quae sacerdotio sunctae fuerant, quibus positum fuit monumentum aliquod hono rarium, ut apud MURATORIUM (30); at ex rexpologinals inscriptionibus binas vix comperi, alteram apud Reinesium (31), alteram vero apud Sponium (32), & Muratorium (33) in quibus paternum maternumque nomen defunctis viro & puero additur. In hoc ergo adulator ille περικρήα usus dici debet, quod maternum etiam nomen illi defunctae mulieri adforibendum. decernat.

. S. xIL

Atque hoc quidem paucis aliis confirmare lubet exemplis, dum in aliam nostrarum in paragrapa proprietatem oculis coniicimus. Namque Callimachus, cui liberum erat, Timonoem mortuam compellando, addere eius nomini quidquid ex confuetudine licebat, attamen sic tantummodo eamalloquitur (34):

Tipe-

Τιμονόη, τις δ' ἐσσὶ; μὰ δαίμονας, οὐ σ' ἄν ἐπέρνων Εἰ μὴ Τιμοθέκ πατρὸς ἐπην' ὁνομα Στήλη, καὶ Μήθυμνα τε ἡ πόλις.

Quae tu Timonoe es ? proh Iuppiter, haud ego nossem Te, nisi vidissem nomen inesse patris

Timothei cippo, Methymnaeque urbis.
Aliud affero ex Muratorio (35) epigramma, quod etfi Marreius (36) iure supposititium censuerit, fatetur tamen antiquum esse; adeoque vetusti moris testimonium ex eo duci potest. Nullum autem ex genuinis mihi occurrit, in quo diligenter adnotata sint de mortua muliere ea omnia, quae adnotari poterant. En epigramma:

ΦΡΑΖΕ ΤΙΝΟΣ ΓΟΝΕΩΣ ΣΕΟ ΤΟΥΝΟΜΑ ΚΑΙ ΠΟΣΙΝ ΑΥΤΟΝ ΚΑΙ ΧΡΟΝΟΝ ΕΠΕ ΓΥΝΑΙ ΚΑΙ ΠΟΛΕΩΣ ΟΘΕΝ ΕΙ ΝΕΙΚΛΝΔΡΟΣ ΓΕΝΕΤΩΡ ΠΑΤΡΙΣ ΠΑΡΟΣ ΟΥΝΟΜΑ ΔΗΝ ΜΟΙ ΣΩΚΡΑΤΕΛ ΦΘΙΜΕΝΗΝ ΠΑΡΜΕΝΙΩΝ Δ ΕΘΕΤΟ

ΣΥΝΛΕΚΤΡΟΣ κ. λ.

Dic mulier, quisnam genitor? quod nomen? & ipsum Coniugem, & aetatem; quave es in urbe sata? Nicander genitor; patria est Paros; & mihi nomen Socratea; extinctam Parmenio tumulat

Me confors; &c.

Verum in Graecis sepulcralibus in papadis, quas existimo antiquiores, nullum est aetatis defuncti indicium. Coepit autemprimo, ut arbitror, consuetudo adnotandi in hisce monumentis aetatem eorum, qui ex hac lucis usura praemature ereptisure; haec enim adnotatio est quoddam argumentum doloris in eo, qui monumentum alteri posuit, ad quod signissicandum natura impellimur; sicuti plures in receptory mais inscriptionibus sormulae demonstrant. Deinde vero mos invaluit, ut in tumulis quoque eorum, qui non praematura aetate decesserant, aetas conscriberetur. Nimis propera videtur mors, quam subiit (num. xxI.): AOEA NIKH mortua annorum xx. At quorumdam veterum erat opinio, eos mori iuvenes, quos Dii diligerent. Sic Menander apud Plutarchum in consolatione ad Apostorium, & apud alios cecinit:

K k

\*Ον οἱ Θεοὶ Φιλύσιν, ἀποθνήστα κέω. Quem Dii amant, moritur iuvenis.

Qui quidem PLUTARCHUS Deorum testimonio probare nititur, beatissimam esse mortem, quam nos praematuram appellamus. Opinionem hanc alii tradiderunt philosophi veteres. An autem ita revera senserint, prudens quisquam plurimum dubitaverit. Verum antiquus vates sub nomine Orphen ita postremo mortemorgat:

Aλλά μάκας μακροΐσι χρότοις ζωής γε πελάζειτ
'Αιτέμαι, θυσίαις καὶ ἐυχωλαῖς λιτανένων,
'Ως ἀν ἐοι γέρας ἔσθλον ἐν εἰνθρώποισι τὸ γῆρας.
Sed beata longis temporibus vitae appropinquare
Peto sacrificiis, & orationibus rogans,
Ut fit praemium bonum in mortalibus senectus.

Quod arbitrari licet etiam fecisse philosophos aliter disserentes. Satis vero aequa videtur mors illa, quam subiit (num. VIIII.) ETTTXHE HPA an. LXXIII. Quinimmo, si diligenter tot millia veterum integrapion, quae omnibus in promptu sunt, consulere velimus, quisque profecto intelliget, paucos admodum suisse, qui ad hanc pervenerint aetatem, ex iis saltem, quorum habemus monumenta.

#### S. XIII.

Ad aliam Graecorum in tumulandis cadaveribus consuctudinem transeamus, ut nostra haec monumenta, quo rectius sieri potest, illustremus. Quae enim hucusque attigimus ad unum tantummodo, sunt vero bina alia, quae ad plures pertinent sepultos. Solebant Athenienses, ut paullo infra dicamunicum in uno tumulo cadaver componere; raro admodumunicum in uno tumulo cadaver componere; raro admodumunicum alicubi vel fanguinis propinquitate, unicum simul sepeliri volebant; cuius moris exempla plura ex veteribus poetis idem auctor (38) congessit; pauca vero alia huiusmodi ex antiquis monumentis colligi possunt. Rarissimum autem est illud, quod numero xvI. subiecimus, quodquebinas

binas exhibet forores; ut arguere licet ex eodem, qui euilibet adscribitur parens Agathocles, atque ex eadem cuilibet adscripta urbe Mileto. Ita in alio tumulo binos fratres geminos memorat conditos Agathias (39) in hoc epigrammate:

Είς δι' ἀδελφες ωδ' ἐπέχει τάφωι έν γὰρ ἐπέσχον

"Huas my yevens oi due mai flavare.

Unus fratres duos ibi continet tumulus, unum enim obținuerant Diem ortus ambi & mortis.

Observandum vero est, eas seminas non dici expresse sorores; sed ex Graecorum more, indicatis patre & urbe, easdem sorores suisse conicitur. Sic apud Oudendorpium (40) quidam ahmox populus fratres duos, quos decreto honorat, italindicat:

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΝ

MIZZIN

**AETKITHOT** 

**AETKITITO**T

dum eumdem parentem eisdem assignat. Sic alia ratione, apud Lancellottum Castellium (41) bini fratres ita innuuntur: XIΣΣΌΣ ΚΑΙ ΤΡΥΦΩΝ ΟΙ ΣΙΚΑΔΙΟΥ, Cissus & Tryphon filii Xicadii: & apud MICHAELEM FOURMONTIUM (42) ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΚΑΙ ΣΑΡΑΠΙΟΝ ΟΙ ΣΑ-ΡΑΠΙΟΝΟΣ ΤΥΡΙΟΙ, Dionysius & Serapion Serapionis filii Tyrii. Quare allucinatus est Muratorius (43), qui non seiunctis vocibus ΣΑ-ΡΑΠΙΟΝ ΟΙ, latine reddit & Serapionii. Sed clarius etiam bini fratres indicantur in sequenti Muratoriano (42) lapide:

#### ΦΙΔΙΑΣ ΚΑΙ ΑΜΜΟΝΙΘΣ ΑΜΦΟΤΕΡΟΙ

ΦΙΔΙΟΥ ΕΠΟΙΟΥΝ

Phidias & Ammonius ambo Phidiae filii fecerunt.

Perspictum ergò, Sponden & Euporiam eiuschem Agathoclis filias, eastdemque Milesias, ut sorores indicari. Earum impendir tantum protulit Gruterus, ut Mantuae exsistentem; sed versibus diversimode dispositis. Eam vero ait, sub stemmate gemino muliebri conscriptam; secus ac in nostro duro peapo est.

S. XIIII.

Ut autem & de iis loquamur, qui plures uno sepulcro condere solebant, etsi nulla consanguinitatis vel amicitiae ratio Kk 2 eoseosdem copularet; novimus ex historia, Megarenses sepulcris uti consuevisse trisomis & quadrisomis: qui quidem mos apud ipsos erat adeo constans, ut ex hoc tamquam validissimo argumento contra Athenienses usi fuerint ad sibi ipsis comprobandam insulae Salaminae proprietatem, teste Plutarcho (48), qui hac de re Megarensem Heream ita loquutum narrat: κὸς μεῖζον τότο καρας ἐν μίαν ἔκας ον ᾿Αθηναίων ἔχαν θύκην, Μεγαρίων δὲ κὸς τρὰς κὸς τότο αρας ἐν μία κῶσθαι, & eo maius insuper indicium, singulos loculos habere Athenienses, Megarenses ternos & quaternos singulis loculis condi. Haec autem consuetudo alibi etiam invaluit; pulcherrimum namque trisomum sepulcrum indicat sequens ἐπιγραφὶ, quam refert Lancellottus Castellius (46) Catanæ exsistentem, ibique ut arbitror primo repertam:

ΩΡΑΊΑ	Oraea
ΧΡΗΣΤΑ ΚΑΙ	bona &
AMEMITTE	inculpata
XAIPE	vale .
KAME XPHITE	Came vir bone
KAI AMEM	& inculpa •
TITE . XAIPE	te vale
ΟΥΡΒΑΝΙΩΝ	Urbanion
TONTE . KAI	fili . &
XPHSTE, KAI	bone , $\&$
AMEMITTE	innocen <b>s</b>
XAIPE	vale.

Aliam quoque apud Paciaudium (47) iniquapir ex Leucade in Museum Nanium omni antiquitatum genere ditissimum, translatum videmus, quae sepulcri trisomi testis optima est ex tribus diversis nominibus in ea inscriptis, cum salutatione xaipete semel apposita. Itaque quadrisomum illud, quod numero xiiil. respondet, forsan Megarense, forsan alterius urbis suit; neque enim Hereas ille apud Plutarchum asseruit, solis Megarensibus eamesse consuetudinem sepeliendi ternos quaternosve in uno loculo; sed eam, quae apud ipsos obtinebat, sure Atheniensibus opponit, quorum certe erat diversa. Singulare demum est marmor

Digitized by Google

rençoλογικον, quod ex infula Coo descriptum refert Sponius (48) in quo septem virorum nomina descripta sunt cum uxoribus & liberis. Ex his autem septem viris bini tantum eiusdem gentis Graniae, & bini Gentis Clodiae nomina praeseserunt; alii diversa plane habent; ac propterea non constate eos omnes propinquitate suisse coniunctos. Illud etiam singulare est monumentum eiusdem insulae, apud eumdem Sponium (49), ita inscriptum: ΦΑΜΙΛΙΑ ΜΟΝΟΜΑΧΩΝ ΚΑΙ ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΚΥΝΗΓΕΣΙΩΝ κ.λ. Familia Monomachorum & monumentum Cynegesiorum. Paucissima vero sunt alia Graecorum monumenta polysoma apud αρχαιολόγες.

S. XV.

In nostri autem quadrisomi sepulcri inizeaon observanda. est diversa nominum inflexio; primum enim nomen est quinti casus, ut deberent alia omnia in eadem efferri, quum habeant fingula coniunctam falutationem XAIPE; alia vero praeter primum casu recto sunt enuntiata. Atque hoc quidem arbitror cum Passerio, aliam iniquativi illustrante, contigisse ex eo, quod diversis temporibus mortui, sepultique fuerint quatuor illi viri; adeoque & eorum nomina diversis temporibus a diversis fuisse insculpta; nisi velimus, unum eumdemque omnium huiusmodi quatuor nominum scriptorem ignorantia vel oscitantia adeo laborasse, vel quodam arbitrio ita usum fuisse, ut statim post primum nomen uno modo expressum, nomina alia diversa ratione pronuntiaverit. Ceterum neque ab hisce vitiis alieni cenfendi funt, qui postea, si hoc supponere liceat, alia inscripserint nomina. At cum ipso Passerio consentire non possum., dum ipse (50) ideo allatam excogitavit rationem, quod in trifomo sepulcro ipsius Musei Nanil putavit nomen AEONTION in. quarto casu positum, quum alia duo sint vel in recto, vel in fexto casu enuntiata. Nam & ipsum nomen AEONTION vel in re-Cto est, supposita facili mutatione litterae O in  $\Omega$ ; vel hac etiam non facta, dici potest esse casum sextum nominis AEONTION, ut est "Απολλον & 'Αγάμεμνον ex recto 'Απόλλων & 'Αγαμέμνων .. PACIAU-Dius, qui idem monumentum retulit inter Peloponnesia Musei NANII

NANII, observat (51) Asbrior appellatam suisse insignem illam. Epicuri pellicem, de qua Cicero (52); atque affert auctoritatem Etymologi, idem nomen recensentis inter ea, quae per ludum essinguntur in comoedia, & praesertim nomina meretricularum, inter quae collocat nomen Asbrior. Nos vero iam alibi (53) observavimus morem hunc etiam apud Latinos, sed a Graecis mutuatum viguisse efferrendi quaedam seminarum nomina genere vel formatione neutra.

### S. xvI.

Haec porro monumenta omnia & a privatis posita sunt, sicuti etiam illud tetrasticha intreups insignitum, de quo postea dicemus; & omni etiam carent elogio in eos, quibus excitata suere; si bina tamen seminarum monumenta excipias, inquibus cuilibet dicitur XPHETH XAIPE, de qua formula erit in altera dissertatione ex instituto pertractandum. At duo alii viri in hisce sepulcralibus memoriis singulari prorsus laude extolluntur. At primo quidem de illo loquamur, cuius monumentum numero xII. subiecimus. In eo EOKPATHE dicitur HPOE ETIGANHE Heros illustris. De huius vocis HPOE origine & significatione consulendi sunt Henricus Stephanus (54), & Carolus Patinus (55), qui de eadem erudite scripsere. Nos pauca ad rem nostram haud satis ab his, aliisque observata adnotemus. Heroas antiqui scriptores generatim ut Haubius Semideos pronuntiant, quos ita describit Lucanus (55):

Quodque patet terras inter Lunaeque meatus Semidei Manes habitant: quos ignea virtus Innocuos vita, patientes aetheris imi

Fecit, & neternos animam collegit in orbes.

Sic alii philosophi, ut refert Diogenes Laertius (57) aiebant, 
ifewar tàr une electar ton oran alien fuzir, Heroas, relictar proborum animas. At PLUTARCHUS (58) Heroas alios quidem bonos, 
alios vero malos admisit, inquiens: ina d'e noi ifewar tàr une composition fuzir ton suplation noi inquiens: inquiens admisit, tario suplation noi inquiens. In aliente ferante f

the training of the entry when it

Digitized by Google

rum

rum quoque sententia fuerit, ac eorum praesertim, qui vita... functis monumenta conscripserint; dubitationem illam, quae ex eius verbis oritur, hac sustulerunt formula, quae saepe apud Sponium (59) legitur: HPOE XPHETE XAIPE, Heros bone vale. Eaque dubitatio multo magis fublata est ex nostri monumenti formula: ΗΡΩΣ ΕΠΙΦΑΝΗΣ, Heros illustris. Quoniam autem tam ex Plutarcho, quam ex aliis apud Diogenem Laertium philosophis quaelibet bonorum animae a corporibus seiunctae. nomen HPOS meruerunt; ideo apud eumdem Sponium (60) femina etiam, quod rarum omnino est, sic laudatur HPOX XPH-ETH XAIPE. Quis vero fuerit EOKPATHE Socrates ille, qui in noftro monumento dicitur HPOS ETIMANHS, divinare non licet. Num forte celeberrimus philosophus Atheniensis? Elogium. quidem ei quammaxime convenit. Levis etiam quaedam suspicio enasci potest ex eo, quod vir iam apud omnes celeberrimus solo proprio nomine nuncupetur. At fatendum ingenue. est, argumenta deesse, quibus id comprobemus; quum praefertim illustrius monumentum excitari debuerit tanto viro, qui etsi fuerit ab Atheniensibus ex falsa accusatione damnatus, attamen ab his post mortem meruit imaginem sive statuam aeream in celebriori urbis loco; ut narrat laudatus Diogenes Laer-TIUS (61). Dissimulandum tamen non est, monumentum ipsum celeberrimi Menandri Comici a nostro Sandrio (62) editum., eiusdem circiter esse magnitudinis cum hoc Socratis, de quo differimus; si tamen illud Menandri inter ymera monumenta. sit recensendum, qua de re alii alia senserunt, ut ille adnotavit. Neque vero detinear in pluribus interpretationibus, quas de similibus omnino ac iisdem monumenti symbolis excogitavit CAROLUS PATINUS (63). Observo dumtaxat, monumentum, quod ipse pluribus explicat, esse cuiusdam Lomurii, qui pariter dicitur HPOX; atque arbitror, eifdem symbolis indicari ipsum. vita functum, qui statim a morte Herois in morem equitans pergit, Genio, qui serpentis imagine singebatur, sacrificaturus; quod nempe ita ei bonus fuit Genius, ut Herois laudem consequi potuerit.

S. xvIII.

S. XVIII.

Nunc vero sermonem instituamus oportet de alio illustri viro, cuius monumentum numero xv. distinximus. In eo senatus populusque Callimachum Callimachi fil. virum optimum honoravit.. Dolet in primis, quod ignoremus urbem, quae praestantem. hunc virum tot affecerit eo monumento honoribus; neque enim similia plura me vidisse memini inter infinita pene huius generis monumenta. Alterum enim vidi apud Reinesium )64), in quo brevissima legitur sine ulla laude ἐπιγραφὶ, & in quo, ut innuit laudatus auctor, insculpta erat statua togata, sicuti inhoc, de quo differimus; alterum vero apud MAFFEIUM (65) perbrevem pariter habet inscriptionem, quodque imaginem. exhibet viri, cui a dextris adstat exigui Hermae figura. Senatus vero & populus honorarunt hunc Callimachum imagine. anaglyptica, palliolo quodam induta, aliaque praeterea imagine, quae Herma appellari folet; atque ut cenfeo etiam corona, quae laurea videtur. Omnes porro fola ratione duce intelligunt, quantus sit honor, quem universa civitas alicui decernit viro, praesertim iam defuncto. Hoc enim praemium. supponit unanimem totius urbis opinionem in singularia eius merita, atque eo magis finceram, quo minus sperandum in eo est, qui iam non ex urbe solum, sed ex vita ipsa migravit. Quod quidem ex eo etiam colligi facile potest, quod paucaomnino sint monumenta, quae Graeci, in viros benemeritos maxime benefici, mortuis communi civitatis confensu posuerint. Nam, ut scribit eruditissimus Paciaudius (66), ex historiis perspicuum fit, sepulcri publici honorem nonnisi urbium conditoribus, magnisque ducibus, & stirpe antiquissima procreatis suisse tributum. Lamvero in impeass huiusce monumenti nulla declaratur ratio, ob quam Callimachus tot honores a fenatu & populo confequutus est; ergo dicendum, eosdem decretos suisse ob eius in. rempub. merita prorfus fingularia, quae omnibus civibus effent notissima. Sed de statua loquamur. Notum est, eam consuevisse ob plures meritorum caussas erigi. Idem de Hermae honore cogitandum, quum praesertim Demosthenes (67) de hoc didixerit: σας ἡμῶν ἐπὶ τῶν προγόνων πολλὰ ἀγαθὰ εἰρασμένοι τινές ... ἐπιγράμματ ⑤ ἐν τοῖς Ἑρμαὶς ἐτύγκανον, apud maiores nostros, qui eos multis operibus demeruerant ... inscriptionem in Hermis accepere. Sed de his eruditissime Paciaudius (68) Musei Nanii locupletissimi monumenta illustrans pertractavit; atque etiam nuperrimus auctor libri inscripti: L'usage des statues.

6. XVIII.

Itaque, quod reliquum nobis est, de corona aliquid dicemus, quae aliud quidem est huiusce monumenti ornamentum.; fed honoris & gloriae. Nam apud Graecos coronam fuisse. virtutis praemium, notissima res est. Nam solum autem viri ipsi singulari virtute praestantes coronabantur; sed alicubi apud eosdem Graecos consuetudo erat, ut in ipso Inglopari, in quo decernebatur, aliquos laudari & corona insigniri, praescriberetur etiam, ipsas coronas cum decreto in lapide ad posterorum memoriam insculpi. Sic apud Chishullum (69) in ψηφίσματι Attalico decernitur quatuorviros laudari, και ΣΤΕΦΑΝΩΣΑΙ ΕΚΑ-STON ATTON STEPAND GALLOT, & corona oleagina coronari, & insuper anaspayai δε το ψηφισμά τοδε και τότο στεφανότο EIΣ ΣΤΗΛΗΝ ΛΙΘΙΝΗΝ, exscribi decretum hoc & coronas in lapidea columna. Initio autem ψηφίσματ 9. quatuor laudatorum nomina in totidem oleaginis coronis exfculpta leguntur. Sic in alio apud Muratorium (70) senatus & populus iubent corona aurea coronari ΕΠΑΦΡΟΔΕΙΤΟΝ ΑΣΤΕΚΤΟΥ, Epaphroditum Afte ti fil., ipfum autém ψήφισμα in corona, ut videtur, oleagina vellaurea (lescriptum est. Sed mos erat Graecorum, coronis mortuos etiam ornare, ut videre est apud NICOLAUM GRACCIUM (71). Quinimmo & consuetudo eorumdem fuit decernendi mortuis coronae. honorem; ut haec commonstrat apud Sponium (32) ἐπιγεωφὰ:

Η ΒΟΤΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΣΤΕΦΑΝΟΙ ΧΡΥΣΩ ΣΤΕ ΦΑΝΩ ΕΥΡΥΘΜΟΝ ΕΠΙ ΤΥΧΕΩΣ ΠΡΟΜΟΙΡΟΣ ΒΙΩΣΑΝΤΑ Senatus & populus coronat aurea corona Eurythmum praem matura morte defunctum.

Atque eadem prorfus de caussa senatus & populus eodem pariter honore affecerunt quemdam ATP. ΧΑΡΙΔΗΜΟΝ ΖΩΣΙΜΟΥ Aur.

Ll

Cha-

## 266 MONUMENTA GRAECA EX MUSEO NANIO.

Charidemum Zosimi fil.; ut apud ipsum Sponium (73) legere est. Ouare Franciscus Oudendorpius (74) allata hac inscriptione: Ο ΔΗΜΟΣ ΔΙΟΔΟΤΟΝ ΔΙΟΔΟΤΟΥ ΤΟΝ NEOTEPON, populus Diodotum Diodoti fil. iuniorem, supra quam binae insculptae sunt oleaginae coronae, eam interpretatur addendo verbum sepavoi, coronat. Sic & IOHANNES BOUHIERIUS (75) similem aliam eadem. prorsus ratione explicat. Hinc ergo dignoscimus, Callimachum, de quo fermo est, ad cumulum quemdam gloriae pro meritis in rempub. corona etiam decoratum fuisse; proptereaque coronam ipsam in cippo fuisse exsculptam. Ita Lucianus (76) de Toxaris sepulcro scribit: έςι δε ... ε μέγα το χώμα, κω) ή ς ήλη χαμαι. พ มพิง ผู้มา รัฐธราโนธ์ ye del, eft autem ... non magnus tumulus, humique cippus, verum semper est coronatus. Sicuti ergo signa illa, nempe statua & herma per se ipsa declarant saltem generatim causfam honoris, propter quam Callimachi monumento fuere adiecta; ita ob eamdem prorsus rationem idem per se veluti clamat corona ipsa eidem monumento ex senatus populique decreto apposita.

(1) PACIAUDIUS. Monumenta Peloponnes.

Musei Nanii tom.11. par.14. pag. 210. &
feqq.

(2) GUTHERIUS. de iur. Manium lib. II. cap. XIIII.

- (3) Guascus Franciscus Eugenius . infeription. Musei Capitolin. tom. 111. num. 1280.
- (4) SUIDAS . V. Στήλη ultimo loco .

(5) IDEM . **v.** Κεραμικός .

(6) ETYMOLOGUS . V. Στήλη.

(7) PHAVORINUS VARINUS. Lenic. magn. v. pag. 479.

(8) CICERO. de legibus lib.II.

(9) PAUSANIAS . lib.II. in Corintb.cap.vII.

(10) SYLBURGIUS, in not. ad l. l.

- (11) PRIDEAUX. Marmora Oxonien. par.I. num.viiI.
- . (12) ASTORIUS . de antiquo Alcmanis monumento apud Sallengr. tom.II.

(12) PAUSANIAS . 1. 1.

- (14) SPONIUS . Miscellan . erudit . antiquit . sect.x . num.cxxIII .
- (15) Philo Iudaeus . Excerpt, legation. xxxvI.
- (16) IUSTINUS . Hiftor . lib.xLI . cap . 11 I .

(17) PLUTARCHUS . in Lycurgo .

- (18) POTTERUS. Archaeolog. Gr. lib.IIII. cap.vil.
- (19) Iustinus . 1. 1. lib.11I. cap.v.
- (20) PAUSANIAS . lib.I. in Attic. cap. xxvIIII.
- (21( DIOGENES LAERTIUS. lib.I. in Solon. fegm. 48.
- (22) CORSINIUS . Faft. Attic. tom.I.
- (23) STEPHANUS BYZANT. . v. Abivas .
- (24) HERODOTUS. lib.viiI. cap.xLiiiI.
- (25) MURATORIUS. N. Tb. CLXXX. 1.
- (26) IDEM . ibid. MXXX. 2.
- (27) SPONIUS. Popul. Attic. art. XXXXIII.
- (28) TREOPHRASTUS. Character. Cap. περί περιεργίας.
- (29) D'ORVILLE IAC. PHILIP. ad Chariton. lib.111. cap.viii1.
- (30) MURATORIUS. N.Tb.CLXII.I.CLIIII. 4. DLIII. 4. MML. 2.
- (31) REINESIUS. Antiquar inscript. cl.xII. num.CIIII.
- (32) SPONIUS. Miscellan. erudit. antiquit. sect. x. num.xxxvI.

- (33) MURATORIUS . 1.1, MMXXVII.8.
- (34) CALLIMACHUS. Epigrainm. xx.
- )35) MURATORIUS . l. l. MLXVIII. I .
- (36) MAFFEIUS. Art. eritic. lapidar. lib. III. cap.I. can.III. col.72.
- (37) POTTERUS. Archaeolog. Gr. lib. In L. cap.vI.

(78) IDEM . ibid.

- (39) AGATHIAS . Antholog. lib.111.cap.111.
- (40) OUDENDORPIUS. de veterum inscription., & monumentor. usu, legatoq. Papenbroekiano &c. num.vl.
- (41) CASTELLIUS LANCELLOT. inscription. Sicul. &c. cl.xIIII. num.lx.
- (42) FOURMONTIUS MICHAEL . Leadem. Cortonen. tom. III. differt. III.
- (43) MURATORIUS . N.Tb. MCMLXXXII.3.

(44) IDEM . ibid.

- (45) PLUTARCHUS . in Solone .
- (46) LANCELLOTTUS CASTELL. *ibid*. cl. xiiiI. num.lxxxv.
- (47) PACIAUDIUS. Monument. Peloponnef. tom.il. pag.211.
- (48) SPONIUS . Miscell. erudit. antiquitat. fect. x. num.LvI.
- (49) IDEM. ibid. num.LII.
- (50) PASSERIUS. Offerväzioni fopra alcuni monumenti &c. del Museo Nani sez. II. pag.xxx.

(51) PACIAUDIUS . l. l. pag. 216.

- (52) CICERO . lib. I. de nat. Deor. num. num. LXXXXIII.
- (53) Inscriptiones antiquienes bibliotheca Monachor. Camaldulen. S. Gregorii in monte Caelio ad Latinas num. xviiiI. quae funt ad calcem dissertat antiquit. P. Oderici.
- (54) HENRICUS STEPHANUS . V. "Hows .
- (55) PATINUS. Commentar. in tres Graec. inscription., commentar. in II.
- (56) LUCANUS . Pharfal. lib.viiiI.v.6.
- (57) DIOGENES LAERTIUS . lib.vil. fegm.
- (58) PLUTARCHUS. de placitis philosophor. lib. I. cap. vIII.
- (59) SPONIOS. Miscellan.erudit.antiquit. sect.x. num.xxxvIII. num.2.3.9.
- (60) IDEM . ibid. num.6.
- (61) DIOGENES LAERT. lib.11.segm.43.
- (62) SANDRIUS ANTONIUS. Inscriptiones
  L 1 2

ex biblioth. Monach. Camaldul. in appendice ad dissert. antiq. P.Oderici.

(63) PATINUS . 1. 1.

(64) REINESIUS . Antiqu.inscription. cl.xI. num.Lv.

(65) Maffeius. Museum Veronen. Liil.6.

(66) PACIAUDIUS. I. l. pag.26.

(67) Demosthenes . Orat. ad Leptinem .

(68) PAUSANIAS . 1. 1. pag.34. & seqq.

(69) Chishullus. Antiquit. Afat. p. 145. (70) MURATORIUS. N.Th. DLVII.3.

(71) GRACCIUS NICOLAUS. de repub.Lacedaemon. lib.III. tab.I. infiitution.viiI.

(72) SPONIUS . Miscellan.erudit.antiquit. sect.x. num.xxxxII.

(73) IDEM . ibid. XXXXII.

(74) OUDENDORPIUS.de veter inscription. &c. usu & legato Papenbroekiano num. 6. & 25.

(75) BOUHIER. IOHAN. Explication des quelques marbres antiques infcript. II.

(76) LUCIANUS in Septha.

# IN MONUMENTA NEKPOAOTIKA DISSERTATIO II

De solemni νεκρολογικώ verbo XAIPE.

## ΣΥΝΟΨΙΣ

## DISSERTATIONIS II

De folemni νεκρολογικώ verbo XAIPE.

S.I. E Xemplo LUCIANI, qui serio scripst de solemni verbo υνίωνε, ostenditur utilem esse tractationem de alia solemni voce χαῖρε. Indicantur autem ea, de quibus in hac dissertatione agendum est.

S. II. De origine solemnis huiusce verbi zaise dissertur; illudque multo ante pugnam Marathoniam fuisse ustatum ostenditur.

S. 11I. Erga Deus solemni bac voce utebantur veteres, dum eos vel supplicarent, vel laudarent.

S. IIII. Erga bomines vero antiquiori aetate, quolibet diei tempore, poflea autem matutino tantum; sed illi etiam, qui a se mutuo discederent, eamdem vocem adhibebant.

.S. v. Improbavit PLATO verbum xaige tum erga Deos, tum erga homines, sed facile paucis refellitur.

§. vI. Hanc salutationem XAIPE adhibebant Graeci erga mox morituros, & erga defunctos, qui domo efferebantur, vel mox erant sepeliendi, vel etiam erga sepultos.

S. VII. Eamdem vero fuisse felicis auspicii salutationem ostenditur ex voce XPHETE, aliisque bonos mores indicantibus, quae saepe cum ipsa voce XAIPE in lapidibus γεκρολογικοῦς coniunguntur.

S. VIII. Sensus autem illius salutationis XAIPE est, ut defuncti in altera vita felicitatem consequerentur; quod ex ipsis sepulcralibus iπιγραφαίς, atque ex veteribus scriptoribus comprobatur.

S. VIIII. Pluribus modis solemne verbum XAIPE in inscriptionibus vexpo-

S. x. Vocem AAYAE vel AAYAH, quae saepe cum solemni voce XAIPE in

- in iisdem coniungitur, activae significationis esse ostenditur adversus PACIAUDIUM.
- S.xI. Alia recensentur solemnia verba vel formulae veteres eiusdem vel fere eiusdem significationis cum solemni verbo XAIPE.

  Horum omnium diversa indicatur antiquitas.
- S. XII. De solemnibus verbis ΥΓΙΑΙΝΕ & ΕΡΡΩΣΟ pertractatur: eadem νεκρολογικά fuisse ostenditur. Diversa vero fuit de iisdem verbis ARTEMIDORI & LUCIANI sententia.
- S. XIII. Qui iam iam erant morituri, eodem solemni verbo XAIPE salutabant, quos relinquebant.
- S. XIIII. Immo inducebantur mortui ipfi salutationem a viatoribus exspe-Etantes, iisdemque eam reddentes. Graecam ἐπιρεαφὰν αpluribus allatam, quae videbatur huc pertinere, emendavit primum PACIAUDIUS, qui postea suae emendationis oblitus est.
  - S. xv. Mortui etiam inducebantur, eodem solemni verbo XAIPE salutantes non solum viatores, sed alios etiam, qui ad ipsos aliqua ratione pertinebant.

## DISSERTATIO II

De folemni νεκρολογικώ verbo XAIPE.

§. I.



Uum Luciano Samosatensi philosopho (sicut ipse narrat, vel singit) contigisset aliquando, ut in matutina salutatione non verbum xaise salve tunc consuetum, sed aliud vyiuse vale, quo in vespertina utebantur, incaute usurpasset; errorem contra receptam consuetudinem ad-

missum ingenue quidem fassus est; sed simul errati apologiam conscripsit (1), in qua de verbo zaise pauca, de alio autem. ύγίαση plura, ut oportebat, ex poetarum aliorumque scriptorum testimoniis, necnon ex philosophicis optimisque observationibus more suo eruditissime disseruit. Quando autem in ceteris sermonibus lepidissimam scriptor ille soleat dicendi rationem perpetuo consectari; in hoc vero ita serio rem totam egit, perinde ac si maximam capitis caussam orasse videatur. Ergo tractationem de verbo illo vyiuve nec tenuem nec inopem nec scriptione indignam iudicavit. Itaque & nos lubentissimi aliam heic aggredimur de responerismi voce XAIPE; quod de hac nemo eorum ex instituto egerit, qui de funereis rebus libros non paucos edidere. De quibus quidem non miror plurimum, quum. tot alia prae oculis habuerint, quae ex innumeris pene auctoribus erant colligenda; at mirari satis non possum Everardum FEITHIUM, qui licet Homericas antiquitates contexuerit, & multa ex vatum Graecorum principe de hac falutatione generatim sumpta potuerit eruere; attamen ita rem praetergressus est, ut ne unum quidem verbum de eadem protulerit. Nobis ergo onus imponimus de illa disserendi, non in universum quidem.; neque enim huius loci est ea pertractatio, sed de eadem voce tantum, ut est rexpologiza; aliqua enim dumtaxat ex iis, in qui- $\mathbf{M}$  m bus

bus ea ad viventes etiam pertinet, breviter attingemus, quae ad eius originem, atque praestantiam spectant, quaeque cumvenpodogunos, aliquam habent cognationem.

§. 1I.

Itaque quod hac voce XAIPE usus primo suerit quidam. Philipiddes, five ut contendunt IACOBUS PALMERIUS, & IOHAN. FRIDERICUS REITZIUS (2) Phidippides, affirmat Lucianus (3), sua aetate opinionem invaluisse: qui quidem Philippides unius diei cursu iter Marathone Athenas usque emensus, victoriam. fedentibus magistratibus, & de pugnae eventu sollicitis nunciavit, dixitque xaipere, vixquer, salvete, vicimus. Plutar-CHUS (4) vero ait faustum hoc nuncium allatum fuisse a Thersippo Eroensi, qui dixit χαίρετε και χαίρομεν, salvete, salvi sumus. At Iosua Barnes (5) animadvertit, hanc falutationis formam. χαίρε, χαίρετε, octingentis ante Marathoniam pugnam annis usitatam, eamque in Homero plusquam quadragies occurrere... At Moses Solanus (6) primo adnotat, quod Lucianus ipse. solemne illud verbum xAIPE apud Homerum observaverit, ex cuius Iliade exemplum antea adduxerat. Quid ergo, inquit So-LANUS, Dicam: quamvis non satis aperte, eo iamdiu orationis series tendit, ut quomodo formula haec, quae primo legibus quasi soluta, omni tempori apta censebatur, coeperit compellationi & epistolarum exordiis propria fieri ostendit. Cuius rei initium a Phidippide in sermone, & a Cleone in epiftolis (Lucianus) assignat. Quamobrem iure Barnesium reprehendit, quod ipse Lucianum redarguat; neque enim verofimile est, in re tam perspicua tantum. philosophum sibi ipsi contradixisse. Itaque, ut ipsius Lucia-MI (7) verbis utar, de zala mer n zerazópsuoic. E már tabira moror, solo έσο την πρώτην έντευζαν, άλλα και πρώτον μη ιδόντες άλληλες, έλογον αυτό. -Verbum igitur zaipuv antiqua est salutatio, quam usurpabant non. folum mane, primaque in compellatione, sed etiam quum antea se mutuo non vidissent. Hac autem salutatione non modo erga homines, sed erga Deos ipsos utebantur veteres, quod quidem. singillatim paucis comprobandum a nobis est, ut de eius salutationis praestantia constare possit.

S. 111.

Atque ut de illa prius loquar falutatione, quam erga Deos adhibebant, Cratinus (8) erga Deos omnes eadem usus est, inquiens: χαίρετε πάντες Θεοί. Salvete Dii omnes. Ulysses vero apud Homerum (9), quum ad regionem suam pervenisset, Nymphis supplicavit, dixitque:

שני ל' פֿעצשאאָן פֿעמיאָסו

Xaigere.

Nunc votis humilibus

Salvete:

Vates autem, qui sub Homeri nomine sertur hymnorum auctor (10) ita Apollinem invocat:

Καὶ σῦ μὲν ἔτω χαίρε Διὸς καὶ Λυτες ὑίε.

Et tu quidem sic salve Iovis ac Latonae sili.

CALLIMACHUS (12) etiam Iovem laudando ita falutat:

Χαίρε μέγα, Κρονίου πανυπέρτατε, δώτορ εάων

Χαίρε, ωάτες, χαίρ' αὐθι.

Salve plurimum o Saturnie exuperantissime, dator bonorum

Salve pater, iterumque salve.

Alios quoque Deos in suis hymnis eodem salutationis genereinvocat. Mirum vero magnopere est, veterem poetam, Orrhei nomine illustrem, in tot hymnis in Deos, numquam ea salutatione usum esse. Sed eadem ratione, ut ceteros praetermittam, Deam vel quasi Deam salutavit Erinna Poetria (12), vel quisquis alius vates ignotus, ut putat Steinheilius (13):

Χαίρε μοι 'Ρώμα θυγάτηρ "Αρης.

Quam quidem 'Ρώμην GROTIUS & FABRITIUS (14) fortitudinem\_ BARTHIUS vero Lipsius & Gesnerus (15) Romam interpretantur, Martis filiam.

S. IIII.

Erga homines vero hoc eodem solemni verbo x me frequentissime utebantur. Nulla ferme erat felicis auspicii occasio, qua eamdem vocem non pronuntiarent. Vetustiori uamque Graecorum aetate solo os unescipios eoses edus entresipento to propiose, eos vivus más à instant, nullum certum ac determinatum huic salutationi tempus erat constitutum, sicuti nunc, idest posterioribus saeculis, M m 2

vi m 2 ma-

matutinum tantummodo; ut super laudatus Lucianus iterum testatur. Ex plurimis autem iis occasionibus eas tantum heic leviter delibamus, quae ad mox morituros, aut ad mortuos ipsos referri inferius a nobis poterunt. Itaque illud recensere iuvat, quod Lucianus (16) observat, quod nempe eam usurparent vocem πωρ' ἀλλήλων, ώς τὸ

Χαῖρετ', ἐγω δ' ὑμῖν Θεὸς ἄμβροτ ω ἐκ ἔτι θνήτ ω quum iam a se mutuo discederent, quale est illud:

Salvete, atque Deam me agnoscite non mortalem.

Quod quidem est Empedoclis apud Philostratum (17) & Diogenem Laertium (18). Sic etiam Calypso apud Homerum (19) italulyssem alloquitur:

"Ουτω δη οἶκονδε φίλην ες πατρίδα γαῖαν
"Αυτικα νῦν εθέλως ίεναι; σὺ δε χαῖρε κὰς εμπης.
Siccine iam domum caram ad patriam terram

Protinus nunc vis proficisci? tum autem vale nihilominus. Illi ipsi pariter, qui peregre erant profecturi, eadem solemni voce utebantur erga eos, quos relinquebant. Idem namque. Ulysses ad patrios lares reversurus sic ab eodem Homero (20) inducitur loquutus ad eos, qui cum Alcinoo remanserant: χαῖρετε δ' ἀντὸι, salvete autem ipsi: & paullo post ad Aretam Alcinoi uxorem (21) χαῖρε μοι δ βασιλεία, salvete mihi o regina. Haec autem exempla sussiciant ad demonstrandam solemnis verbi XAIPE dignitatem & usum erga Deos, hominesque.

§. v.

At quum Dionysius quidam soleret homines, Deosque salutare eodem verbo χαιρε, atque de hoc more Platonem interrogasset, ipse tam celeberrimus auctor (22), qui quasi quidam philosophorum Deus appellatur a Tullio (23) ita Dionysio respondit: Ἐγώ δὲ ἐδὲ ἀνθρώπω κλήσει, μὰ ὅτι δὰ Θεῷ παρακελευσέμην ἀνδρῷν τῶτο. Θεῷ μὲν ὅτι μαρὰ φύσιν προςάτοιμ ἄν πόρρω γὰρ ἡδονῆς ἱδρυται καὶ λύπη γενῷ, δυσμαθίαν καὶ κλήθην καὶ ἀφροσύνην καὶ ὑβριν τίκτεσα ἐν τῆ ψυχῆ, καὶ ταῦτα μὲν ἔτως ἐρήσθω παρ ἐμῶ περὶ τῆς προσφύσεως. σὰ δ' ἀναγνὰς ἀυτὰ, ὅπη βάλει δ'ἔχασθαι τάυτη δ'εχε . Ego autem neque hominem hoc modo, neque. Deum salutarem, neque ut ita ageret, cuiquam essem auctor. Deum qui-

quidem, quia contra illius naturam loquerer ( nam divinitas longe abest a voluptate & tristitia) hominem vero, quia voluptas & dolor multa illi affert incommoda, indocilem nimirum animi hebetudinem, oblivionem, infipientiam, petulantiam in animo ingenerans. PLATO igitur, ut observat Lucianus (24) improbat verbum. χαίρειν, ώς μοχθηρον όν, και έθεν σπαθαίον έμφαίνων. το δ' εὖ αράτθειν, ἀυτ' συτέ εισάγει, ως κοινον σωπατός το παι ψυχής εδ διακειμένων σύμβολον, tamquam malum, nihilque serium praeseferens; eius autem loco verbum bene agere introduxit, tamquam commune corporis animique. bene affectorum symbolum. Vorstius observat, sicuti adnotavit Moses Solanus in Lucianum (25), quae Platoni ut primo auctori heic tribuuntur, Epicuro etiam a Diogene Laertio adscribi. Sed nos cum Platone ipfo agamus. Cicero (26) quidem dixerat, malle se cum illo errare, quam cum aliis vera sentire; at ille Tullius (27), qui alios monuit, ne cuiquam plus tribuerent, quam res & veritas ipsa concedat, quique (28) affirmavit, veritatem etsi iniucundam, sibi tamen gratam esse, ille, inquam, non ita Platonem laudare potest, ut veritati eum anteponat, sed ut contemnat, quos ipse (29) plebeios appellat philosophos, qui a PLATONE & SOCRATE dissidébant, quique ineptas plerumque. tuebantur opiniones. At quaecumque tandem sit Platonicae scientiae fama, ab ipso eam flagitamus libere sentiendi facultatem., quam Dionytio illi concessit. Itaque eius sententiae de verbo xaipar suffragium ferre non possumus, sicuti neque rationibus, quibus eamdem confirmare studet. Namque si mythologiam. consulas, Deos tristitia affectos comperies; si rationem, nil magis divinitati convenire intelliges, quam voluptatem. Hominibus autem bonum auspicari, ut sit verbo zuije, quis umquam dixerit vel malum, vel irriforium esse ? Maximus ergo ille philosophus quamdam sequutus est cogitandi subtilitatem, quam cum recta ratione haud facile compones. Itaque Plato fit per me liceat Homerus philosophorum, ut eum appellavit PANAETIUS apud Tullium (30); attamen & Homerum ipsum., ut philosophum egregium, aliosque doctissimos vates & scriptores venerati sunt antiqui; in his vero consuetudinem, ut optimam philosophiam commendare debemus.

S. vI.

## . S. vI.

Hanc ergo vocem KAIPE ut solemnem falutationem adhibebant Graeci veteres primo erga eos qui mox essent morituri; cuius rei exemplum nobis suppeditat Euripides (31), apud quem Diana Hippolytum iam iam moriturum ita assatur:

Kai χαιρ' · ἐμαὶ γὰρ ἐ θέμις φθιτὰς ὁρᾶν,
'Oud' ὁμμα χραίνει θανασίμοιση ἐκπνοαίς.

Et vale; mihi enim fas non eft intueri mortuos,

Nec polluere oculos anhelitu animam efflantis.

Atque hunc pariter fuisse Romanorum morem dicendi vale iam iam morituris, constat ex Astorio (32) & Kirchmanno (33). Sic vero earndem vocem xaipe puto usitatam apud Graecos, quum defunctus e domo esserebatur. Namque Admetus apud eumdem Euripidem (34) Pheraeos, qui uxoris eius suneri intererant, sic est alloquutus:

Υμείς δε την θανώσαν ως νομίζεται
Προσέπατ' εξιώσαν υς άτην όδον.
Vos vero mortuam, ut fert consuetudo,
Salutate egredientem postremam viam.

Dubitandum quidem non videtur, tune fuisse morem salutandi mortuos folemni verbo XAIPE; hoc enim utebantur erga mox morituros, hoc adhibebant erga fepultos, ut mox eric dicendum; ergo certum arbitror, eamdem invaluisse salutationem. etiam erga mortuos, qui domo efferebantur. Achilles sane, ut apud Homerum (35) legimus, Patroclo, qui iam erat sepeliendus, dixit: χαίρε μοὶ οι Πάτροκλε, salve mihi o Patrocle. Ita. chorus Alcestidi, non mox moriturae, ut scribit Passerius (36), fed iam mortuae, nec dum sepultae ait apud Eurpidem (37) xai-, cum alia precatione, de qua paullo post. Iam vero salutatio vel erga mox morituros, vel erga mortuos e domo elatos, aut eosdem iam sepultos eumdem prorsus sinem respiciebat; erat enim amica ac benevola adprecatio, qua mortuis bene esse augurabantur tum quoad corpus tum quoad animam. Quare opportunior non erat occasio adhibendi salutationem illam erga defunctos, quam in ipsis sepulcralibus monumentis, in quibus quum vulgo duratura semper existimaretur cum ἐπιγραφη ipsa. falufalutatio, perpetuum etiam videbatur felix illud erga mortuos auspicium.

\$. v1I.

Neque vero ulla subesse potest dubitatio, quin felix revera fuerit augurium eo folemni verbo XAIPE erga mortuos expressum. Nam etsi idem verbum zasper usurpatum pluries & tamquam folemne fuerit etiam ut malorum auspicium, erga eos nempe, quos in malam rem abire iubebant, quosque cum... contemptu & indigne ferentes negligebant; cuius rei plurima funt apud Henricum Stephanum (38) exempla; & quamvis probrosa haec ipsius verbi xaspar significatio desumpta ex eo videatur, quod ipso verbo uterentur erga discedentes, ac multo magis ex eo, quod in mortuos illud idem omnes pronuntiarent; ex his tamen nulla fane ratione inferri potest, idem verbum in mortuos adhibitum cum infelicis augurii significatione. Id evidens arbitror esse ex aliis vocibus, quae in antiquis iπιγραφαίς cum voce XAIPE coniunguntur. Ac primo quidem. cum voce XPHITE. Haec enim iuxta lexicographos vel generatim significat bonum & probum; vel minus generatim, mitem five clementem, suavem, atque incundum: nec umquam sane vox haec in adversam deducta est significationem. Levissimam vero difficultatem, quae contra opponi posset, iam vidit atque. egregie solvit Henricus Stephanus. Itaque quum communis fere effet Graecorum consuetudo coniungendi vocem XAIPE cum. illa XPHETE; nil magis perspicuum esse potest, quam vocem ipsam XAIPE fuisse felicis auspicii publicam significationem. Adde etiam, quae infra dicam, idem verbum XAIPE copulari cum aliis vocibus pariter indicantibus bonos ac praeclaros defuncti mores; nimirum hae habentur in renpodoginais inscriptionibus formulae: HPOS XPHSTE XAIPE, Heros bone vale. AATTIE XPHSTE XAIPE, innocens & bone vale; XAIPE MAPA OEOIE, vale cum Diis; atque vox xPHITH faepe coniuncta est cum alia AMEMIITOI inculpatus, ut infra dicemus §.x. Quapropter nil dubitandum, quin folemnis acclamatio XAIPE felicis faustique auspicii argumentum non fuerit. Quod quidem ex eo etiam intelligimus, quod natura ipsa duce in miseros, ac in eos praesertim, quos huiusce. lucis

lucis usura privatos conspicimus, tum laudes quas possumus, quae plerumque viventibus denegantur, abunde enuntiamus, tum bona omnia aliis atque aliis faustis auguriis evenire optamus; ut etiam in Gruteriano lapide (39) dicitur: OANONTAX ETEPTETEIN AEI, mortuis benefacere oportet. Quoniam vero ethnici mortem veluti supremum, quod homini contingere potest, existimabant malum; hinc propterea factum est, ut verbum. XAIPE, quo tamquam benevola erga mortuos adprecatione utebantur, hac sublata boni ominis idea, mortis idea dumtaxat retenta, usurpaverint aliqui tamquam miseriae atque inselicitatis auspicium.

## s. vul.

Cuius ergo generis esset illa erga mortuos precatio cum solemni voce XAIPE coniuncta, ex EURIPIDE (40) cognosci potest, apud quem chorus mortuae Alcestidi haec dixit:

> Xaipe · πρόφων σε χθοπός θ' Έρμης "Adns τε δεχωτ' · εἰ δε τι κάκει Πλεον ες' άγαθοίς τέτων μετέχεσ' "Ads νύμφα προσεδρέυσις .

Vale. Benevolus vero te subterraneus Mercurius Et Pluto excipiat. Si vero & illic

Plus bonorum contingit bonis, horum particeps Plutonis coniugi assideas.

Sic in veteri, quamvis non genuina, apud MAFFEIUM (41) ἐπιγραφή cuiusdam feminae anima commendatur Proserpinae:

ΑΛΛΑ ΣΥ ΠΑΜΒΑΣΙΛΗΑ ΘΕΑ ΠΟΛΥΩΝΟΜΕ ΚΟΥΡΑ ΤΗΝΔΕ ΑΓΕ ΕΠ ΕΥΣΕΒΕΩΝ ΧΩΡΟΝ ΕΧΟΥΣΑ ΧΕΡΟΣ.

Aft tu Persephone, vario quae nomine culta es Excipe, eamque piis insere Diva choris.

Hanc autem fuisse Graecorum philosophiam, ut bonis bene esset in altera vita, testatur in primis Clemens Alexandrinus (42), qui ait: τὴν δὲ ἐλπίδα τὴν μετὰ θάνατον, ἐ μόνον οἱ τὴν βάρβαρον σοφίαν μετίοντες ἐσασι, τοὶς μὲν ἀγαθοῖς καλὴν, τοῖς δὲ Φαύλοις ἔμπαλιν· ἀλλὰ κὰ οἱ Πυθαγόριοι, eam autem spem, quae est post mortem, non solum sciunt, qui barbaram persequuntur philosophiam, bonis quidem bonam, malis autem contrariam, sed etiam Pythagoraei. Quinimmo

Digitized by Google

cos, qui bonis moribus vitam transegerint, sieri post mortema quosdam veluti Deos dixit Socrates apud Platonem (43) his verbis: Λίγα εν καλῶς κεὰ ετΟ κεὰ ἄλλοι ποιηταὶ πολλοὶ δσοι λέγεσιν, ὡς ἐπανών τις ἀγαθὸς ὧν τελετήση, μεγάλην μοῦραν κεὰ τιμὴν ἔχα, κεὰ γίνεται δαίμων. Quamobrem & is (Hesiodus) & ceteri poetae permulti praeclare loquuntur, quicumque aiunt, videlicet, postquam bonus aliquis vita functus est, maximam dignitatem praemiumque sortitus, sitque daemon. Sic in Veronensi (44) Museo vetus epigramma haec habet:

ΖΉΣΑΣ ΩΣ ΔΕΙ ΖΗΝ ΑΓΑΘΟΣ Δ ΕΝ ΑΠΑΣΙ ΝΟΜΙΣΘΕΙΣ ΗΔ ΑΚΜΗΝ ΝΕΟΣ ΩΝ ΩΧΕΤ ΕΣ ΗΜΙΘΈΟΣ.

Omnibus acceptus postquam vixisset honeste, Florens aetate ad Semideos abiit.

Ex quibus fane non de fola Socratis, sed de omni Graecorum\_fententia mirifice compertum est. Quamquam & alia plura, eaque admodum praeclara in hanc eamdem rem collecta videre poteris apud Tobiam Pfannerum (45), qui de gentilium, praesertim vero Graecorum theologia cum Christianorum theologia comparata egregium opus litteris mandavit; cui & addi potest Dannel Clasenius (56), qui eiusdem fere argumenti eruditum librum conscripsit.

S. viiiI.

Videndum nunc, quot modis folemne verbum XAIPE in veteribus adhibeatur ἐπιγραφαῖς. Ac primo quidem ( ut praetermittam haberi aliquando XAIPEΣΘΑΙ, apud Sponium (47) illud in pluribus ponitur tantum vel unius vel complurium numero; cum hoc tamen difcrimine, quod ubi plures in eodem sint monumento sepulti, eorumque nomina uno in lapide inscripta, aliquando semel tantummodo verbum XAIPETE valete legitur; sic in ditissimo Museo Nanio, apud Paciaudium (48) Aeontion AIZXTAE ΔΑΜΟΞΕΝΑ ΧΑΙΡΕΤΕ; & alibi apud eumdem (49):

ΑΠΟΛΛΩΝΙΕ ΑΠΟΛΛΩνιε ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΝΙΚΟΛΑΟυ ΗΡΑΚΛΙΣ ΗΡΑΚΛΙΕ ΧΡΗΣΤΟΙ ΧΑΙΡΕΤΕ

Hic

Nn

Hic vero observandum est, idem verbum xaipete in shuchus Gruterianis (50) iniquation reperiri, in quibus non plurium, sed unius nomen inscriptum est, quod quidem vel erratum dici debet, vel hinc arguendum sorte lapides ita corruptos, ut saltem alterius mortui nomen in iis desideretur. Rarissime vero legimus idem verbum xaipe, vel xaipete in uniquations, lapidibus ingeminatum. In altero apud Gruterum (51) lapide scriptum illud est solemne verbum initio ac sine. Pulcherrimum exstat aliud monumentum in Veronensi Museo (52), in quo seiunctis tribus nominibus, quibus semina quaedam donabatur, singula cum salutatione xaipe, quod vehenentioris studii indicium est, ita pronuntiantur ipsius integratis initio:

ΠΟΛΛΑ ΠΕΡΙΓΕΝΟΥ ΧΑΙΡΕ ΛΙΚΙΝΝΙΑ ΧΑΙΡΕ

AIKINNIA EAENH XAIPE

Polla Perigeni fil. vale, Licinnia vale, Licinnia Helena vale.

Attamen haud raro apud veteres scriptores bis terve idemverbum alicui dictum reperitur; ut apud Aristophanem (53): quod etiam Latini secere, ut Servius (54) testatur. At si noneodem verbo xaipe, alio tamen addito, repetita quandoque legitur in iniquação, salutatio illa; ut apud Gruterum (55) ETTT-XEITE XAIPETE, selices estote, valete. Sic apud Latinos saepius, ut videre est in Gruteriano indice mave et vale. Quod autem solemnis verbi xaipe significationem magis declarat, est imiquação apud eumdem Gruterum (56), in qua legitur: XAIPE sa-PA OEOIE, salve apud Deos, vel salve cum Diis; sic & alia sormula, in qua cum solemni voce xaipe sepe conjungitur AATSIE, ut in Museo Veronensi (57), vel de semina AATSIH dicitur, ut in Marmoribus Ononiensibus (58) atque inter ipsalocupletissimi Musei Navil monumenta Peloponnesia, apud Pa-CIAUDIUM (59).

**g.** x.

De hac autem voce AATIH erudite aliqua digessit idem. PACIAUDIUS (60), qui duplicem adnotat eius vocis significationem; passivam alteram, alteram vero activam; nimirum ut sit

sit vel doloris expers, vel nulli molesta; ac postremo passivam. eiusdem vocis significationem multo esse probatiorem ex Politice sibi suadet, adeoque ab ea non arbitratur resiliendum. At pace tanti viri, quem magnopere suspicio, passiva illius vocabuli significatio videtur mihi quidem non repudianda; sed activa potius retinenda in ea praecipue, quam ille explicat, intypaos. Nam folemnis illa falutatio XAIPE nil aliud est, fatente ipso PA-CIAUDIO, quam amica & benevola adprecatio, qua ethnici mortuis bene esse augurabantur, quoad utramque hominum substantiam. Haec autem adprecatio, sive augurium ideo in moribus positum erat apud gentiles, quod ex ipsis eorumdem principiis evidenter eis minime constaret de futura felici, an infelici forte post hanc vitam; quodque tamen plurimum sperarent, eos qui bonis moribus dies suos transegissent, beatitatem perpetuo duraturam consequuturos. Itaque cum hac spe rectius convenit activa eiusdem vocis significatio, sicuti activa est significatio vocis XPHETH, quae cum voce AATTH copulatur in eadem formula; nimirum ficuti sperabant, mortuos ad beatam vitam perrecturos, quia XPHETOI fuerunt, ita etiam dicendum, camdem eos sperasse, quod anthoi in vivis exstiterint. Ex quo pariter coniici potest, in antiquis impropais cum solemni verbo xaspe fubintelligi illud XPNETE. Adde vero ad maiorem supradictae. fignificationis confirmationem, faepe in Siculis inscriptionibus apud Lancellottum Castellium (51) legi kpheth kai amemmos bona, & inculpata; quod fane commonstrare potest activam eiuselem vocis XPHETH significationem, sicut activa est fignificatio vocis AMEMIITOS. Sic denique apud eumdem LAN-CELLOTTUM CASTELLIUM (62) eadem femina dicitur primo XPT-ETOTATH optima, deinde vero ETEEEETATH piissima. Voces ergo, quas in veteribus impendais focias habet vox illa XAIPE, in eadem funt significatione.

\$. xI.

Nobis autem de hae folemni responsario voce XAIPE differentibus onus etiam incumbit, in alia inquirere folemnia Oraecorum verba, aut formulas, quae eumdem vel fere eumdem fen-Nn 2 fum

fum obtinent. Itaque in sepulcralibus in raro verbum ETYTXI, five ETYTXEI, ut apud MAFFEIUM (63), & GRUTERUM (64) vel ETYTXIN, ut inter nostras Gregorianas (65) idest, bono animo esto; vel etiam, ut est apud MURATORIUM (66) iuxta Leichnil (67) emendationem AIEN ETYTXEI, perpetuum vale; quae formula in Graecis lapidibus rarissima est; in Latinis autem inscriptionibus, atque apud Latinos poetas non item. In Gruterianis vero emizeavais (68) habetur haec vox exormei gaude; & in iifdem (69) atque in Gudianis (70) OAPZEI confide; vel apud ipsum Gruterum (71) formula haec: ETTTXEITE XAIPETE, felices estote, valete; & inter nostras Gregorianas (72) EYMEAI-ZHIAII suaviter vivas. Apud Sponium (73) veto EPPOSOH valeat; de quo verbo, ficuti & de alio TTIAINE, quod est in Gruteriano indice (74) infra aliquid adnotabimus. Inter Gruterianas (75) vero ἐπιγραφάς, haec alia est formula: ΣΥΝ ΤΥΧΗ ΚΑΡΠΟΥ, cum Fortuna fruere. Demum apud ipsum Gruterum (76) nobilis haec legitur formula: ETYTXEI META TOT OZIPIAOT, bono animo esto cum Osiride; cui forsan peculiari ratione devota fuerat femina, cui positum est hoc monumentum. Illud vero heic observandum, non omnia huiusmodi verba solemnia, seu sepulcrales formulas eiusdem esse antiquitatis. Nam si excipias illa. XAIPE, & XPHITE XAIPE, aut XPHITE KAI AATTIE XAIPE, cetera fere sequioris aetatis esse videntur; animadverti enim haec in illis reperiri ἐπιγεμφαῖς, in quibus nomina vel praenomina Romanorum continentur, quae quidem in prioribus, licet usitatissimam habeant formulam, vel solemne verbum, numquam. tamen me legisse memini: quod nemo, ut reor, negaverit esse maioris antiquitatis argumentum.

S. xII.

Aliam huiusmodi vocem solemnem vidi in Gruteriano indice, superius indicatam, nimirum TTIAINE, vale. De hac autem, sicuti & de altera ερρωσο ARTEMIDORUS (77) haec habet: Ερρωσο δε καὶ υγίαινε, ετε λέγκι, ετε ἀκέκι ἀγαθὸν ε γὰρ προσίοντες ἀλλήλοις, ετε μέλλοντες τὶ πράτειν, ταυτα λέγκοιν ἄνθρωποι, ἀλλὰ ἀπαλλατίδμενοι ἀλλήλων, καὶ πρὸς ὑπνον πρεπόμενοι διὸ καὶ γάμες, καὶ κοινονίας διίς πος

જુપે

na) τες νοσεντας άναιρε . Vale & salve (nimirum έρρωσο & ύγίαινε) neque dicere, neque audire bonum est. Non enim sibi homines congredientes aut aliquid facere parantes haec dicunt; sed quum discedunt abs se, & vertuntur ad somnum. Quare (verba haec) nuptias & societates dirimunt, & aegrotantes interimunt. Non meminit quidem ARTEMIDORUS, easidem voces TIIAINE & EPPOSO usurpari consuevisse in re funebri; opportuna tamen quammaxime videbatur eius funerei ritus mentio ad probandum id, quod ipsi erat propositum. Verumtamen ritum hunc videtur supponere in. postremis allatis verbis, quibus affirmat, eisdem vocibus nuptias ac societates dirimi, atque aegrotantes interimi; neque enim tanta eisdem vocibus tributa esset vis, si tantummodo ipsis usi fuissent, qui vel discedebant, vel ad dormiendum progrediebantur. Lucianus vero, quem initio huius dissertationis laudavimus, vocem uziare plurimum sua aetate improbatam narrat, si in matutina salutatione suisset adhibita; cuius rei & suum... aliorumque etiam, qui in falutando lapsi verbo fuerant, exemplum commemorat. Verumtamen totus est in contexenda eiusdem vocis apologia; spectata enim eius primigenia significatione, demonstrat, eam esse salutationis vocem quolibet tempore aptissimam. Ubi vero vel suum vel aliorum erratum quoad hanc vocem recenset, nec ipse innuit, eam ipsam vocem in ceremoniis funebribus habuisse locum. Eius tamen silentium argumento non est, idem verbum YTIAINE ad mortuorum salutationem non fuisse adhibitum. Nam & de verbo XAIPE aliqua. ipse Lucianus adnotat, animadyertitque etiam in odii symbolum fuisse usurpatum; neque tamen ullam iniicit mentionem de communi eius vocis in funeribus falutationibus consuetudine. quam ipse quidem nulla poterat ratione ignorare. Quamvis vero unicum vocis TΓΙΑΙΝΕ, atque etiam alterius ΕΡΡΩΣΟ in. sepulcralibus ἐπιγεαφαίς exemplum mihi suppetat; arbitror tamen in pluribus aliis, quas futura aetas forte proferet in. lucem, eamdem reperiri; utpote quae iuxta eius usum, quem in vivis obtinebat, videatur etiam ad funebres ritus maxime idonea.

S. XIII.

S. xIII.

Hae autem formulae omnes, five folemnia verba dicta. a viventibus funt erga eos, qui vel iam iam erant ex hac vita excessuri, vel ex eadem iam decesserant; ut nempe solebant similibus falutationibus illos profequi, qui iter arripientes a propriis sedibus discedebant Sic & apud Latinos, ut ex VARRONE animadvertit Servius (78), mortuis salve & vale dicebant, quod ab iis recederent, eosdem numquam amplius visuri. Sed quoniam, ut superius observatum est, aderat etiam consuetudo, ut illi ipsi, qui peregre erant profecturi, codem aut fimilibus verbis cos salutarent, quos relinquebant; ideo haud raro ii, qui vel subeundae morti iam erant proximi, vel iam fatum subierant, inducuntur similem reddentes salutationem illis, qui bene ipsis esse cupiebant. De iis, qui iam iam erant e vivis excessuri, haec habe, quae subministrat Euripides (70). Narrat enim. apud ipsum famula Alcestidis, quod liberi a matris veste pendentes, eam plorabant in lecto incentem; illa vero eos suscipiens in ulnas,

Ήσπάζοτ' άλλοτ' άλλον, ως θανυμένη,

Salutabat alias alium, tamquam iam moritura; ipfaque etiam paullo antequam moreretur, natis dixit (82); ¿λλὰ χαιρίτω τέκτα, fed falvete filii; fuo autem coniugi, χαῖρε falves Sic apud eumdem vatem (81) Polynices iam moriens matrematororemque ita falutavit:

Καὶ χαίρετ', Ήδη γώρ με περιβάλλα σπότο.

Et salvete; iam enim circumdant me tenebrae.

Ita Cyrus apud Χενορηοντεμ (82) longam orationem iam iam moriturus hac erga suos salutatione concludit, inquiens: κὰ χαίρτε φίλοι παίδες, κὰ τῷ μπρὶ ἀπαγγάλλετε τὸς πας ἐμε κὰ πάπες δὶ οἱ παρόντες, κὰ οἱ ἀπόντες φίλοι χαίρτε : & salvete cari pueri, & matri annuntiate seuti est de me; omnes autem & praesentes & recedentes cari valete. Sic & apud Latinos; Âugustus enim, secuti narrat Sueronius (83), in oculis Liviae, & in hac voce desecit: Livia nostri coniugii memor vive & vale.

S. XIIIL

S. xinl.

Illi vero, qui iam obierant, inducuntur pariter salutationem viatoribus reddentes. Huiusce moris exemplum nobis offert Paciaurus (84) ex veteri in quam ex Grutero (85), Fabretto (86), & Boumerio (87) ipse deprompsit, in qua hanc haberi ait formulam: XAIPE KAI ETTE, quam sic interpretatur, vale & tu, nempe viator. Atque huius dialogi singulare specimen producit ex Aristophane (88), apud quem Hercules Dionysio ad inferos proficiscenti fausta omnia adprecatur, ac vicissim Dionysius Herculem selicem esse exoptat:

Her. Καὶ χαῖρε πόλλ' ω ' δελφέ.

Dio. Νὰ Δία καὶ σὰ γε ὑγίακε.

Her. Et vale plurimum o frater.

Dio. Per Iovem & tu omnino vale.

Ita Paciaudius egregie fane in illustrandis monumentis Peloponnesiis nobilissimi Musei NaniI, quae edidit anno MDCCLXI. At indiatribe, qua Graeci anaglyphi interpretationem in lucem emiferat anno MDCCLI. BOUHIBRIUM pag. xxiI. reprehendit, quod ipse nimis acriter Astorium Italum accusaverit de falsa eius lapidis interpretatione, nimirum de ea, quam ipse Paciaudius in monumentis Peloponnessis proponit; addit deinde: autographum semel iterumque Venetiis in aedibus Grimanorum legimus; atque in eo extremae litterae hae funt : SYSTE ... quas tamen nonnullae aliae quondam comitabantur. Mancam vero illanı vo+ cem ibidem interpretatur STSTEPTE ex verbo sign, & particula συ, πλεονάσματ@ gratia; ut fenfus fit : adquiefce . Itaque cogimur vel inviti lectionem illam ETTE omnino deserere, & hanc ETETER admittere. Quare emendandus est etiam Sponius (39), qui iniquani illam interpretatur & tace, quafi effet ETTE pro ETTA. Non defunt tamen monumenta. alia, quibus illud probemus, quod antea proposuimus; nam apud Sponium (90) legimus: MAPOAEITA XAIPE viator vale: sic apud Gruterum (91), & LANCELLOTTUM CASTELLIUM (92) XAI-PE ΠΑΡΟΔΕΙΤΑ; & apud eumden Sponium (93) ΠΑΡΟΔΟΙΣ ΧΑΙ-PEIN. Sepulti enim exspectabant a viatoribus, obtinebantque que illam falutis adprecationem XAIPE; ut in pulcherrimo eiusdem Musei Nani epigrammate, quod profert atque illustrat Paciaudius (94) ipse:

AAA IOI NTN HAPOAITA TON EK XOQNO $\Sigma$  AAKINOOIO XAIP EIH $\Omega$ N AFAOOT HAIA AFAOON  $\Sigma$ ATTPOT.

Sed abi nunc viator; (puero) de regione Alcinoi Salve dicto boni satyri bono filio.

Quamobrem haud raro in integração; sepulcralibus inducuntur ipsi defuncti reddentes viatori salutationem XAIPE, non soluma apud Graecos, ut ex supra allatis exemplis, sed etiam multo frequentius apud Latinos, in quorum monumentis legitur nonmodo viator vale, ut apud Gruterum; sed idem etiam diversis aliis exprimitur formulis; ut bene sit tibi viator. (95) bene valeas qvi legis (96) tv qvi legis have et vale, & similia plura tum apud eumdem Gruterum, tum apud alios inscriptionum veterum collectores.

S. XV.

Non solum denique inducebantur mortui pertranseuntibus viatoribus acclamantes xaipe, sed aliis etiam, qui ad ipsos mortuos pertinebant. Sic in primis videtur id secisse TEPTIA IAΣΩΝΟΣ, cuius sepulcrale monumentum attulimus num. xvII. Nam quum initio in eodem legatur Tegria láσων ω... χρηςη χαίρε, in sine autem láσων χαίρε, videtur profecto his postremis verbis ipsa Tertia reddere salutationem patri Iasoni, qui eidem fortemonumentum posuit. Ipsa enim iuvenilem prorsus praesefert saciem; quae admodum verosimiliter demonstrat ante patremus suum defunctam. Alias non attingo interpretationes; haec enim veritati prae ceteris conformior est. Morem vero supradictumaliis comprobemus monumentis. De Eretriis narrat Philostratus (97) καὶ τι καὶ ἰλεγεῖον ἐτοιν ἀναγνῶναι γεγραμμένον ἐποὶ ναυτῶν τε κοὶ ναυταλή καυτοῦν σήματί:

Οί δ'ε σοτ' 'Αιγαίοιο βαθύρροον οίδ μα πλέοντες
'Εκβατάνων πεδίω κάμεθ' ένὶ μεσάτω.
Χαῖρε κλυτή ποτέ πατρὶς Ἐρέτρια, χαίρετ' 'Αθήναι
Γείοντες Ευβοίης, χαῖρε θάλασσα φίλη.

Quin

Quin & elegidium legere est in nautarum nauclerorumque sepulcro inscriptum:

Qui quondam Aegaei ruimus falis ore profundum Ecbatanon medio contumulamur agro.

Patria clara olim vale Eretria, vos & Athenae Vicinae Euboces, & mare dulce vale.

Sic & apud Latinos in Gruteriano (98) sepulcrali lapide, qui Q. LAELII. MORIENTIS. DECRETA continet, haec initio legimus: VALE. CONIVX. VALETE. NATI. VALEAT. TIBVR. PATRIA. Quum autem viatores ex hisce monumentis teneros huiusmodi animorum sensus cognoscerent, facilius & ipsi, ut ergamortuos sunt homines maxime affecti, istis felicitatem omnemovehementer exoptabat, ingeminabantque ex animo amicam & benevolam salutationem XAIPE.

) o (1) Lu-

grand of the least of the continue which is not a family of the

man for probably and the probably to the form of the control of th

C. Let in it in the construction (in ) form it is also in the construction of the cons

-1011

(1) LUCIANUS Symone inscripto . Pro co quod inter salutandum laptus suerat .

(2) PALMERIUS, & REITZIUS in notis ad 1.1.

(3) Eucinnos. I.l.

(4) PLUTARCHUS . de gloriu Arbenienf.

(5) BARNES . ME Bariplais Bledram vers. 1357.

(6) Moses Solanus in Lucian. I.I.

(7) LUCIANUS Al.l.

(8) CRATINUS: in Espidors:
(9) HOMERUS: Odrff. A. v.357.

(10) HOMERUS . bymn. in Apollin. in fin.

(11) CALLIMACHUS . bymn. in Iovem.

V:91.94. (12) ERINNA . Poetriae octo : Erinnae Lesbide xiii 1.

(13) STHEINEILIUS . in not. ad 1.1.

(14) GROTIUS, & FABRICIUS. ibid.

(15) BARTHIUS, LIPSIUS, & GESNERUS. ibid.

(16) LUCIANUS. 1.1.

(17) PHILOSTRATUS . de vita Apollonii lib.I. cap.I.

(18) DIOGENES LAERTIUS . vit philosoph. lib.viil. segm. 62.66.

(19) HOMERUS . Odoff. E. v.204.

(20) DEM . ibid. N. v.39.

(21) IDEM . ibid. v.59.

(22) PLATO . Epist.111.

(23) TULLIUS. ad Attic. lib.mi.cap.xv.

(24) LUCIANUS . 1.1.

(25) IDEM . ibid.

(26) Cicero. Tuscul. quaest. I.n. xxxviiiI.

(27) IDEM. de Orator. lib.I. n.I.XXVII.

(28) IDEM. ad Attic. lib. III. cap xxIIII.

(29) IDEM. Tufcul. quaeft. I. num.Lv.

(30) IDEM. ibid. num.LxxiiiI.

(31) EURIPIDES . in Hippolyt. v 1437.

(32) ASTORIUS Commentar. in vetus Alcmanis monumentum.

(33) KIRCHMANNUS. de funerib. lib. III. cap. vIIII.

(34) EURIPIDES. in Alcest. v.609.

(35) HOMERUS . Iliad. 4. v. 179.

(36) PASSERIUS. Offervazioni fopra alcuni monumenti del Museo Nani sezion. I. pag.xviii.

(37) EURIPIDES . l. l. v.743.

(33) HENRICUS STEPHANUS. γ. χαΐρε...

(39) GRUTERUS . DCXV. 2.

(40) EURIPIDES, 411.

(42) CLEMENS Thekandrin from at Alb. 1111.

(43) PLATO . in Cratylo .

(44) MAFFEIUS . Kul. GEOLREV. 1.

(45) PFANNERUS FOBIAS. Siftema theologiae gentil. cap xxxI.

(46) CLASSENIUS DANIAL Theologico general. lib.I. cap.xiii.

(47) Sponius Mistellan erudit antiqui fed.x. numixxxv.

(48) PACIAUDIUS Monumenta Peloponn. tom.II. pag. 2111 inum.i.

(49) IDEM . ibid .pag. 238.

(50) GRUTERUS.DCXCVII.6:DCCCXIIIIII.4.

(51) IDEM. LXXVIIII.7.

(52) MUSEUM VERONEN. LIII. 4.

(53) ARISTOPHANES. in Pace v.590., & in Ranis v.173.

(54) SERVIUS . ad Aeneid. lib.II. v.644.

(55) GRUTERUS. MCXX. 4.

(56) IDEM . MXXXVII.9.

(57) Maffeius. Museum Veronen. LI.12.

(58) MARMORA OXONTEN, nev. edit. num. xvI.

(59) PACIAUDIUS. Monumenta Pelopenn. tom.il. pag.232.

(60) IDEM . ibid. pag.242.

(61) LANCELLOTTUS CASTELL. Infcription.
Sicul. claff. xI. nu.xiiiI.xxviiiI.xxxiiI.
xxxxv. LxviiiI. Cx.

(62) IDEM . ibid. cl.xI. num.XVII.

(63) MAFFEIUS . l.l. CCCXV.2.CCCXVI.4.

(64) GRUTERUS DCXCI.6 DCCLXXVIIII.4.

(65) INSCRIPTION. ANTIQ exhibition. Monachor. Camaldulen. S. Greg. &c. inter Graecas num. VIII.

(66) MURATORIUS . N. Tb. MCCCXXIII.I.

(67) LEICHIUS. Novae emendationes in Graecas Muratorii inscription.

(68) GRUTERUS. DCCCXXXIII. 11.

(69) IDEM . MCXX. 4.

(70) GUDIUS. Antiqu inscrip. CCCLXXI.2.

(71) GRUTERUS. DCCCXXXXI. 4.

(72) INSCRIPTION. ANTIQ. ex biblioth. Monach Camald &c inter Graecas n. vil.

(73) SPONIUS. Miscellin, erudit. antiqu. sect.x. num CXXXIII.

O o 2

(74) GRU.

(74) GRUTERUS. in indice cap. xVI.

(75) IDEM . LEXYIII. 7.

(76) IDEM . DCCLXXXIII. 3.

(77) ARTEMIDORUS. Onerocritic. lib. I. cap. ulc.

(78) SERVIUS . ad Aeneid. lib.xI. v.97.

(79) EURIPIDES . in Alcest. v.189.

(80) IDEM . ibid. v.389.

(82) IDEM . in Phoeniss. v.1462.

(81) XENOPHON. Paedag.

(82) SUETONIUS. in Augusto.

(84) PACIAUDIUS. Monumenta Pelopoun. tom. II. pag. 188.

(85) GRUTERUS, DCCLXXVIII.

(86) FARRETTUS . Infeription. antiquar.

(87) BOUHTERIUS. Emplication des quelques marbres antiqu. inscription. v.

(88) Aristophanes, in Ranis.

(89) SPONIUS. Miscellan. erudit. antiqu. sect. x. num. xxxxvI.

(90) IDEM . ibid. num. xxxyIII.

(91) GRUTERUS . DCCCCXXII. 5.

(92) LANCELLOTTUS GASTELL inscription, Sicul. cl.xIIII. num. xxII.

(93) SPONIUS . 1.1. num. LXXIII.

(94) PACIAUDIUS. I. I. tom. II. pag. 189.

(95) GRUTERUS. DLVI. 2. 3.

(96) IDEM . DCLXXXIIII. 2.

(97) PHILOSTRATUS . de vita Apellenti lib.I. cap.xvII.

(98) GRUTERUS. DCCCLEXVIIII. 4.

# ISSERTATIO III

IN

ΝΕΚΡΟΛΟΓΙΚΟΝ ΤΕΤΡΑΣΤΙΧΟΝ

- (74) GRUTERUS. in indice cap. XVI.
- (75) IDEM . LEXVIII. 7.
- (76) IDEM . DCCLXXXIIII. 3.
- (77) ARTEMIDORUS. Onerocritic. lib. I. cap. ulc.
- (78) SERVIUS . ad Aeneid. lib.xI. v.97.
- (79) EURIPIDES . in Alcest. v. 189.
- (80) IDEM . ibid. v.389.
- (82) IDEM . in Phoeniss. v. 1462.
- (B1) XENOPHON. Paedag.
- (83) Suetonius . in Augusto.
- (84) PACIAUDIUS. Menumenta Pelopoun. tom. II. pag. 188.
- (85) GRUTERUS, DCCLXXVIII.
- (86) FABRETTUS . Infeription. antiquar.

- (87) BOUHTERIUS. Emplication des quelques marbres antiqu. inscription. v.
- (88) Aristophanes, in Ranis.
- (89) Sponius. Miscellan. erudit. antiqu. sec. x. num. xxxxvl.
- (90) IDEM . ibid. num. xxxynl.
- (91) GRUTERUS . DCCCCXXII. 5.
- (92) LANCELLOTTUS CASTELL.inscription.
  Sicul. cl.xiiil. num. xxil.
- (93) SPONIUS . 1.1. num. LXXIII.
- (94) PACIAUDIUS . I. l. tom. II. pag. 189.
- (95) GRUTERUS. DLVI. 2. 3.
- (96) IDEM . DCLXXXIII. 2.
- (97) PHILOSTRATUS. de vita Apellevili lib.I. cap.xvII.
- (98) GRUTERUS. DCCCLEXVIIII. 4.

# DISSERTATIO III

IN

ΝΕΚΡΟΛΟΓΙΚΟΝ ΤΕΤΡΑΣΤΙΧΟΝ

## ΣΥΝΟΨΙΣ

### DISSERTATIONIS 11I

In monumentum νεκρολογικόν xxIII.

- S. I. M Onumenta vezgodozicà non solum quatuor sed multo etiam pluribus versibus, diversisque rationibus conscriptafuere.
- S. II. Tetrastichi quod propositum est, affertur interpretatio a IACOBO MARTORELLIO concinnata.
- S. 11I. Alterius interpretis lectio proponitur.
- S. IIII. Sed alteram nimia peperit licentia, nimia alteram comitatur obscuritas. Haec tamen posterior multo minorem vim intulit τετραςίχε vocibus. Prior autem commendatur veteribus eorum exemplis, qui vel ad mare sepulti fuere.
  - S. v. Vel ad fluminum littora,
- S. vI. Altera exhibetur eiusdem τετραςίχε interpretatio a viro graece doctissimo excogitata, quae eidem conformior apparet.
- S. vII. Quae illustratur exemplis veterum poetarum, a quibus ipsa sepulcra inducuntur loquentia;
- S. VIII. Quaeque occasionem praebet pauca adnotandi de Venetis Paphlagoniae populis, emendandique recentiorem Geographum de bis disserentem.
- S. VIIII. Alia demum viri graece eruditissimi affertur interpretatio, quae eidem τετραςίχφ est maxime consentanea, quaeque aliquid continet ab aliis non observatum.

## MONUMENTUM XXIII







Otissimum est illud PLATONIS (1) praeceptum; saxa monumentorum maiora non esse facienda, quam quae recipere defuncti encomium valleant; hoc vero versibus quatuor abundantius non esse declarandum. Utrum vero Athenienses an alii Graeci hoc philosophi dogma inter

fuas receperint leges, haud fatis adhuc nobis constat. Pluraquidem huiusmodi vençologinà tetrasticha inter vetera Graecorum
monumenta cernimus; at plurima etiam videmus, quae multo
maiori versuum numero constant. Plerumque autem versus illi, quibus defuncti laudes in renpologinas; lapidibus enarrabant,
erant hexametri, vel hexametri simul & pentametri. At inter postremi generis versus quaedam modo recte concinnata, modo
nullo servato ordine varietas apparet. Aliquando enim tetrastiP p chon

chon ita componitur, ut tres primi versus hexametri sint, quartus vero pentameter; ut est nostrum elegans tetrastichen Gregorianum ab Antonio Sandrio (2) editum; aliquando autem, ut apud Muratorium (3) bini pentametri hexametro subiciuntur, quod bis in eo sit iξαςίχω; contra quandoque duobus hexametris unus interiicitur pentameter; ut apud eumdem Muratorium (4), quandoque vero spreto recto ordine quartus tantum & sextus pentametri sunt hexametris inserti, ut apud Reinesium (4). Alialobservari ab aliis poterunt in veteribus monumentis metriceloconscriptis huiusmodi discrimina.

S. 11.

Iamvero τετράς ιχον, de quo heic differendum a nobis est, aliqua habet adeo obscura, ut difficillima plane sit eius interpretatio. Quare libentius dicam, quid de hac alii senserint, quam quid ego, qui tamen post singulas aliorum interpretationes aliqua addam ad earum illustrationem haud plane inutilia. Itaque IACOBUS MARTORELLIUS, quem, dum in vivis ageret, de hoc confului, ut virum Graecarum litterarum scienția atque eruditione praestantissimum, ingenue fassus est in epistola ad me data, fe non posse sensum aliquem ex eo τετρας ίχω elicere, nisì ampla. ei concedatur facultas, minor tamen illa, ut ipfe ait, quam. alii in similibus sibi sumpserint, permutandi, quae opportuna existima verit, quum praesertim, eo assirmante, nullum in primis duobus versibus sit elementum ad Graecae linguae leges compositum; quamquam alii docissimi viri quorum deinde interpretationes afferam, multo mitiores manus huic τετεατίχω apposuerint. Ita ergo Martorellius legendum interpretandumque illud exhibet:

> The τοία φαμάτφ δυσθαίμονα 'Ηλιόδωραν Θς ποι' εν ἀμφιάλφ πράϊ η ἀνεθαφε, Καὶ βυλή , καὶ χερτίν την τίμησε δε παιδι Ελλιπε καὶ Κτήσω, καὶ κλέω ἀθάνατον. Hanc in tali arena infelicem Heliodoram Quifquis iam in littorea bonus sepelivit, Et consilio & operibus ipsam honoravit quidem, silio Reliquit & praedium atque decus importale.

Atque

Atque hoc etiam metrice sic interpretatus est:

Hanc in arene vi fati functam Heliodoram Quicumque aequorea condidit ipfe bonus, Confilio atque manu ipfammet coluit, pueroque Praedia tot liquit; perpetuumque decus.

Quamobrem hinc, ait, exemplum habemus praeclarum amicitiae, quod quidam huius feminae forfitan in stumine demersae, amicus, sepulcrum eidem in arena excitaverit, eius autem stilio, qui matre carebat, praedia reliquit, ut samam sibi immortalem compararet. Praeclarum, inquit, Graecae amicitiae, exemplum! At magis mirandum videtur, quod ille tam nobilis Heliodorae amicus, nomen suum in tetrasticho minime expressum voluerit.

#### S. IIL

Amicus alter in Graecis litteris non ineruditus minorem. vim intulit vocibus huius impendic; fic autem legit atque interpretatus est:

Τήνω τοι τόσ'ο σακά τὸν ἀινὰν τὰν Ἐνεκό αν "Ος πόμεν ἀμφιάλφ πράτοσεν Η τι θάκα, Καὶ βελά καὶ χερούν ἔσαιρε ἄτηλε ఢీσ'ε παιδὶ Ελλιπε καὶ κτήσον καὶ κλέ (Δ. Εθάνατον.

Hic tibi hoc paravi (epitaphium) ob landem o Eneuda; Quae tandem (lans) terminavit, quasi esset aliquid simile sedi mari cinstae,

Quaeque adolevit cum infu puella, dum tum prudentia, tum operibus se purgabat,

Reliquit autem tum opes, tum gloriam immortalem. Hanc vero lectionem his confirmat admotationibus: quod in tetrafticho sit i ώτα adscriptum more veteri Graecorum, non autem subscriptum. In primo versu τήνω dorice pro έκαι: τοὶ pro σοὶ: σάκα pro σέσακα: Ἐνίαμεθα ποιπερι ρεοφτίμη. In versu secundo πρώνωσε pro ἐνράνωσε: θάκαι ρετο θάκα, hac est dorice pro θήκη, vel pro θάκω, απε θώμε. In tertio βυλαὶ, & ἄιθε pro βκλᾶ, & ἄθε, idest pro βκλᾶ, & ἄθε, idest pro βκλᾶ, & ἄθε: ἐσαμε autem sicut ἔφανε a φαίνω, sic ἔσαμε a. σαίνω: ἄτηλε sine incremento pro ἤτηλε ab ἀτάλλω; in postremo ελίνες poetice pro ἔλιπε.

Pp 2

S. IIII.

§. 111I.

Cui nam ex hisce interpretationibus calculum adiiciam., prorfus ignoro. Vel nimiam timeo in lectione MARTORELLII li. centiam, vel in alterius interpretatione tum obscuritatem tum praesertim prosodiae, & legum métricarum neglectum. Sed nec meae sido sententiae. Illud potius interim heic observabo; quod primam MARTORELLII interpretationem aliqua ratione commendare potest; veterum nempe consuetudinem, quosdam tumulandi prope mare vel flumina. Ac primo quidem occurrit ille Batilides, qui in sepulcrali epigrammate ait, se vitam in na-Vigatione perdidiffe: ΩΛΕΣΑ ΘΥΜΟΝ NATTIAM, quique in eodem epigrammate postremo ait:

ΚΕΙΜΑΙ Δ ΕΝ ΣΧΕΡΙΗ ΠΑΡΑ ΘΕΙΝ ΑΛΟΣ ΗΝΕΜΟΕΣΣΑΝ ΥΣΤΑΤΑ ΛΥΓΡΟΝ ΕΜΟΙ ΔΕΡΧΟΜΈΝΟΣ ΠΕΛΑΓΟΣ Nunc Scheriae iaceo ventoso in littore, tandem Exitiale mihi respiciens pelagus.

Hoc autem protuli ex MAFFEIO (6); quod enim affert MURATO-RIUS (7), haud fatis castigatum est. Daniel Clasenius (8) ait, PHI-LOSTRATUM fecisse Ajacis tumulum mari adiacentem; sed Philo-STRATUS (9)-ait: Ha far δ'ε αυτον καταθέμενοι ές την γην το σώμα, sepelierunt autem ipsum, humi corpus deponentes; nihilque aliud apud eumdem scriptorem vidi, quod demonstret, Aiacem suisse ad mare fepultum. At hoc forte memorat Cointus Smyrnaeus, five Quintus Calaber (10), qui postquam narravit, in rogo admodum divite, prope mare crematum Aiacis corpus, deindeaddit:

อัฐยน สบาชิ

Xnda in zevorn bnav, went de opter yaiar Xeuar amerecine Peitnic & ex exaç auths.

reliquias autem herois

In urna aurea condiderunt, ac terrae ipsis

Aggerem immensum circumfuderunt non procul a Rhoeteo promontorio.

Apud Homerum (11) umbra Elpenoris nondum sepulti apparuit Ulyssi, eumque enixe ita precatus est: 'Αλλ&

Digitized by Google

'Αλλὰ μὲ κακκῆαι σὺν τευχεσιν ἄσσά μοι ἐς ἐν ,
Σῆμα τε μοι χεῦαι πολιῆς ἐπὶ θινὶ θαλάσσης
'Ανδρὸς δυς ήνοιο, καὶ ἐσσομένοισι πύθεσθαι.
Sed me combure cum armis, quaecumque mihi restant,
Sepulcrumque mihi erige spumosi in littore maris,
Viri infelicis etiam posteris memorandi.

Hoc autem exorat umbra Elpenoris, non quod ipse in mari vitam amiserit; mortuus enim suerat, ut narrat Homerus (12) quod e quodam tecto deciderat; sed quod in mari remigare soleret; ita enim sermonem cum Ulysse incoeptum prosequitur (13):

Ταύτα τέ μοι τελέσαι, πήζαι τ' ἐπὶ τόμβω ἐρετμον,
Τῷ πεὶ ζωὸς ἐρεσσον, ἐων μετ' ἐμοῖς ἐτάροισιν.

Haec mihi perficie, figeque super sepulcrum remum,

Quo etiam vivus remigabam quum essem cum meis sociis.

Atque haec quidem statim spopondit Ulysses se facturum; eum vero secisse narrat postea Homerus (14). Demum, ne alia inquiram huiusmodi exempla, laudatus Q. Calaber Achillis se pulcrum pariter ad mare a Graecis consectum memorat, inquiens:

'Αργάοι πο) σήμα πελώριον άμφοβάλοντο
'Ακτή επ' άκροτάτη παρά βένθεσιν Έλλησπόντε:

Et ingens monumentum Graeci aggerarunt
In summo littore iuxta Hellesponti profunda;

ubi nempe eumdem mortuum fuisse arguitur ex eo, quod non semel ab ipso Q. Calabro (15) inducuntur Dii marini Achillem lugentes; atque luctui exercitus respondere singitur navium fremitus (16). Atque haec quidem de sepulcris ad mare exstructis.

**\$**. v.

De monumentis autem, quae ad flumina constituebantur, plura afferri a nobis, ut arbitror, possent antiquitatis exempla; sed paucis omnino contenti erimus. Itaque Pelopis sepulcrum ita describit PINDARUS (17):

Digitized by Google

Non d' in department,

Aran répa radine,

Turbe de department,

Turbe de department,

Turbe de department,

Nunc autem in exequiis

Maynificis mixtus eft

Iunta Alphei meature reclinatus

Turbulum, qui undique ambitum

Habens frequentissimam hospitibus

Ad arum.

Illud autem πόρω κλιθώς sic interpretatur Ionan. Benedictus; 'Αλφιώ ποταμω παραπόρωνω, ad flumium Alpheum incens. Pausanias (18)
exstate ait heroum sepulcia, qui pugnando cecidenant, quum
in expeditione Herculis sacii suevint: τώμωτια δε ταλαμου δηγώπωτα
τε παπρε πε 'Αροανία ἀπωτέρο μακρά π΄ έςι το ίκρο τε 'Αντάλλανω. Χαλαώδαν δε το πόρω αράνας καλεμένης 'Ονόη, ας Telamon quidem proxime.
flumen Aroanium modico ab Apollinis intervallo conditus est. Chalcodon non longe a fonte Oenoe. Sic Philostratus (19) Ariadis sepulcrum ad Orontem sluvium ponit. Haec autem dicta sufficient
ad Martorellianae interpretationis illustrationem.

Nunc vera aliam proponere libet, quam mihi elargitus est altes amicus optimus, atque doctissimus, cui Graeca lingualita familiaris est, ut nil supra, quique paucissimis mutatis litteris ita epigramma illad legendum interpretandumve arbitustum, quin tamen in hace sunandum esse velit:

Τηρά τοι τόδε σάμα τον αινον 'Ωπενευέδαμ,
Ος ποκ' εν αμφιάλφ κράτο ένατι θάκαι,
Καξ βακέ, που χερό ές όμου, Τηρος δέ παιδί
Ελίτισε κα πασιν πος ακό ου αθώνατος.

Qui quondam in littore nober Venetina indicit,
Et consilio & manibus ad Martem, Timli autem filio
Reliquit & possessionem, & gloriam immortalem.

Haec

Haec autem adnotanda idem cl. auctor proponit. THNO, quod legitur in lapide, existimarem, inquit, legendum THPO, si velimus semulcrum infum inducere velut loquens, (qua de re. nos infra aliquid adnotabimus) perinde ac fi diceret: mes rei ( i y is) root orina, aut men not root muya, fervat tibi hoc monumentum. Quod si quis vocem aliam reperiret, quae ad vocem THNO magis accederet, cum qua simul consisteret sensus eorum, quae in epigrammate fequuntur, ille eam lubentissime exciperet. Quod deinde in eodem versu legitur TOAAINON, arbitratur sumendum pro TON AINON, minima facta mutatione litterae A in N. Vocem vero OHNETOTAAM existimat, esse nomen illius, qui in monumento condebatur; quod nomen fortaffe in epigrammate corruptum apparet. In altero versu pro voce IPATOX. levi mutatione admilla, posita est alia KPATOE. Voce ENEITI, quae proxime fequitur, censet indicari populum, aut regionem aliquam, cui vir in eo monumento tumulatus utilitatem attulit militari arte, in qua ille excellebat. Huic autem voci ait proximius ommium accedere nomina 'Enra', aut 'Enrap, & forfan 'Enrap, pro Emia, addito i ratione metri: Eos vero populos maximae. esse antiquitatis, de quibus loquuntur STRABO, HOMERUS, & tot alii ex antiquioribus. Quae immediate seguitur vox GAKAI, arbitratur positam pro dina, seu din poetice pro dina. Dum in. versu tertio vox quae penultimam praecedit, nempe TIMEAI, existimat esse nomen filii, ut ex particula A colligi potest; quae quidem vox metri caussa mutanda est in aliam TIMAI, vel similem. Grammatici haec non improbabunt; sed illud fortasse. conquerentur, metricas leges, quod de superiore interpretatione diximus, in hac etiam insuper habitas suisse. S. vil.

Eruditi vero facile quidem admittent, ut monumentum, ipsum ex poetica facultate loquatur; at fortasse id minime concedent sieri ea ratione, qua ab illo huius nostri respessar interprete inducitur loquens. Exempla vetera assert Chishullus (20) imaginum, statuarum, tripodis, & columnae, quae loquentes inducuntur ab antiquis vatibus. Plura nos quoque vidimus exempla veterum poetarum (21), qui id essiciunt, ut sepulcralia ipsa

ipfa monumenta fuos proferant fermones. At plerumque haec est eorumdem oratio, τάφω είμὶ, sum tumulus alicuius, vel huic prope similis. Verum in illa interpretatione videtur potius alter Ita loquutus, τηρώ τοι τόδε σάμα servo tibi hoc monumentum; neque enim haec dicendi ratio commonstrat ipsius monumenti fermonem. In altera autem lectione mpei servat, sequens vox rol permutanda esset in aliam ri, ut rectior exsisteret carminis syntaxis: monumentum hoc fervat te terribilem Oeneudam. Sed lectio superior iure optimo defendi, approbarique lubentissime posset, si nobis constaret, super hoc monumentum positam. fume imaginem vel statuam, vel aliquid huiusmodi aliud, quod poetice ita loqueretur: THE TO TO TO SE PÂMA, M. A. servo tibi hoc monumentum. Nam apud HERODOTUM (22) in vetusto epigrammate, quod HOMERO ipsi tributum est, statua sic loquuta dicitur : άγγελλέω παριέσι, Μίδης ότι τήδε τέθαπία. At quum illud prorsus ignoremus, iudicium cohibere oportet.

.s. viil.

Quod spectat ad populos Venetos, D. BRUZEN la MARTINIERE ait (23): Encore que les poetes & la plupart des historiens amateurs des fables ayent voulu faire descendre ces Veneti en Italie ab Henetis Paphlagoniae populis, des Heneti de la Paphlagonie: Strabon montre assez, qu'il ne se trouve point de peuple Heneti en Paphlagonie ni aux environs. At STRABO (24) nil aliud sane affirmat, quam de Venetorum Italorum origine duplicem fuisse scriptorum opinionem: Οί μεν γάρ, ut ipfe scribit, κα) ἀντες φασί κελτών 🚫 αποίκες των δμωνύμων σταρωκεανιτών . οί δ' έκ τε τρωϊκέ πολέμε μετ' αντένοείο σωθήναι δεύρο φασί των έκ της Παρλαγωνίας ένετων τινάς. Quidam. enim eos a Gallis eiusdem nominis, Oceani accolis colonos esse memoriae prodiderunt; nonnulli e Venetis, qui post bellum Troianum. cum Antenore salutem affequuti, cursum huc e Paphlagonia tenuere, descendisse affirmant. Nihil vero amplius habet prorsus STRABO de ipsis Venetis Paphlagoniae populis. Tota apud eumdem & brevissima quaestio est de origine Venetorum Italorum, qui iuxta aliquos ex Venetis Paphlagoniae ortum ducunt, nil autem, ac ne verbum quidem iniicit de ipsis Venetis Paphlagoniae populis, an umquam exstiterint, an a poetis & historicis fabufabiliarum inventoribus put ait ipfe Bruzen la Martinizre, fuerint adinventi. Miror ergo, eum tam fidenter hace de iifdem populis ex Strasonis auctoritate imperitis venditaffe. Homerus quidem, ut vates, plura effinzit; at ubi de populorum fede fermo est, quod presse ad geographiam pertinet, arbitror eum numquam novos excogitasse populos, atque alicui eos provinciae addixisse, qui nusquam exstiturint a Hace enim essingere praeter & contra geographicam veritatem, excedit prorsus veterum poetarum consuctudinem altaque Homerus (25) cecinit:

- 10 11 11 11 Elapady brus d'hyerre Mudainere D. Naoisv nije ( 1916 1917) 1917 ( )

Paphlagonibus autem pracenat Rylaemenis denfunt cor 4 11

Ex Henetis ubi mularum generatio agro colendo idonearum, de quibus pariter supra laudatus Strabo. Ab eadem gente Pelops etiam Ένετής denominatur, teste Ετυμοίοςο (26): huic autem & Suidae (27) Ένετοι sunt εθνώ. Παφλαγόνων, populus Paphlagonum.

S. VIIII.

Denique, ne plura, amicus alter Graece doctissimus, lectionem aliam mihi humanissime suppeditavit, in qua aliquid est ab aliis non observatum. Eam subentissime propono, licet ille ipse fateatur ingenue, obscuritatem aliquam adhuc in eo monumento superesse, quam nemo forte poterit depellere. Ergo in propir ita legendam putat, iis praetermissis, quae tenebris sunt involuta:

Τήνω τοι τόσ'ε σᾶμα τὸ λαϊνον ω . . :
"Ος μοκ' έν αμφιάλφ πράτω ένατ' 'Ιθάκα
Καὶ βελα, καὶ χερσὶν ές ἄρεα . . . παισ'ὶ
"Ελλιπε καὶ κτῆσιν, καὶ κλέω ἀθάνατον .

Omissis autem omnibus, quae ad Doricam impress, dialectumpertinent, quae fere omnia superius iam observata sunt, haec
vir doctissimus putavit tantummodo adnotanda. Ait itaque elegans hoc esse tetrastichon; & quae ipse potuit animadvertere,
nullam inferre vim eiusdem vocibus aut litteris; ut cuique exploratum esse potest: at in primo ac tertio versu, quaecumque
tandem admittatur lectio, de qua paullo post dicam, syllabam
Q q
abun-

#### 306 MONUMENTA GRAECA EX MUSEO NANIO.

abundare. Ceterum observat, in primo versu per synaeresim, legi posse salver w, corripiendo w ob sequentem vocalem: nullam vero esse tertio versui medicinam, etiamsi pro is apa, in Martem, sive in pugam, reponas intulis n &c. intulis a verbo siralew. Quamobrem hanc proponit interpretationem:

Hoc quidem monumentum tapidem eius .....
Qui olim missus suerat in Ithacam circumssuam,
Et consilio & manu ..... filio

Reliquit, & opes, & gloriam immortalem.

Quum autem Ithaca effet infula maris Ionii; hinc clarius intelligimus rationem illius adiectivi ἀμφάλφ, quod perspicuum satis non videtur in superioribus interpretationibus.

- (1) PLATO. de legibus lib. x11.
- (2) SANDRIUS. inscriptiones antiq. en biblioth. Monachor. Camaldulen. &c. inter Graecas num. VIIII.
- (3) MURATORIUS . N: Tb. LVII. 3.
- (4) IDEM . ibid. MDCCXXVII. 4.
- (5) REINESIUS. Syntagma infeription. Antiquar. cl. xII. num. CIIII.
- (6) MAFFEIUS . Museum Veronen. n. LXV.
- (7) MURATORIUS . ibid MLXXVIIII. 2.
- (8) CLASENIUS . theolog. gentil. lib. I. cap. XIII. 6. III.
- (9) PHILOSTRATUS. Hereicor. cap.xI.6.111.
- (10) COINTUS SMYRNAEUS, seu Q. CA-LABER. Paralipomen. Homer. lib. E. v.652.
- (11) HOMERUS . Odsf. A . v.74.
- (12) IDEM . ibid v.63.
- (13) IDEM . ibid. v. 77.

- (14) IDEM . ibid. M. v. 8. & feqq.
- (15) Q. CALABER . l. l. lib. T. v.736.
- (16) IDEM . ibid. v. 580. & 665.
- (17) PINDARUS. od. I. Olymp. spood. S.
- (18) PAUSANIAS . lib. VIII. in Arcadice Cap.xv.
- (19) PHILOSTRATUS. in Heroic.
- (20) CHISHULLUS. Antiquit Afiat. pag. 33.
- (21) FLORILEGIUM . varior. epigramm. lib.111. cap.xx11. num.3.5.41.55.73.
- (22) HERODOTUS . in vita Homeri .
- (23) BRUZEN la MARTINIER . Dictionair. Geograph.
- (24) STRABO. lib.5.
- (25) HOMERUS . Iliad. B. v.85.
- (26) ETYMOLOGUS . V. Eurol.
- (27) SWIDAS . cod. v.

- 化连续 网络克雷克 医皮肤性 The state of the s A still to the still the s
  - est men connect Williams 3.
    - Water War Blue or Committee
- (3) Run i va Galeynik inflation en-
- With a world on the world of the and the second second second
- La caraga a diada a cara c
- on have a substitute to the
- -solo an a practice a receive br. . Emanyement Bennet. E. E.
  - (1) 10 1 (0) 0 (6 L. Top.
    - Copy Will was to be i
    - of the species of the territorial states (SE)

- ``..**`**}
- restaurated (m)
- - Control of the method of the Logar
- ( is de la company to the property of
- AND THE PROPERTY OF THE STREET
  - regressiones on assequence had f
- A Commence of the Commence of

  - (1) so cos linda Baraga
  - ency of emporement of
    - Arterior State Company

#### ADDENDA

In fine pag. 14.

T SALMASIUS (1) observat, infinita hominum nomina apud Graecos reperiri ex Deorum nominibus composita; pauca vero, immo fere nulla, quae ex fola folidaque Numinum appellatione constent: multos nempe esse 'Απολλοδότες, & 'Απολλοδώρες, neminem vero dici 'Απόλλονα, multas diei 'Ηροδώρας, nullas vero "Heas, idest Iunones; ac similia plura. At fuisse ante Lucianum, cuius verba mox recitabimus eos, qui folida. Deorum nomina gestarent, animadvertit GISBERTUS CUPERUS (2). LUCIANUS (3) vero scribit : 100 yae res Aiyu alies, olaree ne desoiδαιμονές ατόι εισι πάντων, όμως τοῖς θείοις ονόμασιν, εις κόρον επίχρωμένες. σχεθον γεν τα πλείςα αυτοίς, έξ ερανε ές ν, omitto Aequptios, qui quamvis mortalium omnium fint superstitiosissimi, divinis tamen nominibus ad satietatem utuntur. Itaque pene omnia e caelo apud illos desumpta sunt. Haec aliaque plura in aliam rem observavit eruditissimus Vincentius Dominicus Fassinius O. P. (4), qui addit, multo plures post LUCIANI tempora eumdem morem consectatos esse, Graecos non solum & Aegyptios, verum etiam Romanos, satis abunde ex nominum serie colligi potest, quam modo exhibuimus. Exhibuit autem octo circiter Deorum nomina a Graecis & Latinis usurpata. Quamobrem nemo non videt, quam vimhabeat eius argumentum. Ad Lucianum vero quod pertinet, etsi ex eo constet, Aegyptios licet superstitioni addictissimos assumpsisse sibi Deorum nomina; attamen haec ipsa Luciani affertio cum implicita exceptione coniuncta demonstrat faltem generatim, maiorem populi alicuius erga Deos religionem, caussam esse debere ac posse, ob quam ipsi abstinuerint ab imponendis sibi Deorum nominibus. Quapropter a veritate non. abhorret allata a nobis ratio ad investigandam caussam discriminis in hac re Graecos inter & Romanos. Ceterum, quum Aegyptiorum exemplum dubiam eamdem reddat, nos ii non sumus, qui ut certam defensitare ipsam velimus.

<sup>(1)</sup> SALMASIUS. epist. ad MENAGIUM.

<sup>(2)</sup> CUPERUS . monument. antiquit.(3) LUCIANUS . pro imaginib. in fin.

<sup>(4)</sup> FASSINIUS. de veterum quorumdam propriis selectisq. Christianozum nominibus 6. v.

# GRAECARUM INSCRIPTIONUM FRAGMENTA

## GRAEGARUM IMSCRIPTIONUM FRACMENTA


I



Un Pal: Rom:




πΙ ΔΑΜΟΚΡΑΤΗΣ




















XIII

XPHCIME XAIPE EYOPO YNOX XAIPE XAIPE TPYOWN XAIPE



In Musav Nanio



Un Pal. Rom.

Lar. P.1.8. Al. P.3.















## INDICESIII

### INDEXI

Rerum & nominum, quae in inscriptionibus continentur.

## INDEX II

Auctorum & librorum, qui laudantur, illustrantur, & emendantur.

## INDEX III

Verborum & rerum memorabilium, quae in hoc libro continentur.

Rr

IN-

### INDEXI

Rerum & nominum, quae in inscriptionibus continentur.

Numeri Romani quibus additur μες. indicant inscriptiones γεκρολογικάς, quae additae sunt post pag. 242. illi vero, quibus additur fragm. indicant fragmenta post pag. 310.

Litterae A. initium, B. medium, C. finem paginarum commonstrabunt.

### INDEX RERUM

### §. I.

A JAOH TYXH. 5. A.	ETIMH∑E. xv. ibid.
Α ΑΓΡΕΤΕΥΣΑΣ. 195. Α.	ΕΥΓΕΝΕΣΤΑΤΟΣ. 225. Α.
ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣ ΑΙΩΝΙΟΣ. 224. Α.	
ANAE. 143. A.	
ANEOHKE. 5. A.	
ANEΣΤΗΣΕ. 195. B.	ΘΕΟΙ ΕΠΙΦΑΝΕΣΤΑΤΟΙ • 225 • $\Lambda$ .
ANOTHATOS. v. fragm.	<b>ΘΕΟΙΣ</b> . 93. <b>Δ</b> •
APXIEPETE. ibid.	-T /
ΑΣΚΛΗΠΙΟΣ ΚΑΙ ΥΤΕΙΑ. 225.Α.	
ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΒΑΣΙΛΕΥΣ. 57. Α.	ΖΕΥΣ ΒΟΥΛΛΙΟΣ. 225. Β.
	ΖΕΥΣ ΟΛΥΜΠΙΟΣ ΔΟΔΩΝΑΙΟΣ.
BPENTEZINH. VII. VERP.	57· A.
BOTAH KAI O AHMOE. XV. ibid.	
	HAIOS KAI SEAHNH . 225. B.
ΔΕΙΠΝΉΣΑΣ ΛΑΜΠΡΩΣ. 195. Β.	HPOS EPIPANHS. XII. verp.
ΔΗΜΑΡΧΗΚΗ ΕΞΟΥΣΙΑ. V. fragm.	• •
	IEPA OYTHINA. 195. A.
EXTHE ITPION. 143. A.	ΙΕΡΕΥΣ ΤΩΝ ΕΠΙΦΑΝΕΣΤΑΤΩΝ
ETEAETTA. XXI. 08%p.	
	Rr <sub>2</sub> HAIOT

-			
ΗΛΙΟΎ ΚΑΙ ΣΕΛΗΝ ΚΛΗΠΙΟΎ ΚΑΙ ΎΤΕ		ΟΤΙΗΣΊΝΑ Η ΙΕΡΑ.	195. A.
ΙΕΡΟΦΑΝΤΗΣ.	IIII. fragm.		225.A.
•		ΠΡΥΤΑΝΕΥΣΑΣ.	93. A.
KATA ONAP.	5. A.		70
KAEOS AOANATON.	. 297. A.	ΣΕΒΑΣΤΟΣ.	v. fragm.
ΚΌΣΜΗΣΑΣ.		ΣΕΛΗΝΗ ΚΑΙ ΗΛΙΟΣ,	225.B
· ·	•	EYNAPXOI.	93. B.
ΑΑΜΠΡΑ ΛΥΘΕΤΕΘΝ	ΠΟΛΙΣ.225.Α.	•	<b>70</b> °
ΛΟΧΟΙ ΤΩΝ ΒΑΡΒΑΡΩ	N. 143.A.	XAIPE.	KIIII. XVIIII.
•		XPHITE XAIPE.	xI.
ΝΕΙΚΟΜΗΔΙΣΣΑ.	XII. vexp.	XPHITH XAIPE.	xv.
ΝΟΜΗΣ ΔΗΝΑΡΙΑ.	195.A.	• ,	
		Ψ. Β Ψηφίσματι Βελής,	219.E.
ΟΛΥΜΠΙΟΣ ΖΕΥΣ Δ	ΟΔΩΝΑΙΟΣ.	Ψ. Γ. Ψηφίσματι Γερυσίας	. 195. B.
	57. A.		, <b>) 3</b>
	•	•	

# INDEX NOMINUM

_	S.	II.	•
Α ΔΡΙΑΝΟΣ ΒΑΣΙΛ	XVI. VENO.	ΕΥΦΡΟΣΙΝΟΣ.	xiiiI. ibid.
ΑΘΗΝΑ ΣΥΝΤΡΟΦΟΥ	`• 5. Å.	ΙΑΚΧΟΥΣ ΚΟΣΑΠΕΛΑ	or, og. å.
ANTIOXOZ.	IIII. fraam.	ΙΑΣΩΝ.	XVII. vend.
ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣ ΑΠΟ	. 1010ΔΟΛΛ 93. A	Γ•ΙΟΥΛΙΟΣ ΕΠΑΦΡΟΔ	
Μ. ΑΥΡΗΛΙΟΣ ΚΑΛΟΚ	ΛΗΣ. 225.Α.		
Μ. ΑΥΡΗΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΙ	P. V. fragm.	ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΣ ΚΑΛΛΙ	MAXOY. xv.
		-	ibīd.
ΔΑΜΟΚΡΑΤΗΣ.	III. rexp.	ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΣ.	x. ibid.
DOEA NIKH.	xxI. ibid.	ΚΑΛΟΚΛΗΣ.	225. A.
		ΚΟΣΑΠΕΛΑΟΣ.	93. Å.
EPMOTENEZ.	xxII. ibid.	ΚΟΤΤΙΩΝ.	IIII. rexe.
	ЕОТЕ МІЛН		
ΣIA.	XVI. vexp-	AAMIAZ.	vII. ibid.
ETTTXHX HPA.	VIIII. ibid.	ΑΕΩΝ•	143. A.
• 2		-	AOT-

ΛΟΥΚΕΙΛΙΑ ΠΡΙΜΑ Η	ΚΑΙ ΦΙΛΑ.	ΣΠΟΝΔΗ ΛΓΑΘΟΚΛΕ	TE MIAH-
	XX. vexp.	ΣIA.	XVI. yexe.
ΑΥΣΔΝΔΡΟΣ.	vI. ibid.	ΣΥΝΤΡΟΦΟΣ.	5. <b>Á.</b>
ΑΥΣΙΔΟΣ •	v. ibid,	ΣΩΚΡΑΤΗΣ.	XII. vekę.
		ΣΩΣΤΡΑΤΟΣ. VI	I. xvII. ibid.
_		ΣΩΤΗΡΙΩΜ.	xIIII. ibid.
MIAZ.			
MENANAPOE.	xvIIII. <i>ibid</i> .	ΤΕΡΤΊΑ ΙΑΣΟΝΟΣ ΒΡ	ENTEΣINH.
ΜΗΤΡΟΣΑΣ ΜΕΝΑΝΔΡΟ	or. ibid.		XVII. rexp.
-		ΤΡΑΙΑΝΟΣ ΑΔΡΙΑΝΟΣ	. 57. A.
NEIKANAPOZ.	225. A.	ΤΡΙΦΩΝ.	XVIIII. VERP.
NIKANOP NIKOSTPATO	or. 93. A.	•	,
NIKH.	XXI. rexe.	ΦΑΛΑΝΘΟΣ ΣΩΣΤΡΑΤ	or . viil.
ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΣ.	93. A.		venp.
		ΦΙΛΑ.	xx. ibid.
ΠΑΥΛΕΙΝΑ ΕΡΜΟΓΕΝΟ	E.XXII.vene.	ΦΙΛΩΤΑΣ.	93. <b>A.</b>
ПРІМА.	xx. ibid.	ΦΛΑΒΙΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ.	, .
ΣΕΟΥΉΡΟΣ.	v. fragm.	ΧΡΗΣΙΜΟΣ.	жии <b>I</b> . ibid.

# INDEXII

Auctorum & librorum, qui laudantur, illustrantur, & emendantur.

lis qui tantummodo laudantur, nihil additum erit; iis vero qui illustrantur, vel emendantur, initia apponentur earum vocum., nempe illuftr., emend.

### Numeri Romani indicant PRAELOQUIUM.

CTA APOSTOLORUM. 170. B. . Aelianus . 17. C. 18. A. 33. B.C. 171. B. illustr. 17. C. Aemilius Probus . 45. B. Aeschines . 43. B. 204. C. AESCHYLUS . 153. B. 181. C: Agathias . 259. A. Aldobrandinus Thomas. 253. B. Amaseus Romulus . 248. C. Ammianus Marcellinus . vide Marcel-Ammonius. 230 C. Anna Fabri . 198. A. Anonymus scriptor antiquitatum Constantinopolitanarum . 146. B. Antiphon. 233. A. illustr. 232.C. Antoninus . 197. B. Apollodorus. 68. B. emend. 68. C. APOLLONIUS. emend. 163. B. Appianus. 35. C. 63. B. illustr. 43. B. Apuleius . 5. B. L. Apuleius Poeta. 183. B. Aristocritus . 234. C.

ARISTOPHANES. 18. B. 78. C. 234. C. 282. B. 287. A. illustr: 18. B. Aristoteles . 29. B. 93. C. 187. C. illustr. ARTEMIDORUS. 7 B. 30.B. 48. C. 50.A. 50. B. 284. A. illustr. 48. C. Astorius. 249. A. 278 A. ATHENATUS . 31. C. 106. B. 161. A. :188. A, AUFUSTIUS . 42. A. S. Augustinus . 10. C. illustr, 11. B. & legg. AURELIUS VICTOR. 62. A. 75. B.

ANIER . 27, C. BARNES IOSUA . 167. C. 182. B. 184. B. emend, 274. B. BARTHELEMY . 37. C. BARTHIUS . 275. C. BAUDRANTIUS . 197. B. Benedictus Iohan. 302. B. BERKELIUS ABRAHAM . 169. C. BIMARDUS. 38, A. BISETUS. 18. B. Bochartus Samuel . 169. C. Bois-

Boissardus. 36. C.
Bourdelotius. 185. C.
Bouhierius. 266- A. 287. B.
Bruzen la Martiniere. vide Martinierius.
Budaeus. 115. B.

C

Alaber Q. vide Cointus. Callimachus . 65. A. 153. B. 167. B. 181. B. 256. C. 275. B. CAPACIUS IUL. CAESAR . 139. B.: Capella Martianus, 168. A. Casaubonus . 73. C. 84. B. 253. B. CEDRENUS. 62. A. 63. C. illuftr. 62. B.· Cellarius 197. B. CHARISTUS. 41. B. de la Chausse. 42. A. de Cherburi Herbertus. emend. 27. C. Chishullus . 17.A. 17.C. 33. A. 106.B. 216. B. 218. B. 238. A. 205. B. 303. C. CHOEROBOSCHUS. 199. B. Cicero . 5. B. 29. A. 34. A. 42. B. 50. C. 65. B. 161. A. 162. A. 171. C. 210. B. 234 C. 247. C. 262. A. 276. C. 276. A. B. îllustr. 172. B. CLASENIUS . 281. B. 303. B. CLAUDIUS ARRUNTIUS. 15. B. emend. 16. B. & legg. CLAUDIUS DIDYMUS. 206. A. 206. C. CLEMENS ALEXANDR. 32. A. 280. C. Cointus Smyrnaeus, seu Q. Calaber. 303. B. 321. B. COMBS NATALIS. 31.A. 42.A. 64. C. 172. C. 234. C. Corsinius - 80. C. 94. B. 95. A. 98. C. 106. A. 253. C. illustr. 99. A. & seqq. emend. 38. B. & Legg. CRATINUS. 275.A. CYRIACUS Anconitanus . 227. C. 229. C.

 ${f D}$ 

Amm Christianus Tobias . 163.A. 175. B. illustr. 175.B. DANIEL. 41. B. DEMETRIUS: PHALEREUS . 247. C. Demosthenes. 32. B. 43. 98.C. 232.C. 264. C. DEUTERONOMIUM. 162. B. Dio Cassius . 58. C. 74. C. 80. C. 82. A. 83. B. 841 A. C. 85. B. C. 145. C. illustr. 59. A. & segg. DIO CHRYSOSTOMUS. 65.A.70.C. 131.B. illustr. 132. B. DIODATUS DOMINICUS. 40. A. Diodorus Siculus. 66. C. & segq. illustr. 67. B. DIOGENES LARRIUS: 166. C. 210. B. 253.B. 262. C. 263.B. DIOMEDIS. 15. B Dodvellus emend. 61. C. DIDYMUS CLAUDIUS. VIDE CLAUDIUS.

E

MMIUS UBBO. 93. C. 135. A. B. EMPEDOCLES. 276.A. EMPIRICUS SEXT. 199. C. Ennius . 168. A. ERINNA . 275. B. ETYMOLOGUS. 163. B. 247. B. 305. B. illustr. 165. A. & seqq. EUCHEMERUS. 66. B. Euripides. 18. B. 40. B. 37. B. 43. A. 278. B. 280. B. 286. B. illustr. 3 1. A. 43. B. Eusebius. 63. C. 147. B. Eustathius . 11.C. 12.B.C. 46.B.164.C. 165. B. C. 167. C. 168. B. 170.C. illustr. 105. B. 169. B. EUTROPIUS, 61. C.

F

Abrettus emend. 287. A.
Fabricius Gabriel . 143. C.
Fabri-

FABRICIUS IO. ALBERTUS. 9. C. 275.C.
FALCONERIUS emend. 213. B.
FEITHIUS EVERARDUS. 273. C.
FESTUS. 42. A.
FIRMICUS IUL 45 A.
FLAVIUS IOSEPH 74 B.
FLORILEGIUM VARIORUM EPIGRAMM. 303.C.
FOURMONTIUS MICHAEL. 259 B.
FROELICHIUS 38 C
FRONTINUS IUL. 145 B.

#### G

ELLIUS. 106 C. GENESIS LIBER. 166 B. GERARDUS 182 A GESNERUS 275 C Giovenazzius Vitus . 298 B. GORIUS. 200. C. Gothofredus. 204. A. GRACCIUS. 265. C. Gretserus. 20. B. Grinaeus Iohan. 230. C. Gronovius Iacobus. 69. C. GROTIUS. 170 A 275. C. GRUTERUS. 14. A. 20. A. 36. B. 40. C. 113. C. 168. B. 174. B. 184. B. 186. B. 200. C. 204. A. 206. B. 218. B. 228. A. 232. A. 280. A. 282. A. B. 284. A. B. 287. C. 288. A. 289. A. Guascus Franciscus Eugenius . 246.C. GUDIUS. 284. A. GUTHERIUS. 246. B. GYRALDUS LILIUS . 44. C. 45. A.

### H

emend. 47. A.

HARDUINUS. 81. C.

emend. 76. A.

HARPOCRATION. 210. A. 233. C.

HERACLITUS. 173. R.

HERODICUS BABYLONIUS. 161. A.

HERODOTUS. 68.B. 69.C. 164. C. 234. A.

236. A 254. A. 304. B.

HESIODUS. 27. A. 47. B. 69. B.

HESYCHIUS. 185. A. 201. B. 202. C. 230. B.

illuftr. 230. C.

HIEROCLES. 28. C.
HOLSTENIUS. 169. C.
HOMERUS. 50. A. 68. C. 69. B. 145. A.
163. C. 164. A. 173. C. 174. C.
175. B. 179. A.B. 180. A. 182 A.
183. C. 184. C. 202. C. 300. C.
301. A.B. 305. A. 375. A. 276. Å.
278. B.
illustr. 187. C.

#### T

Ambly c us. 48. A. I IEREMIAS . 166. B. IGNARRA . 213. B. illustr. 214. C. Inscriptiones antiq. ex biblioth. mona-CHOR. CAMALDULEN. &C. 143. C. INTERPRETES LXX. 41. B. illustr. 43 . C. IOHANNES BENEDICTUS. vide BENEDICTUS. Ioseph . vide Flavius loseph . Iosua. 162. B. Isaacius . 64. C. Isaias. 41. A. ISOCRATES. 187.C. Iulius Frontinus. vide Frontinus. IUSTINUS. 25 X. A. 25 1. B. IUVENALIS . 47. C.

### K

K Hell. 76. A. 81. B.
emend. 78. C. 79. A. & feq.
Kirchmannus. 278. A.
Kresbius. 33. B.
Kumius Ioachim. 162. C.

#### L

ACTANTIUS. 66. A. C.

LARRTIUS. vide DIOGENES.

LANCELLOTTUS CASTELLIUS. 1 1 3.B. 1 46. A.
259.B. 260.B. 283. C.& feq. 287. C.

LEISNERUS FRIDERICUS illustr. 216 C.

LIBANIUS. illustr. 29. C.

LIPSIUS. 275. C.

LUCANUS. 262. C.

S s

LUCIA-

Lucianus. 148.B. 266.B. 273.A. 274.A. & seq. 276. A. 277. A. 285. B. illustr. . . . 149. A. & seqq. Lydiatus. 80. B.

#### M

Acrossus. 45. C, 49. B. 50. C. IVI 236.B. MAFFRIUS . XIIII. C. 13. B. 39. B. 95. A. 106. B. 113. A. C. 116. A. 146. B. . 147.A. 214.B. 257. 264.A. 280.B. 300. B. 281. A. illustr. 147. C. 284 A. emend. 13. B. 40. A.B.C. 214. B. MARCELLINUS AMMIANUS. 145.B. 147.B. emend. 148. C. MARINIUS CAIETANUS . XIIII. A. MARMORA OXONIENSIA. 17. B. 19. A.B. 33. B. 103. A. 115. C. 206. A.B.C. 229. B. 246. B. 282. C. TAURINENSIA. 29. A. MARTIANUS CAPELLA. vide Capella. MARTINIERIUS . \ 197. B. 304. B. Martorellius. 6. C. 37. A. 119. C. 130. B. 132. A. 179. A. 187. A. 202. B. 203. A. 298. B. illustr. 178.C. & segg. 180. A. B. & leqq. emend. 8. A. 130. C. & seq. Masvicius Pancratrus emend. 9. C. MAUSACIUS . 233. C. MAZOCHIUS ALBX. SYMMACH. 40.A. 43.A. B.C. 69. B. 127. B. 162.A. 163.C. 166. B. illustr. 128. B. & seq. 162. C. emend. 44. A. & segq. MAZZOLENUS ALBERTUS. 186. MEGALACLIDES, Jen MEGACLIDES. 34.B. emend. 12. B. Mela Pomponius. vide Pomponius Mela. Menagius Aegidius. 253. B. MENANDER . XV. 31. C. 157. B. 257. C. METHODIUS. 163. B. 163. A. 170. A. Meursius . 206. A. 207. C. 233. C. MONTFAUCONIUS. 94. B. 95. B. 143. A. C. 116. C. 117. B. 129. B. 132. A. 151. C. 238. A.

illustr. 117. C. emend. 94. C. & seq. 106. A. 109-C. Morisanus. 106. A. 107. A. 120. B. 1 3 2. A. MURATORIUS . 5.B. 13. B. 17.A.C. 18.C. 19. A.B. 34. A. 35.A. 37.C. 38.C. 71. C. 73. B. 81. C. 82. A. 94. B. 132. A. 168 B 170 B 174. B. 184. B 186. B. 198. B. 200. C. 203. C. 206. B. 215. B. 218. B. 226. C. 227. A. B. C. 228. C. 229. A. 254. B. 256. C. 257. A. 265. B. 284. A. emend. 103. B. 129. C. 130. A. 217. B. C. 259. B. MUSEUM PISANUM, & CORARIUM. 81 B. VERONENSE. vide MAFFEIUS.

#### N

Nonnus Panopolyta. 183. A. Numerius. 9. A.

### 0

Dáricus Aloysius. xiiil. C.
Orpheus. 31. B. 32. C. 174. A.
176. A. 182. C. 158. A.
illustr. 176. A. & seq. 182. C. 183.
A. B. C.
Ortelius. 197. B.
d'Orville Iac. Philip. 256. B.
Ovidius. 68. B. 144. A. 235. A.
Oudendorpius. 259. A. 266. A.

### P

PACIAUDIUS. x.A. 65.C. 82.B.134.A.
143.C. 186.B. 206.B. 218.B.
230.A. 238.A. 246.B. 260.C.
261.C. 264.C. 281.C. 282.C.
& feq. 287.A. 288.A.
illustr. 82.B. 282.B.
emend. 283.A. 287.B.

PALMERIUS. 274.A.
PANAETIUS. 277.C.
PANVINIUS. 10.B.

PASSERIUS. 82.B. 218.B. 246.B.
illustr.

illustr 82 B. \$2 C. emend. 261.C. 278.C. Passionelus Benedictus . 14. A. PATINUS. 262. B. 263. C. PAUSANIAS . 15. A. 16: 29. A. 31. B. 3 3.A.C. 41. C. 45. B. 46.A. 63.C. 74. A. 135. C. 153. C. 168. C. 172. A. 231. A. 233. A. 247. C. illustr. 168. C. & seg. 233. A, 248 C. & legq. PETITUS SAMUEL. 13. C. PFANNERUS 281. B. PHILEMON. XVI. A. 31. C. Philo Iudaeus. 250. C PHILOSTRATUS. 63. C. 106 B. 288. C. PHOCYLIDES . XVIII. A. PHRYNICUS . illustr. 13. B PHURNUTUS. 166 C. 232. B. 235. B. PINDARUS. 31.A. 45. B. 168. A. illustr. 31. B. 176. B. & seqq. de Pinedo Thomas, emend. 75. A. Pitiscus. emend. 230. C. PLACENTINIUS . 38. C. Plato . 65. A. 164. A. 236. A. 276. C. 281. A. illustr. 28. C. & seq. emend. 277. B. C PLINIUS . 45. A. 147. A. illustr. 151, B. & segq. 216. C. Plinius iunior . xiil. A. Plutarchus. 15. B. C. 33. B. C. 43.B. 45.A.72.A. 112.C. 131.B. 145.C. 170.C,205.A.B,C. 230.C. 258 A. 262. C. 274.A. šllustr. 16. A.B. 28. B. 132,B. 251: B. Politus . illustr. 171. B. emend. 165. A. 171 B. Pollux. 235. A. Polyenus. 145. A. Pomponius Mela. 68 B. Potterus 114 C. 115.B. 18.B. 163.C. 235. B 258. C. illustr. 251. B. PRIDEAUX. 248. A. Prolemanus . 187. B.

UINTILIANUS 299. C.
QUIRINIUS 93. C. 95. B. 97. C.
104. C. 106. C. 113. C. 117. B.
134. A. 135. A.
illustr. 107. B. C. 108. A.
emend. 104. C. 105. A.

#### R

REINESIUS. 20.A.33.B. 35.A. 81.C. 206 C. 264. A. emend. 39. A. 82. A. Reitzius. 274. A. Ricolvius Io Paulus. 29. B. Rivautella Anton. 29. B. Rossi lo Bernard. 40. A.

#### S

C Ala Stephanus . 202 A. SALLUSTIUS PHILOSOPHUS.30.B.37.B. SALMASIUS. 73. B. 145. C. SANDRIUS FRANCISCUS. 263. C. XIIII. B. SCAPULA 43. B de Schmidt Frid. Sam. 148. C. SCHREVELLIUS 8. C. Scholiastes Aristophanis. 113. C. 165. C. 174. B. Euripidis 162. C. 263. B. Sophoclis. 185.C. THEOCRITI. 66. A. THUCYDIDIS . 165. A. **Scнотт** . 153. А. Servius . C. 10 A. 282 B 286. A. illustr. 9. C. emend, 110. A. SIGONIUS . 230. C. illustr.... Sisti Ianuarius . . 7. A. emend. 7. A. 12-SMETIUS. 36. C. SNELLUS WILLEBRORDUS. 207. C. SOCRATES . 281. A. Solanus Moses . 274. B. 277. A. Sophocles . 174. C. 181. C. 184. C. 185. A. 133. 107. S 5 2 SPA-

Spanhemius . 45. B. 63. B. 64. A. 70. A. 73. B. 81. B. 125.A. 174.C. 184. C. 185. C. 229. A. illustr. 175. A. 186. B. 197. C. emend. 64. B. 176.B. & legg. 197.C. Spartianus . 59. A. 60. C. 62.C. 71.A. & feqq. 73. B.C. 74. C. 80. B. 84. C 85. A. C. illustr. 60. A. B. C. 77. C. & seq. SPONIUS. 20. C. 81. C. 103. A. 115. C. 132. A. 145. C. 186. B. 200. Co 203. C. 214. B. 218. C. 250. B. 255 A. 256. C. 261. A. 263. A. & leq. 263. C. 281. C. 284. B. 287. C. illustr. 20. C. emend. 287. C. STEINEILIUS . 275. B. STEPHANUS BYZANTINUS. 12. C. 13. A. 66. A. 68. A. B. 80. C. 254. A. 169 C. STEPHANUS HENRICUS . 7. A. 112. A. 113 C. 163. A. 211. C. 262. B. STOBALUS . XV. B. XVI. A. XVII. B. 167.A. Strabo . 69. B. 30. A. 235.A. 146.A.C. 172. A. illustr, 152. C. 153. A. SUBTONIUS. 10. A. 286. C. SUIDAS. 12. B. 12. C. 13 A. 112. C. 187. C. 247. A. illustr.... Sylburgius Fridericus . 248. A. 🗸

Т

T ESTAMENTUM NOVUM. 49. C. VETUS ibid.
THEMISTIUS. 231. A.
THEOCRITUS. 173. A.
THEOGNIDES. EXIL. A.

THEOPHRASTUS. 255. B. illustr. 255, C. & seq.
THUCYDIDES - 154. A. 165. A. 173. A. TOURNEFORTIUS. 228. B.
TRIGLANDIUS. 69. C.

#### ${f V}$

7 AILLANTIUS . 63. B. 71. C. 81 B. 83. B. Valesius. emend. 148. B. VANDALE . 106. B. 110. A. 133. A. 231. B. 235. A. emend. 231. B. C. & seq. Varinus Phavorinus . 247.B. Varko. illustr. 11. A. & tegg. **U**bbo Emmius . 135. **A**. B. VETERANUS ANTONIUS . 7. C. VICTOR. vide AURBLIUS VICTOR. VIRGILIUS . 9. B. C. 10. B. 46. A. 167. A. 235. B. illustr. 46. A. B. Vives. emend. 12, B. ULPIANUS. LS. A. Vorstius . 277. A. Vossius . 170. A. 251. A. emnd. 251. B.

### W

WILLEBRORDUS SNELLUS . vide.
SNELLUS .

### X

ENOPHON. 286. C.

XI. HILLINUS. 60. B. 74. A. 76. A.

illustr. 76. B. & feq.

ZESES. 64. C.

# INDEXIII

Verborum & rerum memorabilium, quae in hoc libro continentur.

Λ Γωνοθέτης. vide Corcyra. A Distinguendus est ab 'Αθλοθέτη itaut hic fola gymnica, ille vero musica certamina disponerer. 230. B. Quare emendandus est Pitiscus, qui utrosque confundit . ibid. C. 23 .. A. 'Αγονοθέτης αιώνιος nunc primum apparet in veteri lapide. 221. B. Alii agonothethae in antiquis impapais 231.B.C. funt temporarii. Sed hine minime sequitur, ut vellet Vandale, ubique temporarios fuisse agonothetas. 232. A.B. Aλυπος in sepulcralibus ἐπιγραφαίς activam habet fignificationem & reddi debet, nulli molestus. 283. A.B. Aesculapius. vide dvaz. 'Αγορωτήριον; vox quae in voteri tantum lapide reperitur. 202. B. Locum significat, in quo exercebantur ibid. C. 'Αγρετέυσαντα . Vox pariter Lexicographis 198. C. Ea magittratum aliquem significare vide-Deducenda forsan est a voce 27005 ut pluribus comprobatur exemplis . 200.C. · Vel ab aliis vocibus αγρέτα, & αγρεύω, quae imperium significant . 201.B.C. Eadem vox appereugavra forte est apopnτεύσαντα . 202. A.

Atque ita significaret magistratum ali-

"Arag. Ex Hehraeo fonte hanc vocem de-

premum .

quem, vel etiam in propria urbe su-

ducunt Iunius & Mazochius aliique.

Ex Graeco Christianus Tobias Damm,

203.B.C.204.A.B.

' **A** 

& alii scriptores. 163. A. Alii vero ineptas eius vocis tradidere etymologias. 163. B. Eadem vox antiquiori aetate fervatorem 163.B.C.164.A.B. fignificabat. Propterea ut divina censebatur. 165.B.C. Omnibulque Diis erat communis. 167.C. Sed pluribus Diis peculiari ratione erat veluti consecrata, ut Diis consentibus . 168. A. Caeli & terrae filius ita appellatus est. Aesculapius ut medicinae auctor dictus est peculiari de caussa dvaz. 173. C. 174. A. Apollo etiam fingulari ratione hanc obtinuit denominationem . vidė Apollo. Reges etiam hoc nomine donati funt. vide Reges. Tirelias quoque. vide Tirelias. "Αναξ 'Ανάκτων dictus est Iuppiter. vide... Iuppiter. \*Avante a Cicerone dicuntur primi generis Dioscuri, nimirum Tritopater, Eubuleus, & Dionysius . 171.C.172.A. "Avants. vide Caftor & Pollux. "Avantes disti sunt, qui ad Cypri regis familiam spestabant, ut tilii, fra-187. C. tres &c. Dici ita sunt etiam apud Cyprios qui-188. A. dam magistratus . "Avacca . vide Diana & Iuno . Aviθnus. Solemne hoc verbum plerumque in fine Graecarum inscriptionum; fed aliquando in medio; rariffime initio. Avisnos. In veteribus imippavais haud semper significat statuae honorem ali-213.B.C. Qui secus seasere, & falso usi sunt

ratio.

ratiocinio,

Nec sibi satis constant.

Antiquitatis studium optime desendit Pax. A. ciaudius . Quaedam alia in eius studii defensioibid. B.C. n**em** addita funt . Apollo singulari de caussa dictus est avat ut 174. B. malorum depulsor. Ita tamen appellatus non est kar' igo-עולע, quasi ex solo nomine "מעב" intelligeretur Apollo. 175.B.C.176.A.B. Eodem nomine pluribus in locis apud Homerum dictus est avez aliis de caullis . 178.C. 179.A.B C. At ex ipso Homero oftenditur Apollo tamquam Tarrép. 180.B.C.181.A. Apxoves apud Coreyraeenses dicebantur ii omnes, qui in reipub. regimine aliquam haberent partem.102.C.103.A. Non erant apud illos ludorum seu certaminum peresides. 119.B.C.111.A.B. Ascamius non occidit Mezentium, sed Quare didus non est Iulus quod tempore victoriae prima ei barba nascere-9.C. 10.A. Alnva, nomen mulieribus tributum. 10.C. Athenienses poterant quaecumque nomina filiis imponere, ac mutare. Sepulcris inscribebant nomen defuncti, & pomen súpe populi . . '253.B. Itemque paternum nomen. ibid. Aliquando non appellabantur ex súps populo, sed dicebantur 'Abnvasos. 254. A.B. Singuli solobant singulis sepulcrorum. loculis recondi. Senes tantummodo ad magistratus pro-... vehebant . 205.A. Acchus dictus non est à Pindaro dict. of fed hor nomine Apollo ab eodem ap-176. & legg. Bull quemcumque magifiratum fignificat.

Populum etiam videtur apud Corcyraeos

comprehendere, qui in repub. iurisdi-

dionem obtinebat. 107.B.C. 108.A.B.

117.B.C.118.A.B.

214. B.C.

216.A.B.C.

Bestreoiten, Brundusia dicitur in monumento quaedam semina.xvII. monum.veup.

C

Astor & Pollux disti sunt dvaxes & d dvartes, vel etiam dvaroi. 169.C. Quae sit huius vocis origo. 170. B. Sic appellati funt, quod essent our pes navigantium. 170.B.C. 171.A.172.B. "Avantes & σωτη̃ες primo iuxta Aelianum dicti sunt a Menestheo, quod huic regnum tradiderint. 171. C. Ob alias etiam rationes codem nomine infigniti fuere. Modo avanes, modo avantes ab antiquis probatifimis scriptoribus dicun-172.C. 173.A. Xaips. Hoc verbo usus non est primus inter omnes Philippides, sive Phidippi-274. A. Est onim in Homere plusquam quadraibid. B. Est antiqua salutatio, qua utebantur non folum mane, fed pluribus aliis temporibus. 274.C. Eadem salutatione szepe erga Deos usi ibid. C. funt veteres . At poeta sub Orphei nomine delitescens in fuis in Deos hympais illam aumquam adhibuit. 375.B. Erga homines eam, usurpabant in qualibet selicis auspicii occasione. 275.C. Qui a se mutuo discederent. 276.A. Qui peregre erant profesturi. 276 B. Idem verbum zasps improbatur a Platone, si adhibeatur erga Deum & homines, tamquam malum atque ridiculum . 276.C. 277.A. Sed facile refellitur. 277.B.C. Hac falutatione intebaneur veteres, erga mex moritures. ₽78.A. Vel quum defunctus e domo efferebaibid. C. tur, ibid. C. Vel quum ellet sepoliendus. . Erat etiam benevola, & amica appre atio, qua mortuis bene esse augurabantur tum quoad corpus, tum quoibid.C. 280.C. ad animum. Ideo saepe coniungitur cum verbo xpnse, & cum aliis bonos defuncii mores

res indicantibus. 279.B.C.
In sepulcratibus energements rarissime in-
geminatur. 282.A.
Hoc solemne verbum pronuntiabant,
qui subeundae morti iam erant proxi-
mi. 286. B.C.
Eamdem salutationem reddentes viatori-
bus inducebantur, qui fatum iam.
fubièrant. 287.A.B.C. Ac reddentes aliis etiam, qui ad mor-
ac redentes any etiam, qui ad moi-
tuos ipsos aliqua ratione pertinebant.
288.B.C.
Idem verbum quandoque a veteribus in
malam partem ustratum est in eos,
quos in malam rem abire iubebant.
279.A. 280.A.
Xaipers in sepulcris polysomis legitur.
281.C.
Huic verbo plura alia in veteribus vezpo-
λογικαῖε inferiptionibus similia, ac
solemnia habentur in eadem sere si-
gnificatione. 283.C. 284.A.B.C.
gnificatione. 283.C. 284.A.B.C. Χειρίξοντες το άρχύριον. vido Corcyra.
Corcyra. De eius repub. Aristoteles li-
brum conscripsit, qui deperditus est.
92.C.
Eius respub celeberrima. & sapientissi-
mis legibus constituta. 93.A. 94.A.
Eiuidem monumentum praeclarissimum.
94. C.
Magistratus supremus eiusdem reipubli-
cae fuit mourance of C
Idemque fuit emévipos. 97.C. & seqq.
Atque annuus . 99.C. & seqq.
Prytanis Corcyracensis tres habuit colle-
gas, qui σύναςχοι dicebantur. 101.A.
Vetustioribus temporibus eius reipub. re-
gimen fuit monarchicum fimul & ari-
flocraticum. 104.B.
Numquam vero muliebris proprie dista
insidillin Commune alainin and P. C.
iuridicitio Corcyrae obtinuit. 104.B.C.
Subfequutis temporibus ariflocratico eius
reipub. regimini additum est democra-
ticum. 103.C.
Populus iurifdictionem exercebat Corcy-
The near divifus in tribus. 107 B.C.
Diversi erant einsidens reipub, magistra-
tus; directaque innotescunt Corcy-
raeorum officia; aderant enim
'Ayavotitus certaminum praeses. 118.
B.C. 110.A.

110. C. Apy i téxtov architectus . Disinfraç administrator . 119 A.B. Diophathois legum restauratores. 105. A.B. Noμοφίλακες legum custodes . 114.B. Πρόβελοι, principes fenatus. 111.B.C. 112. & fegg. Moodinoi finat defensores senatas. 11 1.B. 119.B. Προκαρύξαντες praecones. Hospatal modernov procuratores princi-113.A.B C. & feq. pum fenatus. 115.C. 116 A. Tapias quaestor. Xespicovres Tr appupsov administratores pecuniae publicae. 116.B.C.117 A. Eadem Corcyra fuit Corinthiorum colo-135.A. Cypseli, & Periandri tyrannidem peribid. pessa est. Corona apud veteres erat virtutis praemium tam vivis, quam defunctis decretum. 265.B.C. Coronae insculpebantur in ipso marmoreo decreto, in quo decernebatur, aliquem coronari. Ita insculpta est aliquando corona inmonumentis aliis una cum inscriptione, in qua subauditur verbum 5 spavos coronat . Crucis figura adhibita est ad secernendos in veteribus impravais versiculos. 134.C.

### D

Ecimae quas solvebant Graeci, aliae erant facrae, 210.A. ibid. B. Aliae sacrae simul & civiles, wid. C. Aliae vero tantum civiles. Delus sine turrium praesidio multum tempus stetit, communi falfaque opinione praesidii Apollinis; 153.C. Sed postea iisdem indiguit. 254.A. Denarius aureus aequivalebat vigintiquinque argenteis apud Graecos. 206.A. Deorum apud Graecos veteres infinita pene multitudo. Horum nomina in Graecis inferiptionibus saepe in medio, atque in fine ea-7.B. rumdem. In Latinis plerumque initio; sed aliibid. B.C. quando etiam in fine. Deus,

<b>J - </b> •.	
Deus, falvatorem significat saepissime, si-	Vel patris, avi, & atavi. 19.B.
ve in Hebraica, sive in Graeca & La-	Aliquando & nomen urbis, vel loci, in
tina lingua. 166.A B.C. 167.A.B.	quibus natae fuere. 19.C.
Diana dicta est singulari ratione prae ceteris	Formula zard ovap in inscriptionibus raris-
Deabus dracca. 184.B.	fima, 20.A.
Dil ab Homero numquam dichi sunt Baon-	Ф. Г. фифіоцать Гервої аст 218.B.
λᾶς. 187.B.	Formulae zara πρός αγμα, & έξ έπι-
Sed ita postea appellati sunt ab Hesio-	τάγματος pariter rarissimae. 20. A.
do . ibid.	Fortunam ut rerum omnium dominam
Diis aliqui alios commendabant, oblatis	laudarunt veteres . 5.A.
fimulacris eorum, qui commenda-	Hinc ut Deam venerati funt . 27. B.
bantur . 131.B.C. & feqq.	Deorum etiam Deam fecere . 5.A.
Διοικήτης. vide Corcyra.	Rarissima sunt Graeca monumenta bonae
Διορθωτήρες. ibid.	Fortunae dicata; 6. B.
Dotion . Urbs Theffaliae ispa facra ob lu-	Romana vero prorsus innumera. ibid.
cum Cereri a Pelasgis in ea consitum.	A Graecis appellatur Αγαθή καλλή, θεά
198.A.	έπίκοος, θεὰ έπιχθόνιος. 6.C. 7.A.
Drachmae Atticae videntur fuisse diversae	Emiz Bevies reddi debet terrestris, non_
a drachmis aliarum urbium Graeca-	autem supera. 7.A.
rum. 207.G.	Terrestris agnoscitur ab Artemidoro.7.B.
	Fortunae divinitatem apud veteres Grae-
$\mathbf{E}$	cos immerito negavit Herbertus de
Pulum pro inito magistratu datum in	Cherburi · 27.C.
Graeca ἐπιγραφη nunc primum appa-	Hanc vero admissise dici possunt Plato,
ret. 208.C.	28.C.
Ερρωσο. Verbum hoc ut ominosum tradu-	Et Aristoteles . 29.A.
xit Artemidorus . 285.A.	Eamdem admiserunt Libanius, 29.C.
At reperitur in veteri lapide sepulcrali	Sallustius Philosophus, 29.C.
fine mali ominis suspicione. 281.B.	Atque Artemidorus, 30.B.
Etiphos. Solemnis haec vox in veteribus	Euripides non videtur agnovisse eius di-
έπιγραφαίς haud semper significat sta-	vinitatem; 30.G.
tuae honorem alicui delatum. 213.B.	Neque Homerus, 50.B.
214.A.	Neque Hesiodus . 52.A.
	Pindarus tamen eam fassus est, 31.A.
$\mathbf{F}$	Quam saeit unam ex Parcis celebrio-
Eminae Athenienses prohibitae suere	rem. 31.A.
appellari a'snvajaj . 11.B.C.	Agnovit etiam antiquus vates sub Or-
Huiusce legis ratio traditur. 12.B.& seq.	phei nomine, ibid.B.
Quae fluxu temporis evanuit. 13.B.	Alique poetae . 31.B.C.
Graecorum feminae aliquando pluribus	Fortunae Numen. vide Genius. 31.B.C.
nominibus donatae funt . 16.B.	Fortunae statua in prytaneo Atheniensi.
Aliquando agnomen gerunt. 17.A.	33.B.
Earum nomini additur quandoque pa-	Eiusdem ara, ibid.
ternum nomen. ibid.	Ac templa plura. 33.B.C.
Aliquando sed rarissime nomen in se-	Eius divinitatem probant veteres Grae-
cundo casu additum nomini alicuius	cae inscriptiones. 34. & feqq.
feminae, indicat eam esse illius ma-	
trem, 17 B.	Ipfius cultus tamen maior apud Roma- nos, quam apud Graecos. 44.C.
Vel etiam conjugem . 18.B.	nos, quam apud Graecos. 44.C. Huius discriminis ratio inquiritur. 45.C.
Quandoque earum nomini adiectum est	feqq.
iliud patris & mariti. 18.C.	For-
10101	#0I•

Fortunam dubiam & malam Romani co-Cur Olympius diclus sucrit? 70.B.C. 71.A. Quo vitae eius anno ita fuerit nuncupalucrunt. Eam Graeci philosophi plerumque vitutus, incertum prorsus est. 75.C. 76. perarunt. 47.C. A.B.C. Eius laudes & illustria facta, 71.A.B.C. Templum Iovi Olympio, non fibi fub Enium aliqui pauci existimarunt idem hoc nomine consecravit. 74.A.B.C. J esse cum Fortuna. Statuarum honor eidem Imperatori a... 41.A.B. Aliqua utriusque symbola sunt pluri-Graecis delatus. ibid.B.C. 42.A. Ut nimis ambitiosus falso traducitur a... mum fimilia. Aliqua pariter nomina sunt utrique com-Thoma de Pinedo. Imperium non videtur renunciasse: 76. munia. Eademque videtur utriusque intima ra-A. & segg. Cur Dodonaeus dictus est. 79.C. 80.A. tio originis. At revera inter haec omnia fatis ma-Appellatus est etiam & & x a ioc , verofimignum veteres plerumque agnovere lius nempe Iuppiter Exacoc. 82.B.C. 42.C. & legg. Sub Martis effigies repraesentatur. \$2.B. discrimen . Graecorum urbs quaelibet suos habebat Ob militarem nempe disciplinam, quam mores, qui plerumque aliarum Graesancte retinebat. 84.A.B. carum urbium moribus adversaban-Atque ob bellum contra Iudaeos . 83. B.C. Graeci plerumque nomina gestabant illu-Dictus est quoque Hearth's Pupalos. 83. stria, & gloriosa; haud raro Deorum etiam nomina, vel simplicia, vel com-Ex animi viriumque fortitudine. ibid. Divus post mortem appellatus est, Anposita. . Unico plerumque nomine usi sunt 16.A. tonino, quem adoptaverat, senatum Raro autem nomine gentilitio vel corogante. 85.A.B.C. In eius honorem plures Graecae urbes gnomine. His frequentius sub Rom. Imperio. 16.B. monumenta excitarunt, Olympium... & lovem Olympiam nominantes. . Adulatores erant, 65.B. Praesertim erga Rom. Imperatores, 81.A.B.C. ibid. quos Deos vecabant. Hermis & inscriptionibus veteres honora-161 A. bant viros plurimum benemeritos. Grammatici optimi munus. Grammaticorum ineptorum consuetudo. ibid. Hyrcani nil suere de sepaltura solliciti. 25 I.A. Н T Adrianus fraude Plotinae babitus est T Dololatrize initium a Sole & Luna.235. tamquam a Traiano adoptatus. 58.C. 59. A.B.C. & seqq. C. 236.A. Neque huic sententiae opponuntur Spar-Imperatorea Romani a Graecis appellati funt tiani tellimonia. 60.A.B.C. 64.C. 65.A. Traianum amore & obsequio prosequu-Cur ab isidem didi fnerint Basilis? 62. tus est ut patrem adoptivum. 62.C. B.C. 64.A.B.G. Inscriptio sepulcri trisomi cum diversa. 63.A. Eique divinos honores a senatu impetranominum inflexione. 261.C. ibid.A. Alia fimilis quadrisomi. ibid.B. Dictus est βασιλεύς in Graeca ἐπιγραφή. Inscriptiones Graecorum aliquae divinita-57.A. tem Fortunge evidenter probant. 36. Atque ita etiam a pluribus Graecis scri-B.C. 37.A.B.C. 38.A.B. ptoribus appellatus est. 63.B.C.

De aliquibus dubitatio est, an id confirment. 35.C. ibid.A.B.	gress ibid.
Graecae, quae admixta habent nomina	K
vel praenomina Romanorum, com- monstram ipsas pertinere ad tempora,	Aspec, tempus, seu opportunitas,
quibus Gracci Romanis erant moribus	tamquam Graecorum Deus. 28.C. 29.A.
	Kara čvap. Formula in inscriptionibus (23)
imbuti, & forfan ad eam aetatem,qua illi Romano fubiiciebantur Imperio	rissima.
148.A.B.	In veteri lapide scripta pro ear' ivap.
Nempodogenai plures adscriptum habent	ibid.B.
nomen urbis, ad quam pertinebat de-	
	L
functus . 253.A. Coniecturae afferuntur de hac confuetu-	T Acedaemones nomen sepulcris non im-
dine. 255.A.	ponebant, ex lege Lycurgi, nisi viri
Rarissimae sunt, in quibus praeter pater-	qui in bello, & mulieris, quae san-
num addatur etiam defunctis mater-	che fato concesserant. 251.B.
num nomen. 236.B.	Ostenditur haec lex ad commune reipub.
Antiquiores plures adscriptam non ha-	bonum lata. thid.C.
bent defuncti aetatem. 257.B.	Milites tesseras bracchiis suis deligabant,
Gur primo adferibi coeperit? ibid.	inscriptas suis & patrum nominibus,
Inscriptiones illustratae . 34.B. 35.A.B. 36.	ut paterno sepulcro tradi possent, si in
B.C. 38. A. 39. A.B. 96. A. 103. A.B.	bello deficerent . 252.BD
:129.C. 130.B. 131.B. 133.A.B.C.	Senes tantummodo ad magistratus ad-
Vindicatae a censuris Massei. 39. B. & seqq.	mittebant 205.A.
Inscriptiones metricae, quatuor ac multo	Lapides antiqui inscripti transferri solent in
pluribus versibus exaratze . 297.C.	Graecia & circumstantibus locis huc
Iudicis munus, si rem magis quam nomen	illuc, commercii causta. 197.A.
teneamus, servatorem significat.	Lingua Graeca . In hac , quum praesertim
166 B.	agitur de monumentis veteribus, in-
Hinc faepiffime wox שלוים in V.T. hanc	quirenda ita non est vocahulorum
habet fignificationem . ibid.B.C.	analogia, ut si oa desit, corrigenda
Iulii funt a Venere. 10.A.	illa fint. 199.C.
Iuno peculiari de caussa dictae est divarra.	In ea consuetudinem, non analogiam.
184.A.	quandoque sequutus est ipse Home-
Iuppiter distus est Olympius pluribus de	rus. 200-A.
caullis. 66.A.B.C.	Ditatur vocabulis ex veteribus imppe-
Dictus vero est Dodonaeus ob eius cul-	oaic. ibid.B.
tum & celeberrimum oraculum in	Lybiae populi Soli & Lunae tantum sagri-
urbe Dodona. 68.A.B.	ficebant 236.A.
Neque huic fignificationi opponitur eius	3.6
nominis etymologia tradita ab Apol-	147
ledoro . ibid.B.C.	Agistratus aliquos viri etiam spurii
Cur Pelasgicus appellatus est ? 69.A.	IVI apud Graecos & Romanos inire po-
Nuncupatus est etiam singulari prorsus de	terant. 227.C.
causia d'rat, & d'rat divertur. 181.	Megarenses uti solebant sepulcris trisomis,
B.C. 182.A B.	& quadrisomis. 260.A.
Examples in Graeco lapide nunc primum.	Miletus avantopia dica ab Eustathio fertur
dictus apparet. 225.A. 222.C.	a voce Zvat, qua caeli & terrae filium
Eius simulacrum in Atheniensi senatu,	nominabant. 168.B.
233.A.	Pausanias de Milesiorum origine disserens
• •	haec

•	<b>3 3</b> •
Videtur autem eius filentium habere vim argumenti, quod positivum appellant. 169.B.	tera est minima relate ad alias. 217.8. Quae facilius oblitterari in iisdem potest. ibid.  P
Minerva Button . Eius simulacrum in se-	Ambi da Canalenna mil Grana Callinia
catu Athenienfi, ad quod orabant fe-	Arthi de sepultura nil fuere sollicici
Monumenta Graecorum fepulcralia diversis	Патрогория, Lacedaemonum magistratus.
rationibus erant efformata. 245.C.	1.03.B.
Antiquiari corumdem aetate columellae	Qui hunc componebant, generico no-
frequentius in usu erant . 246.A.	mine dicebantur Eurapnorres . ibid.
Quae non erant tribus cubitis altiores.	Pericles, primus dictus est a Graecis
847.C.	Olympius , pluribus de caussis . 72. A
Quaeque inscripta habebant desunctorum	or legg.
inomina ibid.	Persae non suere de sepulcro solliciti. 151.A.
Monumenta ipsa inducuntur loquentia	Heckeno.
3.04 Åz	Mpodinos Bedne.
Monumenta Sicyoniorum . vide Sicyonii .	Прекарі Евоні. ; vide Corcyra.
Monumentorum veterum fragmenta sper-	Πρόσυται σροβώλων.)
nenda non funt i xIII.C.	Y.B. Indiopari lennic, decreto fenetus, raro
Mortuis, qui bene vixerant, bene esse in	haec figla apparent in Graecis Entrypa-
altera vita sentiebant Graecorum phi-	φαίς, 218-C.
lofophi. 281.A.	Ψ. Γ. Ιμφίσματι Γερεσίας. Haec yero nunc
$\mathbf{N}$	primum leguntur in Graeco monu-
	mento . ibid.B.
Obilitas generis in maxima erat apud	Puncta quandoque in Graecis imppavaïs
Graecos existimatione 230.A.	etiam antiquioribus ad verborum di- flinctionem funt adhibita 143.G.
Raro tamen expressa est in veteribus eo-	Eorum loco aliquando spatia unum
rumdem impapais, ibid. Nomen Ishus est a Ishus lanugo, sive	inter & alterum Graecum verheulum
prima barba, adeoque idem ac barba-	usitata sunt . 144.A.
tulus. 9.A.	Aliquando vero crucos pro punctis in itia
Ab antiquisimis temporibus iure Latif	dem Grapais imp ganais fuere conferi-
donatum est. 8.C.	ptae. 143.B.
Ex eo latius tantum definiri potest in-	
feriptionum aetas . ibid.	$\mathbf{R}$
Nomina plura Latina ad Graecos transla-	R Eges disti a veteribus striptoribus sant
79.B.	dyangs, guod essent orbis terrarum.
Aliquando facta funt praenomina, & vi-	Numina & populorum fervatores.
cissim.	165.A.B.C.
Im veteribus inscriptionibus. vide Inscri-	Sed ipfos ita fe nuncupasse ex monu-
ptiones & Namen	mentis non constat.
Νομοφίλακες . vide Corcyra .	In pluribus tamen veteribus imigeapais
$\mathbf{O}$	fic appellati videntur ob carminis ne-
A semala puba Granica a manarantia di	Ab antiquishmis temporibus nuncupati
O versis rationibus nuncupata. 196.A.	funt etiam 1994s. 64.C 65.Av
197.A.	An vero le iplos ita nominaverint um-
Haec appellata est Ispá . 197.B.	quam, incertum plane est. 187.B.
Opuzpor izepe in veteribus monumentis lit-	Regii (urbis Siculae) magistratum supre-
almala, reals in toportone momentum me	T + 0

omnino est; non tamen adhuc evi-95.C. & segg. Romani non solebant tam frequenter, ut Graeci, Deorum nomina gestare. Inquiritur huiusce diversae consuetudinis ratio. Ea tamen Deorum nomina Imperatoribus, eorumque uxoribus adulationis studio facile tribuebant. Acerdos Iovis TE Rudais. 233.C. Scythae Vestam praecipue, tum Iovem venerabantur. 234.A. Sepulcra Graecorum unum plerumque defunctum continebant. 258.C. Aliqua vero plures, qui consanguinitate vel amicitia coniuncti erant . · Atheniensium, & Megarensium, & Sicyoniorum. vide haec nomina. Duarum sororum Graecarum. 259.A. Duorum pariter fratrum. ibid. B.C. Decreto civitatis alicui erecta raro admodum occurrunt, quod nonnisi viris singulari prorsus merito illustribus decernebantur. 🐫 😘 264.B. Sepulcrorum violatoribus impositae a... Graecis fuere poenae, quae flatutate funt, usque ad quinque mille denarioram fummam. 205.C. 206 A. Sicyonii an solerent în sepulcralibus inscriptionibus folum defuncti nomen cum salutatione xasps conscribere, plures quidem docent; sed res admodum\_ incerta ostenditur . 247.C.248.A.B. Argumenta plura hinc inde afferuntur 248.C. 249. A.B.C. & seqq: Aliqua corumdem sepulcra picturis ornata fuere . Sigla quomodo in usum investa? 218.C. Sol. Deus ille credebatur, ad quem Dii omnes revocari possent, perinde cum ipso idem prorsus essent. Attamen revera diversa suisse habita gentilibus Numina evidens est.236.C. Solis fimul & Lunae in veteri Graeca imiγραφή mentio nunc primum facta ap-

Solis statua ex Museo Burghesio, geometri-

mum fuisse prytanem verosimile

co more illustrata. xv.C. Somnia divina describit Iamblycus . 48.B. Alia allegorica, alia speculativa tradit Artemidorus. Fortunae fausta & infausta recenset idem Artemidorus . Somnium & infomnium distinguuntur ab antiquis; ut illud de futuris sit, hoc de praesentibus. 48.G. De somnis pulcherrima est Ciceronis sen-€o.C. tentia. Somnus supra Iovem ipsum laudari videtur in Orphicis; 182.B.C. Atque ab aliis poetis. 182.A. Sed re penitus inspects eum Tove inseriorem faciunt. ibid, B. Σύναρχοι Corcyracenses, collegae supremi magistratus. 100.C. 101.A.B.

Aμίας Corcyrae. 115.C. 116.A. Τῆς πολεως . 115.C. ibid. Tຮ ฮิท์μช . Osois. Haec vox solitarie posita in veteribus imppapais varias habere potest significationes. 129. & legg. Τεχνίται τω Διονυσίω diversis formulis apud veteres scriptores indicantur. 106. A.B. Hi erant tibicines, tragoedi, & comoedi in Bacchi festis adhibiti. ibid. C. Tiresias, ut Apollinis sacerdos dictus est avat. Turres. Varia apud veteres Graecos earum 144rB. lisdem praecipue utebantur ad prospiciendas inimicorum infidias a ibid.C. Huiusce consuerudinis exempla vetera. Turribus imigpuods inscribebant, quod pluribus probatur exemplis . . Turris Alexandrina celeberrima, ad navigantium salutem excitata. 146. A. 147.A.B. A Ptolemaeo rege facta narratur a Plinio. Sed Ammianus Marcellinus excogitatam affirmat a Cleopatra. Eiusdem turris im papiv in dubium revocat Maffeius , 147. & legg. Nec prossus immerito; plura enim sunt

argu-

argumenta, quae saltem iubent cohibendum esse de ea re iudicium 150 B. & seqq.

Esta fexala confiliatrix. 233.C. Eius erat statua sedens in Atheniensium 234.A. Per hanc jurabant saepissime oratores in fuis declamationibus. ibid. Cur illi Athenis non iurarent potius per Minervam βελαίαν. ibid.B. & legge Vocales syllabae, quae iuxta grammaticales canones elidi deberent, aliquando in Graecis inscriptionibus non eliduntur. 20.B. Urbes dictae a Graecis ispai variis de caussis. atque etiam sola ornatus gratia. 197.C. Urbibus, additur in veteribus έπιγραφαίς nomen aliquod illustre, ut haurpa, λαμπροτάτη, ίερα, και ἄσυλος, έλευθέρα, καὶ ἀυτόνομος, πίση, ἐυσεβής, & similia. 228.B.C. & sebq. Urbis nomen in veteribus imigrapais haud

femper collocatur immediate post nomina virorum, qui in illis sunt inscripti.

153 A.

Urbium nomina in issuem veteribus έπιγραγακ plerumque ad populi nomen inslectuntur in casu secundo, cum a voce πόλις coniuncto;

227.A.

Aliquando cum voce πατρίς . ibid.B.

Quandoque cum alia κοίνον.

228.A.

#### Y

Y Tiam, vale. Hoc verbo in vespertina falutatione utebantur veteres;

273.A.

De quo plura disserit Lucianus. ibid.B.

Ut verbum ominosum generatim reprehendit Artemidorus. 284.C. & seqq.

At Lucianus ominosum putat, si in matutina adhibeatur salutatione. ibid.B.

### Z

Zec, nomen Iovis, quod fervatorem fignificat. 166.C.

### ERRATA

### CORRIGE.

Pag. 10. lin. 26 = \$.vil.

Pag. 21. & pag. 51. Scriptores indicati numeris arabicis, a num. (6) usque ad num. (11), denotandi funt sicuti e regione heic recensentur.

Pag. 72. lin. 3. = §. xvII. Pag. 264. lin. 1. = §. xvIII. Pag. 284. lin. 5. LEICHNII. S. vI.

(6) PLATO. ut num. (9)

(7) HIEROCLES. ut num. (6)

(8) IDEM. ut num. (7)

(9) CICERO. ut num. (10)

(10) PAUSANIAS. ut num. (11)

(11) RIVAUTELLA. ut num. (8)

S. xvI.

S. xvII.

LEICHI.

Cetera adnotare non vacat, quae fere impossibile est evitare, quaeque primo adspectu in oculos Graece & Latine eruditos incurrent.

# MONUMENTA GRAECA, ET LATINA

.

# MONUMENTA

GRAECA, ET LATINA

EX MUSEO

CL. EQUITIS ET SENATORIS

# IACOBI NANII VENETI

ILLUSTRATA

A D. CLEM. BIAGI CREMONENSI

MONACHO BENEDICTINO CAMALDULENSI

IN COLLEGIO URB. PROPAGANDAE FIDEI S. TH. PROFESSORE
ACADEMIAE CORTONEN. ETRUSCORUM ET VELITERNEN. VOLSCORUM SOCIO



R O M A E

APUD ANTONIUM FULGONI AN. CIDIOCCLXXXVII.

Praesidum permissu .

EXEMPLARIA TANTUM CCL

### IACOBO . ANT. FIL. NANIO

PATRICIO. VENETO

EQVITI.AVRATO

VENETAE. CLASSIS. PRAEFECTO

EXTRAORDINAR, IN . BARBARIAM . LEGATO

PRAETORI . CORCYRAE . ET . PATAVII
REIPVB. VENET. SENATORI

XVIRO. A. SANCTIORIB. EIVSD. REIPVB. CONSILIIS

ATQVE. NEGOTIIS

ANTIQVITATVM . AEGYPT. GRAEC. ET . LATINARVM

CVLTORI . PATRONO . PROPAGATORI

SAPIENTIA . HVMANITATE . PRVDENTIA

PRAESTANTISSIMO

BONO . TOTIVS . REIPVB. NATO

CLEM. CAIETANI. FIL. BIAG. CREMONENSIS

MONACHVS . BENEDICTINVS . CAMALDVLEN

PATRONO. OPTIMO

L. L. M

D. D

•

#### IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendissimo Patri Magistro Sac. Palatii Apostolici:

F. X. Passeri Vices gerens.

### APPROBATIONES.

HAnc etiam Operis partem, qua vir optimus, ac doctiffimus Clemens Blasius explanationem monumentorum.
Musei Nanil suam absolvit, iubente Patre Reverendissimo
Thoma Maria Mamachio Sacri Palatii Apostolici Magistro, legi diligenter; de qua idem meum iudicium est,
ac de superioribus duabus: quum enim nihil ab ea videtur metuendum esse religioni, ac bonis moribus, tum paribus omnino ingenii, doctrinae, & eruditionis notis est
insignita.

Romae v. eid. Novemb. Clo 10 CC LXXXVI.

Vitus M. Giovenazzius.

Adem eruditionis copia, eadem iudicii accuratio, eademque erga religionis placita, erga principium iura, & erga morum praecepta observantia, quam cl. vir Clemens Blasius intulit in superiora volumina de Musei Naniani monumentis, usurpata, & expressa nunc etiam deprehenditur in postremo hoc volumine, in quo Monumenta Graeca et Latina ex eodem Museo expenduntur, & illustrantur. Quare non nisi eadem a me nunc exspectanda iudicii ratio, qua me erga superiora ipsa volumina affectum exhibui, & ex qua id consequitur, nihil esse, quod & hu-

#### VIII

& huius voluminis impressionem, publicationemque impedire possit.

Datum nonis quinctilibus anni clo to cc LxxxVI.

Iohannes Christophorus Amadutius Professor linguae Graecae in Archigymnasio Romanae Sapientiae, & inCollegio Urbano de Propaganda side, & Praeses typographiae eiusdem Congreg.

#### IMPRIMATUR,

Fr. Thomas Maria Mamachius Ord. Prædicat. Sacri Palatii Apostolici Magister.

### PRAELOQUIUM

#### §. I.



Auca omnino praefari oportet, ut huius operis rationem habeas, & ne in eodem id forte accuses, quod iusta reprehensione carere debet. Atque in primis illud monendum est, nos in hoc opere

non attulisse plura, ac rarissima ex Museo Nanio, quae alias polliciti suimus Aegyptia monumenta, quod amplissimus Senator, & Eques auratus Iacobus Nanius pro exquisito, quo est ingenio, suum non adiecerit suffragium ipsorum monumentorum αντιγράφοις, quae vehementer exoptat, ut αυτογράφοις omnino respondeant. Quare in aliud tempus, ut sperare licet, Aegyptiacae illius ditissimi Cimelii antiquitates, cum maiore eruditorum voluptate utilitateque, in litterariam lucem prodibunt.

#### §. 1I.

Nunc ergo Graeca tantum & Latina ex eo Cimelio afféremus monumenta dissertationibus, commentariis, atque adnotationibus breviter illustrata. Sunt enim pleraque prorsus singularia, aliaque rarissima, ex quibus tum vetustissima Graecorum palaeographia, tum corumdem mythologia, historia, ac ritus eam lucis usuram accipient, quam adhuc in rebus plurimis maxime desiderant. In La-

Latinis etiam aliquid est ad cognitionem animi satis optandum. Non de singulis huiusce voluminis monumentis, sed de aliquibus tantum heic pau-ca loquamur. Primum locum iure dabimus monumento illi, quod confecrato iam αρχιμολόγοις fermone columnam Naniam, sive Nanianam appellare solemus. Quamvis enim in primis edita fuerit a viris eruditissimis Zannettio, Grubissichio, Corsinio, Matthaeio, Perellio, Villoissonio, & Lanzio, qui cum ceteris ἀρχαιολόγοις consentiunt, eam vel celeberrima ἐπιγραφη Sigea antiquiorem, vel aetate parem cum ipsa esse; attamen alter alterum in eius monumenti illustratione emendandum sibi sumpsit, maioremque eidem monumento praestantissimo lucem addere sunt aggressi . Zannettius quidem eruditissimus vir, praesertim vero in Graecis litteris peritissimus, attamen ut saepe contingit iis, qui primi difficillimis rebus explicandis operam impendunt, ex vocibus de-cem & tribus, quae Nanianae columnae ἐπιγεαφὴν componunt, vix duo ex ea rite elicuit; ac propterea eam protulit eius monumenti illustrationem, quae non modo cum illa ἐπιγραφη consentire non-potest, sed quae etiam in se ipsa parum habet ve-rosimilitudinis, quin immo & aliquid continet veritati repugnans. De Grubissichio eadem fere pronuntiare sine metu possumus. Corsinius vero in. Graecorum dexajohoyla apprime versatus, optime, si pausi paucissima dempseris, antiquissimos characteres interpretatus est, atque eam monumenti ipsius protulit explicationem, quae aut vera est, aut quammaxime verosimilis. Corsinianae lectionis atque interpretationis partem aliquam reprehendit MAT-THAEIUS; quem tamen sequi omnino non possumus. Perellius quoque in unius vocis lectione a Corsi-NIO dissentit; alteram vero, quam nemo adhuc animadverterat, recte ex ipso monumento emendavit VILLOISSONIUS. Alia demum sapienter admodum observavit cl. Lanzius, Magni Etruriae Ducis museo praesectus, optimi ingenii, atque profundioris eruditionis vir, quem & magnopere suspicio, quemque ob integerrimos, & candidissimos mores urbanitatemque singularem vehementer diligo. Horum omnium eruditorum afferam sententias, ac veluti earumdem historiam in hoc monumentum recto ordine ac brevi fermone conscribam: libere vero dicam, in quibus ego ab horum aliquo digredior, addamque pauca, quae ab aliis ob-fervata non sunt; nil enim est facilius, ut vetus fert adagium, quam aliquid inventis addere. Itaque censeo a nemine improbatum iri, quod tam celebre, tamque praeclarum columnae Naniae monumentum nunc iterum in hoc opere, quasi in sua sede a nobis collocetur omnibus praeditum. ornamentis, quibus viri clarissimi mox laudati illud identidem illustrarunt; id vero praesertim. h 2 quum quum a nobis proferatur eius ἀυτόγραφον, sicuti ab accuratissimo Lanzio observatum, emendatumque est.

s, 11I.

Hanc ἐπιγραφην altera excipiet archontica ex ipso αυτογεάφω diligentissime voluti exculpta, quam semel & iterum attulere corruptam GRUTERUS, & PETITUS; emendatam vero Corsinius; sed quoniam ipse αυτόγραφον consulere non potuit, unicam ex duplici ac diverso ἀντιγράφω composuit. Praeterea interpretationem ipsius edidit, in qua partim a veritate abhorret, partim vero sibi ipsi quam maxime repugnat. Doleo magnopere, quod quum virum hunc ἀρχαιολόγων praestantissimum semel iterumque in nuper edito de Decretis Atheniensibus tractatu sibi parum consentientem ostenderim, nunc rursus in similem arrixoyiar eum incidisse demonstrem. At, quae in illius operis προλεγομένω ad tanti viri excusationem laudemque conscripsi, arbitror huc pariter iure posse transferri. Ea ergo consulat, qui eadem audire exoptat. Heic enimdumtaxat animadvertere praestat, tam excellentis viri, sicuti etiam aliorum huiusmodi errata exemplo nobis esse, ne certo existimemus ab errore immunes nos esse posse. Quod namque humanum est, id a nobis censere alienum non possumus. Quam-obrem, quod semper alias seci, nunc etiam sateor, me sine bile auditurum eos, qui aliqua vel plura. in

in hisce praesertim operibus reprehendenda censuerint; quin etiam eisdem gratias habebo maximas, qui ea suppeditaverint, quae mihi suere incomperta. Quod reipsa ad huiusce praesoquii calcem subentissimus persiciam.

§. 111I.

Aliud sequetur Graecum monumentum ana-glyphis & ἐπιγεαφη praeditum, quod arbitror continere votum Nymphis pro recepta sanitate solutum. Duo alia post illustrabimus solis anaglyphis figuris infignita; & alterum quidem puto Dioscuros, alterum vero coenam Diis pluribus dicatam. continere. Tria haec inedita mihi videntur, eaque prorsus singularia vel admodum rara. De priore quidem nulla est dubitatio, quin Graecum sit, ut nos monet eiusdem ἐπιγραφη; de aliis superesse potest inter eruditos quaestio. Neque enim compertum est, qua primum in urbe fuerint reperta; sed quoniam monumenta cetera ex Graecis ple-rumque regionibus in ditissimum Museum Nanium fuere translata, ac praeterea nihil in iis est, quod Graecorum moribus repugnet, immo eadem ex eruditorum iudicio cum iis magnopere conveniunt; propterea & nos ea verosimilius Graeca censemus monumenta, eaque statim post illa, quae certo ad Graecos pertinent, atque ante Latina ipsa collocavimus. Dubitatio ipsa, ut ordinem hunc servaremus, magnopere postulabat.

b 3

S. V.

§. v.

Quod vero ad eorumdem illustrationem spe-Stat, nos quidem non latet, difficillimum saepe esse munus interpretandi vetera illa monumenta, quae aut figuris tantummodo, aut etiam aliqua ἐπιγραφη simul cum illis sunt insculpta. Contingit haud raro, ut eruditi in explicandis huiusmodi monumentis, quae facilem ac promptam non habent interpretationem, existiment se eam protulisse, quam monumenta ipfa flagitant, quum revera nonnisi coniecturas excogitaverint, quae interpretationem reddunt aut verosimilem, aut etiam veritati simillimam, numquam vero, ut sibi ipsi fuadent, certam, atque a dubitatione prorsus immunem. Plura nimirum funt monumenta vetera, quae diversis subiici possunt interpretationibus, quas ignorare non decet, aut saltem subspicari oportet eos, qui hisce studiis indulgent; attamen unicam saepissime attulisse contenti sunt, nulla facta de aliis mentione; praesertim vero quum ex veterum Graecorum poetarum sententiis ( absit verbis invidia ) illustrationem aliquam proposuerint, quae singularem videatur eruditionem commonstrare; aut si aliarum meminerint interpretationum, illud sibi oneris minime sumunt, ut ostendant, quod aliquando obtineri potest, hanc potius quam aliam esse admittendam. Nisi enim hoc praestiterint, demonstrationis vim nullam habere possunt, quaecumque tandem prae-C. V.

praeclara dixerint, & quamcumque eruditionis profuderint segetem. Nam si forte certa in se ipsa sit, quam obtulerint explicationem; aeque tamen certa esse nequit iis, qui vel iure subspicentur, vel certo etiam noverint, alias afferri posse, quae uni monumento conveniunt, nisi eo instituto singularum examine, quod ab ἀρχαιολόγω monumenta illustrante. peragendum erat diligentissime. Nimirum haud pauca sunt ex veteribus monumentis, in quibus similia plura conspicimus symbola. In hisce explicandis obtineri nequit interpretationis alicuius demonstratio, nisi ostensa singulorum differentia, aut diversa singulorum ad varia obiecta relatione, ut nempe vera unice constet, quae proposita est explicatio. Qua quidem in re satis muneri suo vir eruditus fecerit, si illa accurate perpenderit, quae comperta nobis in. eo genere sunt, & si consequutiones tantummodo eliciat, quae constitutis fundamentis necessario innitantur. Ex eius vero laboribus alii quam facile id poterunt efficere, quod prestitum ab illo minime est, nec praestari omnino potuit, si novum aliquod in eo aut simili genere monumentum in lucem venerit, antea prorsus ignoratum.

. §. vI.

In iis, quae a nobis exhibentur rarissima Musei Nanil marmora ἀνάγλυφα, ostendemus eam, quae nobis aut certa aut verosimilior videtur interpretatio; simulque caussas indicabimus, cur ea tantum, non aliae ad-

Digitized by Google

admitti posse videantur explicationes. Non enim ii sumus, qui arbitremur tantas nos habere vires, ut superius constitutis principiis in interpretandis hisce monumentis accuratissime responsuros polliceamur; praesertim quum in ea simus opinione, ut putemus multo prudentioris esse consilii, scepticismum in sigurata antiquitate plerumque aut saepissime potius sequi oportere, quam de illis indubium, ut complurium mos est, pronuntiare iudicium. Quot enim interpretanda proponuntur figurata monumenta, tot sunt certe theoremata demonstranda. Ut haec demonstrentur, necessaria sunt determinata illa atque perspicua, quae geometrae data appellant, ex quibus proposita eruitur illatio. At in hisce monumentis quandoque desunt aliqua, quae facile sup-pleri eisdem possunt, sed aliquando etiam aperta ac plana non est ad supplementa ratio; adeoque indeterminatum theorema nonnisi indeterminatam parere potest consequutionem. Quandoque etsi omnia in monumento existant, ex quibus inferri debet interpretatio; attamen qui in ἀρχαιολογίας studio hospes non est, tot prospicit symbolorum sigurarumve
diversas plane rationes, ut nisi audacior sit quam
prudens, interpretationis incertitudinem fateri debeat ingenue. Raro siquidem evenit, ut certa proferri possit de huiusmodi monumentis sententia. Nec proinde tamen deserenda omnino sunt ab ἀρχαιολόyois eadem monumenta. Nam quae ad veritatem accedunt interpretationes non omni carent vel scientiae utilitate, vel animi delectatione; ac praeterea, ut eruditi norunt, quandoque ex novi alicuius monumenti inventione veritatem acquirunt ea quae quis antea nonnisi coniectando poterat disserere. At in ipsa interpretationis alicuius incertitudine illud etiam utilitatis est, ut verum aliquod demonstretur; nimirum certam ferri non posse de aliquo sigurato monumento sententiam. Quod sane essicit, ne incerta pro certis venditemus, atque in pronuntiando de aliorum interpretationibus indicio acutiores simus. Sed de his fortasse iam nimis multa.

S. viI.

Itaque, quod ad finem properat, iter profequamur. Post Graeca monumenta, de quibus nuper loquuti-sumus, addendum erit aliud bilingue, nimirum Graeco-Latinum; quod & si editum ab aliis fuerit, iterum tamen a nobis proferendum est iuxta duróγραφον Musei Nanil. Quamvis vero illud per se nullam desideret interpretationem; attamen quod primo leviter excogitaveram, postea fere coactus sum perficere; addere nimirum dissertatiunculam de inscriptionibus bilinguibus. Quae caussae me impulerint, eius dissertationis initio expositae sunt. Graeca tandem. monumenta excipient Latinae inscriptiones quamplures, partimineditae, partim iam ab aliis editae. Omnes enim colligendae a nobis erant, quae hac illac veluti dispersae in unum tandem & opportuniorem

rem locum simul convenirent; ut sicuti in eodem. Museo locatae sunt, ita in eodem opere simul ederentur. Quod potui eruditionis ac diligentiae contuli ad monumenta haec illustranda. Si quid peccatum est, parcat humanissimus lector; non potui enim quin aestivo ac molestissimo tempore qualecumque hoc opus persolverem.

S. viiL

Denique datam initio fidem liberare oportet. In opere inscripto: Μονυμέντα Graeca ex Museo Nanio edidi singularem hanc ἐπιγραφην:



Η ίερα Ουπησία
Γαϊον Ίκλιον Έπαφρό
δειτον αγρετέυσαντα το ΡΠΑ έτος
καὶ δόντα έκας φ
γέροντι νομης διινάρια δέκα, καὶ τὰς
ἔννεα ἐχὶ κατὰ τὸν
νόμον αλλὰ δειπνίσαντα λαμπρῶς
καὶ τῆ δεκάτη τὴν
πολιν ἄλην τὸν
έαυτης ἐυεργέτην ἀνεςησεν.
Υηφίσματι γερεσίας.

Hanc

Hanc vero eruditissimus Ennius Vicecomes sic interpretatus est (1): Sacra urbs Opesia Caium Iulium Epaphroditum magistratu Agretae functum anno CLXXXXIII. qui dedit unicuique Senatori pro distributione denaria decem ; & qui per novem dies non pro more, sed splendide decima etiam die (addita) epulo urbem. totam excepit; benefactorem suum erexit. Decreto Senatus. Hunc sibi sumpsit laborem egregius vir, quod de Meleagro sermonem haberet. Propterea vocem αγρετεύσαντα deducit a verbo αγάρω congrego, ex quo αγρετής aut αγρετάς; ac proinde significare ait magistratum qui vel populum, vel publicam pecuniam congregat. Nos vero (2) eamdem vocem, non unice, sed primo duximus a voce αγρός, ut sicuti ex κόσμος sit κοσμήτευσας, ita ex ea sieret αγρέτευσας; deinde vero (3) ex voce αγρέταν, quam habet Hesy-CHIUS, quamque synonymam facit voci ήγεμονα; ac demum (4) levi permissa mutatione, camdem vocem erui posse diximus ex ayopeutis, quod est ex αγορέυω, quodque iuxta Hesychium est λέγαν εν εκκλησία; quae omnia magistratum urbis supremum indicare possunt. De his iudicent eruditi. Prosequutus deinde est Vicecomes eiusdem monumenti illustrationem; atque animadvertit, verosimilius pertinere ἐπιγραφὴν ad Peloponnesum, (ex qua provincia in Museum Nanium illata est) quod voces ἀγρετὰς & γέροντες in Spartana repub. usitatiores essent. Epocham vero an. CLXXXXIII. putat ipse ex verosimilitudinis dinis fonte esse illam Flaminii, nempe libertatis Graeciae, quae contigit A.U. du lita ex eodem fonte censet morem Upesiae suisse, ut supremus magistratus epulum populo daret novem dies, Epaphroditum vero addidisse etiam decimum; explicat illud tais evea, pro dia tais superas evea; quae coniectura nobis magnopere probatur. Demum illud avesnose prostatuae erectione interpretatur. De hac videnda sunt plura, quae in eiusdem solemnis verbi illustrationem a nobis dicta (5) sunt; atque haec omnia eruditorum iudicio subiecta esse volumus, dum gratias habemus maximas eruditissimo viro, qui nostro huic monumento suas addere voluit interpretationes.

description of

ound floorish to teach to M

communication africationer

fore fars of caring Junexical tal

solid holip s inclaims as sumbab shoe

<sup>(1)</sup> VISCONTI. Museo Pio-Clementino t.II. pag. 66.

<sup>(3)</sup> IBID. pag. 201. §. VII. (4) IBID. pag. 202. §. VIII.

<sup>(2)</sup> MONUMENTA GRAECA EX MUSEO NA-NIO pag. 200. §. VI.

<sup>(5)</sup> IBID. pag.213. §.XVIII. & feqq.

#### MONITUM.

Ostquam superiora haec conscripsimus, atque Graeca & Latina in hoc volumine ethnicorum monumenta edidimus ex locupletissimo cl. Equitis ac Senatoris IACOBI NANII Museo suppeditata, cogitare oportuit de edendo alio eiusdem Musei Graeco monumento, quod licet ad sequiorem aetatem pertineat, nempe ad aerae nostrae saeculum xIII. eius tamen praestantia prope singularis nos monuit, ut appendicis loco in hoc eodem volumine illud commentariolo illustraremus. Continetur in eo decretum Graeci Romanorum Imperatoris Theodori Comneni Ducae editum ad confirmanda bona ac privilegia Metropoliticae Corcyrensis Ecclesiae, cui tunc praeerat sanctissimus Metropolita Georgius nomine. Ex eo vel intelligere, vel subspicari saltem possumus, quanta tunc temporis esset illius Ecclesiae dignitas, quantus fplendor, & quanta etiam Graecorum Imperatorum. erga Ecclesias ipsas observantia ac religio, ipsis vetustioribus Regni legibus institutisque magnopere firmata. Nullum adhuc, quod ego sciam, huiusce generis monumentum in lucem prodiit ex αυτογράφω diligenter promulgatum. Quod vero illud efficit eruditis Graecarum antiquitatum amatoribus acceptissimum, est primo Georgii illius Ecclesiae Metropoliticae Episcopi nomen, cuius nulla est in serie Corcyrensium Episcoporum mentio. Accedit deinde, quod magis

#### IIXX

magis magisque gratum eruditis esse debet, & nomen Valerii Comneni, qui in eodem decreto proavus dicitur Theodori Comneni Ducae, atque simul Romanorum Imperator piissimus, de cuius nomine silent editi Graecorum fasti. Recensetur etiam Michael, tamquam eiusdem Theodori Comneni Ducae patruus ac Imperator. De Theodoro autem erit instituenda a nobis investigatio, an cum eo, qui in fastis commemoratur, unus idemque haberi debeat.

Dolendum nobis magnopere est, quod idem decretum correptis vocibus abundet, quas ne peritissimi quidem veterum codicum interpretes extricare potuerunt; qui enim decreto conscribendo praesuit, ratus contineri omnia potuisse in ea materie, quamad illud exarandum sumpserat, primo fere sine correptis vocibus scribendum iussit, tum vero praenoscens haud satis loci superesse ad enuntiandas ceteras decreti sententias, ut huic mederetur malo, aliud nobis paravit, efficiens ut voces plurimae ita correptae inscriberentur, ut nulla fere spes affulgeat omnia perspicua reddendi. Dolendum etiam vehementer, quod αυτόγραφον ipsum seu temporis edacitate, seu quorumcumque incuria saepe corruptum appareat; verum illud tamen dolori solatium est, quod ex iis quae integra satis permansere, praecipua nobis constet decreti ipsius sententia. Quamobrem diutius minime tentatum est, ex confusis corruptisque vocibus eas excalpere, quae fortasse quidem erudito ac

pa-

patienti oculo poterant sese paullatim exhibere; quum ex totius αυτογράφε observatione certum exploratumque nobis esset, utilitatem labori minime responsuram.

Praemonendum praeterea est, pauca admodumidiscrimina diligentissimo lectori visura auroppapor inter & lectionem a nobis propositam. Quod sane pati a nobis potuisse facile iudicavimus, quum discrimina illa non afficiant ipsius decreti sententias atque significationem. Quapropter sine eruditae antiquitatis detrimento censuimus, proferri a nobis potuisse auroppapor illud; quum ea quae in ipso ulterius emendanda ad litteralem quamdam diligentiam videantur, ex eiusdem proposita a nobis lectione in omnium, qui voluerint, oculos haud aegre incurrere possint. Haec tamen omnia ab ingenuo ac liberali scriptore erant animadvertenda, atque eruditis antiquitatum amatoribus exponenda.

Addi vero heic a nobis potest alia in Nanianam, columnam, quam primo loco eddimus commentario illustratam, brevis observatio. Diximus nimirum eius commentarii §. xxIII. pag. 27. ita ab imperito artisice insculptam, ut erecta commonstret voces sursum de-orsum scriptas, ita ut litterae non horizonti perpendiculares, sed eidem parallelae appareant, ac legi non satis apte contra communem nationum omnium consuetudinem debeant. Subspicari fortasse quis poterit, ad hanc essugiendam difficultatem, huiusce generis colum-

#### IIIIXX

columnas ita fuisse a quibusdam veterum conlocatas, ut communi more legi possent, adeoque easdem fuisse numquam erectas, sed ad horizontem positas. Ast subspicio haec inanis prorsus, & ipsis, quae in columnis illis inscriptae sunt ἐπιγραφαί, omnino repugnans. Nam ex Etruscis quaedam, licet admodum rudes & incomptae, basim tamen habent, quae propterea diametro maiore constant. Sed haec levis observatio est; gravior imo gravissima est altera. Ex ipsa enim Nanianae columnae ἐπιγραφη, & ex alia pariter columnae. Oliverianae apud Paciaudium. (Monum. Pelopon. vol. I. pag. 78.) constat numinis alicuius αγαλμα fuisse iisdem impositum: huiusmodi autem ἐπιγραφαί licet ex vetustioribus, ad eam tamen, ut norunt eruditi, spectare non possunt aetatem, qua nondum invectae in Gentilium religionem fuerint imagines, & harum loco adhiberentur columnae, quae dici possent numinum signa, sive αγάλματα. Itaque quum supra columnas illas locatae essent aliquae Deorum imagines, oportet sane, ut eas evectas fuisse ad populi conspectum arbitremur; ac proinde colligendum hinc est, imperite admodum ab artificibus inscriptas fuisse earumdem ἐπιγραφας, ut superius demonstratum a nobis est.

#### ERRATA.

Quae pauca admodum in hanc typographicam editionem irrepsere, non vacat fingillatim ex more haeic adnotare; quum illa adeo sint levia, ut quilibet vel levissime în Graecis, Latinisque litteris eruditus primo quoque adspetu emendare facillime possi.

MONU-

# MONUMENTA GRAECA

MONUMENTUM I.

DISSERTATIONE ILLUSTRATUM.

# MONUMENTA CRAECA

I MUTUMINTUMI.

I DISSERTATIONE IETUSTRATUM.

en agranda de la composición del composición de la composición de la composición del composición del composición de la composición del com

the september for the control of the september of the sep

Digitized by Google

### ΣΥΝ"Ο ΨΙΣ

#### DISSERTATIONIS

#### IN MONUMENTUM I.

- S.I. Audatur auratus Eques & Senator JACOBUS NANIUS, eiusque museum ditissimum ac praeclarissimum. Hulus dissertationis institutum declaratur.
- S. II. 11I. 111I. & V. De Nanianae ἐπιγραφῆς palaeographia disseritur.
  - S. VI. Affertur eius ἐπιγęαφῆς interpretatio a ZANNETTIO primumedita.
  - S. VII. Eademque tum CORSINII, tum nostris observationibus refellitur.
  - S. VIII. Exhibetur ipstus CORSINII interpretatio,
  - S. VIIII. Eiusdemque illustratio.
    - S. x. GRUBISSICHII sententia atque eiusdem interpretatio recensetur
    - S. XI. Negat ille litteram H vetustiori Graecorum aetate adhibitam tamquam adspirationem post litteras tenues. VICTORINI & PRI-SCIANI bac de re auctoritas contra GRUBISSICHIUM defenditur.
    - S. XII. Alia afferuntur eiusdem scriptoris adversus VICTORINUM argumenta ex vetustis monumentis excepta,
  - S. XIII. Quibus respondetur, universalem non fuisse Graecorum consuetudinem in eamdem δοθογραφίαν. Quare retinenda est Corsiniana litterarum buius ἐπιγραφῆς lectio.
  - \$.XIIII. Eius tamen interpretationi repugnat MATTHAEIUS, quod HE-SIODUS & HOMERUS de Baccho & Sileno nullam habeant mentionem;
    - S. XV. Quodque in ea Interpretatione non retineatur Graeca syntaxis. Matthaciana affertur elusdem ἐπιγραφῆς interpretatio.
  - S. XVI. Mentio Baechi ab HOMERO facta oftenditur adversus MAT-THAEIUM.
  - S. XVII. Adversus eumdem demonstratur, Bacchum aliosque Aegyptiorum.

    Deos Graecis vetustioribus innotuisse.

S. XVIII.

S. XVIII. Ut verosimilis adprobatur cuiusdam Graecae vocis interpretatio a MATTHAEIO proposital, sed inverosimilis censetur interpretatio, quam buic ἐπιγραφη subiiciendam putavit.

S. XVIIII. & XX. Exhibetur, ac refellitur PERELLII de eadem inipacți

sententia.

S. XXI. Refellitur quoque înterpretatio anonymi auctoris DANIELIS iuxta LXX.

S. XXII. Nova LANZII de eadem ἐπιγραφή înterpretatio laudatur, aliifque observationibus illustratur.

\$. XXIII. Ostenditur, ex errore artificum repetendum esse morem scribendi în rotundis columnis Etruscis & Graecis characteres borizonti non perpendiculares, sed parallelos.

S. XXIIII. Ordinis Dorici columna Naniana firiata est, cui multa antiqui-

tas convenire potest.

S. XXV. Eius imiyeathic aetatem alii putant ad Homerica usque tempora pertingere;

S. XXVI. Alii vero paucis ante Christianam aeram saeculis exaratam existimant. Alii mediam inierunt viam.

S.XXVII. Ita & nos, qui arbitramur eamdem SIMONIDE antiquiorem.

S. XXVIII. Aliquis forte existimaverit recentiori aetate vetustioribus suisse characteribus conscriptam;

S. XXVIIII. At suspicio haer inanis demonstratur tum quoad recentlorem, S. XXX. Tum etiam quoad antiquiorem aetatem.



MONU-

## MONUMENTUM I.

nes viri plures in hiteraria repub. clarifimi ; fed quoniam agi-

a charl ei neo a com rea bussa a

, the Will tro and out or assisting

## DISSERTATIO.

cum veritate hand fatis coalentiont. Mague noftrum ent commium

\$, L



Uamvis annosa & ingravescens aetas tropheis monumentisque finem afferre soleat, attamen ipsa saepal etiam, quae in imis terrae visce- ribus miserime delitescebant, monumenta profert vetustissima ac praeclarissima. Atque hoc quidem aliquando ex inopinato casu

contingit, aliquando vero ex ferventissimo corum animo, qui probe intelligentes, quantam optimarum artium studiis utilitatem asserant vetera monumenta, nec laboribus nec sumptibus parcendum putant, ut eadem fausto omine detegere atque in lucem revocare posint. Ex his profecto excellit quam maxime auratus Eques & Senator amplissimus Iacorus Nanius Venetus, qui inter gravissima ac difficillima celeberrimae Reipub. suae negotia, in quibus domi forisque est summa semper A 2

# MONUMENTA GRAECA

cum laude versatus, curavit magnopere ut undecumque amplissimo suo ac ditissimo museo acquireret monumenta antiquitatis pretiossssima. Inter haec est columna, quae ex ipsius nomine Naniana iam audit apud eruditos, quam ia infula Melo detectam ad suum cimelium triginta ab hinc annis translatam fuisse gratulamur. De hac eruditissimas edidere illustrationes viri plures in litteraria repub. clarissimi ; sed quoniam agitur de ἐωιγεαφή, quae singulari palaeographiae systemate conscripta est; hinc mirum esse non debet, si eruditorum interpretationes plerumque inter se adeo dissentiant, ut illae in scenam productae videantur plurium potius, quam unius referre monumenti imaginem. Ipfae etiam istius ἐπιγεαφῆς illustrationes & si saepe respondeant eiusdem interpretationi, saepe tamen. cum veritate haud fatis confentiunt. Itaque nostrum erit omnium huiusmodi eruditorum labores colligere, & nostram qualemcumque de iisdem proponere sententiam, nec non pauca addere ad ipsius impraone illustrationem.

Ab huiusce monumenti παλαιογραφία exordiamur. Quam-\_ **5**. 1 l. vis vero non prior omnibus Constitus hanc édiderit intrapadir; ex ipso tamen potissimum statuere oportet eiusedem velo years, doctiorum iudicio comprobatam. Litterae ergo, quae in hac imigenon aut insueta ratione conscriptae suntil, aut de propria. potestate dubitationem aliquam possunt iniicere, proindeque difficiliorem in ipla interpretatione habent exitum, sex potistimum a Corsinio adnotantur, nimitum 1, 1, 1, 1, V, M. De fingulis pauca; ac primo quidem de littera 4. Hanc observant Corsinus, & alii simillimam Hebraicae litterae lamed, quod parum interest, quum in hac impaqui huic litterae minime ea respondeat. Hanc vero iam reche censuerat Zannettius habere potestatem litterae iora, quum in alphabetis etiam Syro, Phoenicio, & Palmyreno, atque in alphabeto Phoenicio-Samaritano Montrauconil (1) cumdem obtineat valorem littera huic fere smilis, quae tamen superiore hasta caret. Nos alibi (2) illustrantes antiquissimam tesseram cl. Praesulis Bor-GIAE iam animadvertimus, hanc eamdem litteram 4 in diverfis Heic tantum nos observabimus, in Phoenicio alphabeto Swintoni apud Velasquezium (3) litteram iod prae ceteris omnibus simillimam litterae columnae Nanianae; essormata est enim illa tribus pariter lineis, sed ad angulos acutos invicem applicatis, & horizontali positione ita z locatam. Iam vero eademilitera quinquies apparet in columna hac Naniana; in vetustissima autem hospitali tessera Borgiana quindecies eadem conscripta est, ut nisi pro littera iõra eam sumpseris, nulla prorsus eidem monumento supersit recta significatio, sicuti nulla superesset in Naniana columna, si diversam eidem litterae potestatem vellet quis tribuere. Quamobrem Craecae palaeographiae bono ita confirmata est eiusdem litterae potestas, ut nulla amplius de eadem excitari possit prudens dubitatio.

· • • 111.

Altera littera r quamvis similitudinem habeat cum Graeca littera yáuma, ac propterea Zannettius hunc semper eidem. litterae valorem adscripserit; attamen ex innumeris pene veterum iπιγραφών exemplis quisque cum Gorsinio deprehendit eam aequivalere litterae n. Dignoscere etiam poterat Zannettius ex ipsa impeaon quam illustrandam susceperat, hanc plurimum. diversam in ea esse a littera yáppa, quae semper inversa positione conscripta est, ut Hebraica ghimel, a qua cam oriri affirmat Consinius, affirmantque tot alii; quo certe nil verosimilius. Observat quoque idem Consinius eamdem esse eius litterae formam apud Etruscos. At nescio quo fato tum cl. hic auctor, tum Xaverius Matthaeius, tum etiam Perellius in postrema. voce eam litteram immutarunt in aliam huic fimilem nempe in T. Qua de re erit infra suo loco dicendum. Litteram vero H Zannettius pro vocali fra fere semper habuit; semel namque. sumpsit pro littera N. At pervulgatum iam est, antiquis temporibus ante annum IIIL. Olympiadis LXXXXIIII. quo tempore. invectae funt Athenas litterae H, & Ω tamquam vocales longae, litteram H pro afpiratione fuisse usurpatam. Quod nobis necesse non est, ut Corsinio fuit veterum exemplis atque sententiis confirmare. Consuli enim hac de re possunt plurimi, qui de antiquis Graecorum litteris, vel de earumdem pronuntiatione disseruerunt eruditissime. Porro de littera y dubitari nequit, cam sumendam esse pro littera Y, ut ex plurimis veterum Graecis, Latinisque inscriptionibus compertum iure assirmat Corsinius.

L mil.

Maiore animadversione prae ceteris dignam putavit cl. nuctor litteram M, quae septies in hac iniques locum habet. Hanc pro littera z in eadem inveach ese sumendam probant exempla plura veterum Graecarum, Etrufcarumque inscriptionum, ab ipso Corsinio commemorata, quae eiusdem litterae ortum demonstrant ex alphabeto Syro, aut Samaritano, aut Phoenicio, in quibus littera schin efformatur quidem ut M, sed contraria ratione sic posita w. At nobis in hac imigration notabilior videtur ea de qua primo loquuti sumus, nempe 4, quae nullum habebat tunc temporis ex Graecis antiquitatibus exemplum; nostris enim tantum diebus in lucem prodiit aerea hospitalis tessera Borgiana, de qua nuper diximus, quae eamdem litteram eadem potestate praeditam saepissime common-Arat. Exempla ergo non afferam litterae M pro littera 2, utpote έρχιμολόγοις notissima. Observabo dumtaxat in hac nostra iπιχεμφή eam, quae respondet communi Graecorum litterae M, fic M ter efformatum in eadem esse, ut habeatur inter easdem litteras perspicua distinctio. Ita etiam in Etruscis inscriptionibus apud Dempsterum (4) eadem prorsus ratione conscripta. est littera M dum respondet communi litterae M. At eadem littera in praeclarissima Borgiana tessera caret ultima brevi lineola, atque ita efformata est M; qua ratione omnino secernitur ab altera littera M., quae aequipoliet litterae E.

**5.** v.

Denique observat Corsinius, haberi in hac interpress litteras KM, idest KX pro X, quae inventa dicitur a Palamede, quamque Attici sero admodum in suum introduxere alphabetum. Praeterea in eadem esse un pro 4, & KH pro X, ut vetusissimis nempe Graecis in usu erat teste Mario Victorino & Prisciano ante inventas duplicis potestatis litteras 4 & X. Huius

ius vero management nullum afferuit exsistere adhuc in veteribus monumentis exemplum. Forte ac jure silentio praeteriit, quod exhibet Curerus (5) cum Spaniemo, ex: antiquo ac praeclarissimo marmore, in quo Homert apotheosis essingitur: in eo sub temporis alati figura nomen KIPONOS insculptum est, quod laudatis scriptoribus placet esse kuponoz. At Reinol-Dius (6) scite animadvertit, verbis tantum undeviginti constare eam iniquem, septies in ea haberi litteram H pro vocali; adeoque verosimile prorsus non esse, quod eadem semel tantum pro adfoiratione fuerit conscripta. Ac iure quidem; quae enim in. zadano paria confusio, si cadem omnino littera duplici donanda fuerit potestate? Itaque censet rectissime, desiderari tantummodo in littera I lineolam ad rectos angulos in medio politam ad legentium dexteram, ut nempe fuerit prius insculptum illud adspirationis signum, quod ita esformabant I quasi dimidium. litterae H. Pauca quaedam alia restant in huius ἐπιγεμφῶς palaeographiam adnotanda, quae aptius infra suis locis observabimus.

s. vI.

Rebus its constitutis, ut de huius rarissimae columnae interpretationibus historiam prosequamur, oportet primo audire eum, qui prior eius impanir est interpretatus, nempe es. Zan-NETTIUM (7). En ipsius lectionem interpretationemque:

TAI AION EK THE ANTIJEKOMAI TOD' AM' EN TH EM' AFAAMA MOI FAP ETETKNOMENOM TO TETEA' EM METPO FHON

(Ego) tellus divinum ex terra recipio hoc fimul in terra

Mihi (h. e. ex me) enim fabrefactum perfeci in mensura terrenum

(10) Terra ripigliomi questo a un tempo stesso di terra, questo mio divino monumento,

Poiche fatto in bel modo di me stessa hollo lo compito terreno

Zannerrus porro interpretationem hanc eruditissimis exornavit interpretationibus, quarum specimen, ut coepto muneri satissiat, exhibemus. Ait nimirum ex Hanodow (8) atque ex Eu-

Digitized by Google

SEEIO (9) Phoenices in Graeciam litteras invexisse; habitatores autem in infula Melo, in qua columna haec reperta est, Phoenicios exstitisse; ut tradidere Stephanus Byzantinus (10), Fe-STUS (11), & EUSTATHIUS (12); ex quo quidem habetur ratio litterae Phoeniciae 4 pro Graeca iora. Probat deinde ex veteribus, praesertim ex Pausania (13), CLEMENTE Alexandrino (14), atque ex Eusemo (15) de Phoenicibus loquente, columnas ab antiquioribus ethnicis pro numinibus, habitas fuiffe, forte quod, teste HERODOTO (16) putarent, Deos praeditos non esse humana specie. Denique adnotavit vocem dyadua ex HOMERO (17), & SUIDA (18) fignificare quidquid contineat ornamentum aliquod, ex Maximo Tyrio (19) ignem facrum, quo Persae solem praesigurabant, atque ex CLEMENTE Alexandrino (20) statuam numinis; proptereaque concludit, significari eadem voce posse & ornatam columnam, divinitatis symbolum.

#### S. vil.

Fatetur Corsinius differtationis fuae initio, se adprobatum iri ZannettiI interpretationem licet obscurissimam, si eius inizeapiis litterae admittendae forent, quales Zannettius ipse. constituit - Verum, ut paullo post videbinius, binas tantum in tota ἐπιγραφή voces, ΑΓΑΛΜΑ nimirum & ΓΑΡ recte legit Zan-NETTIUS. Praeterea, ut monet ipse Consinius, subspicatus non est Zannettius inscriptionem hanc metro conscriptam esfe. At insuper arbitrari liceat, sicuti certe sibi suaserat Zannet-TIUS, perspicuam esse allatam ab ipso interpretationem, nullamque in ea inesse obscuritatem; verum si eius interpretationis fignificationem perpendamus, hanc ab errore excusare haud possumus. Inducitur enim terra de se ipsa loquens, quasi ipsa. columnae menfuram, pulcherrimumque fecerit eiusdem ornamentum. Quis vero sibi umquam suaserit, columnam e terraevisceribus stiriatam fuisse eductam? Deinde ex illa interpretatione non constat nec de illo, qui columnam eamdem Deae-Telluri dicaverit, nec de fine propter quem eidem numini fuerit consecrata, quae quidem & ratio ipsa iubet in monumentorum inscriptionibus exponenda, & quae in brevissimis in jeaquis vetuvetustissimis ab Herodoto allatis sunt omnino perspicua. Nulla ergo est ratio, quae Zannettianam interpretationem commendare possit.

S. VIII.

Audiamus nunc multo illustriorem cl. Corsini interpretationem, sic ab eo propositam:

ΠΑΙ ΔΙΟΣ ΕΚΠΗΑΝΤΟΙ ΔΕΚΣΑΙ ΤΟΔ ΑΜΕΝΠΉΕΣ ΑΓΑΛΜΑ
ΣΟΙ ΓΑΡ ΕΠΕΥΚΗΟΜΕΝΟΣ ΤΟΝΤΕ ΤΕΛΕΣΣΕ ΤΡΟΠΗΟΝ
cui si substituantur suis locis duplices litterae, & aspiratae,
necnon vocalis longa Ω pro OI, nunc ita foret conscribenda:

ΠΑΙ ΔΙΟΣ ΕΚΦΑΝΤΩ ΔΕΞΑΙ ΤΟΔ' ΑΜΕΜΦΕΣ ΑΓΑΛΜΑ

ΣΟΙ ΓΑΡ ΕΠΕΥΧΟΜΕΝΟΣ ΤΟΝΤΕ ΤΕΛΕΣΣΕ ΤΡΟΦΟΝ •

Παι Διὸς Ἐφάντορ δέξαι τοδ' άμεμφες άγαλμα,

Σοι γὰρ ἐπευχόμεν . τόντε πέλεσσε τρόφον.

Fili Iovis (ab) Ecphanto suscipe hoc irreprehensibile monumentum;

Tibi enim supplicans tuum absolvit nutritorem.

In Italica interpretatione, quam huic addidit Corsinus, nil est, quod maiorem afferat Latinae interpretationi lucem. Eius ergo illustrationem afferamus. In primis observat, hanc impreson quamvis litteris minus usitatis conscriptam, attamen ex communibus Graecae linguae vocibus eamdem esse exaratam, si vocem unam rédocre excipias, in qua & Ionica sulget dialectus, & poetarum mos duplicem pro simplici consonantem scribendi. Quum ergo, prosequitur Corsinius, metro composita sit haec imiquapi, ea tres imitatur antiquiores Graeciae totius inscriptiones, quas nobis sorte sortuna servavit Herodorus (21), illas nimirum Amphitrionis, Scaei, & Laodamantis, quae huic Nanianae sunt persimiles. En easdem:

I.

'Αμφυτείων μ' ἀνέθηκεν , ἐων ἀπο Τελεβοάων Obtulit Amphytrion me gentis Teleboarum .

1 I.

Σκαιδς πυγμαχίων με ἐκυβόλφ ᾿Απόλλωκ Νικήσας ἀνέθηκε τέϊν περικαλλές ἄγαλμα. Scaeus in assueto pugilum certamine victor Me tibi sacravit speciosum munus, Apollo.

III.

Αασδάμας τείπεδ' ἀυτὰν ἐῦσκόπορ 'Απόλλωνι Μεναρχέων ἀνέθηκε τεῦν περικαλλές ἄγαλμα. Laodamas ipfum tripodem fua in urbe monarchus Hoc infigne decus tibi magne dicavit Apollo.

Narrat ipse Herodotus se vidisse apud Thebas Boetias in Apollinis Ismenii templo litteras Cadmeas in tripodibus quibusdam, incisas magna ex parte consimiles Ionicis, nempe tria haec quae attulit Corsinius epigrammata, tripodibus Apolloni omnia a victoribus gymnasticis dicata.

S. VIIII.

Quod vero ad irranac columnae significationem speciat, ait Corsinius multiplicem hanc reddi posse; referri namque eamdem liceret ad Mercurium, qui erat lovis filius, aut ad Venerem, quae a Lesbia Sappho fuit invocata Παι Διδς, vel ad aliquos ex tot fupremi Iovis filiis, quos Graeci mythologi recensent. Ipsi tamen verosimilius videtur atque securius, impeach dicatam fuiffe Baccho Iovis filio; atque super columnam aut basim, in qua inscripta est iniquant, locatam suisse Sileni statuam elaboratam dedicatamque a sculptore Ecphanto. Compertum enim quam maxime ex Graecorum mythologis est, Silenum existimatum suisse Bacchi magistrum, atque nutritorem, qui propterea a Diodoro Siculo (22) appellatus est muσωγωγός, καὶ τροφεύς, magister atque nutritor Bacchi, sicuti etiam ab Horatio (23) dictus est custos, famulusque Dei Silenus alumni. Addit exemplum marmorei vasis quod est Caietae, quodque a Sponio (24) describitur, atque a Montrauconio etiam. exhibetur, in quo vase Silenus habet in ulnis Bacchum, eumque affert Ino, seu Leuchoteae, ut eum alat, quamvis pseudorpheus narret fuisse illum ab Hippa nutritum. Ita in cameo quodam a Comite de Caylus (25) descripto Bacchus visitur, conconsilia a Sileno audiens. Itaque ex his arguit, verosimillime. fuper hanc columnam positam fuisse flatuam aut solius Sileni, aut Sileni Bacchum ulnis amplectentem; ac proinde Ecphantum sculptorem eidem Baccho illud dicasse opus, quod ipse ininizeaon affirmat se perfecisse statuam, postquam Deum illum invocarat, aut votum coram ipso conceperat; qui quidem. gloriatur egregii operis, quod desupte appellat, se esse auctorem : sicuti in in in paquis Scaei & Laodamantis legitur wegiκαλλές άγαλμα. Mos etiam veterum Graecorum fuit conscribendi in in inspapais nomen illius, qui monumentum aliquod numinibus dicabat, ut ex ipsis ab Herodoto allatis inscriptionibus est manifestum. Idem dichum esto de more inscribendi nomen artificis, sive sculptoris. Fatetur Corsinius ignotum nobis prorfus effe vetustissimum hunc sculptorem Ecphantum, hoc tamen Ecphanti nomen novum apud Graecos non esse, apud quos legimus Ecphantum poetae Musei atavum, ut scribit Suidas (26), Ecphantum philosophum Pythagoreum, dequo Origenes (27), ac demum Ecphantidas ab Aristote-LE (28) commemoratos.

S.X.

Dum Corsnius suam Romae ederet de Naniana intromos differtationem, CLEMENS GRUBISSICHIUS hoc ignorans alteram Venetiis parabat, quam sequenti anno in lucem protulit (29), quum vix sub finem operis aliquid de Corsiniana dissertatione. novisset. Ergo & Grubissichil interpretatio prope singularis afferenda a nobis est, & pancis confutanda; de Confiniana enim interpretatione erit possea dicendum. Approbat ergo Grussissi-CHIUS, ZAMNETTII sententiam affirmantis, quosdam huius ianypoi ous characteres ex Hebraicis, & Phoeniciis, qui & Samaritani dicuntur, ortos esse: quam sautem in infula Melo fuerint coloniae Lacedaemonum, ut narrat Thucydides (30), ac Phoeniciorum, ut superius (31) ostensum est; hinc arguit cives bilinques Phoenicium, & Graecum alphabetum usurpasse. Porro eiusdem impeasis litteras, quae a communi orthographia dissident, abhirde interpretatus est Grusissichius, qui hanc profert elegantem, si Diis placet, ilius monumenti explicationemo

B 2

Παιδίων εκπιδαοντων δεκομαι το δαμαν πηεμε αταλμα Μοι τ' αρ επευκνωμενον το τετελα εν μετρω πνων.

Puerorum faltantium fuftineo hanc defatigantem me choream Mihique pedibus bene obstrepentem perfeci ad normam metri flans. Di fanciulli che saltano (ecco) io soffro

Un ballo a me molefto, and anatom analovales a layeround

Che ben movendo a mia presenza i passi, so ingana indicata

Perfetto il fei coll' armonia del fiato.

Plura vero addit ex veteribus fcriptoribus, ex quibus huiufinodi puerorum choreas eruditissime illustrat.

Sed videamus, quid fenserit Grubissichius de aspirationi. bus huius ἐπιγραφης. Litteram H fatetur in Graecorum marmoribus pro adspiratione usurpatam; at novam ait omnino esse eius coniunctionem cum tenuibus eorumdem litteris. Quod quum certo affirment Priscianus, & Victorinus, in horum auctoritate ait Grubissichius maius fortaffe pondus non effe, quam in coniectura ipfa, cui forte occasionem dederit Romanae orthographiae exemplum. Veretur itaque ne scriptores illi comparandi fint cum Isidoro, qui negat litteram x a Romanis veteribus ulitam, quum tamen & in xil. tabularum legibus & in rostrata Duillii columna appareat . Priscianus ergo asserit, apud veteres Graecos & Romanos parem fuiffe ufum adfpirationis H, tum utrosque consuevisse earndem consonantibus C T P R fociam adnectere. Primum concedit Grubissichius; alterum non item; quod nempe Tullius (32) affirmet, ita. maiores loquutos effe, ut nufquam nisi in vocali adspiratione uterentur; propterea ipfe inquit: loquebar fic, ut pulcros, cetegos, triumpos , Kartaginem dicerem : aliquando , idque vero convicio aurium , quum extorta mihi veritas effet, ufum loquendi populo concessi, scientiam mihi reservavi ... Burrum semper Ennius, numquam Parrhum dixit; ex quibus arguit Grubissichius antiquum apud Romanos non fuiffe ufum adiiciendi confonantibus adfpirationem illam H., quod etiam ex Romanis xII. tabularum legibus confirmare studet . Sed quorsum haec omnia ? Num falfa dixere Victorinus, & Priscianus ? Prisciani af-0 8 -300T1

fertio evidens apparet statim ac meminerit Grubissichius, VICTORINUM quarto, Priscianum fexto vulgaris aerae faeculo floruisse: Namque Prisciano, ut maxime patet, licuit veterem appellare illam Romanorum consuetudinem, quae obtinebat iam CICERONIS aetate, nimirum faeculis ad minus fex ante Priscianum ipsum. Victorinus vero de Graecis tantum. non de Romanis habet mentionem. Si ergo vera est M. Tullil sententia, vera quoque simul est illa Prisciani quoad ipsos Romanos. At quod de Graecis afferit Priscianus, idem affirmaverat vetustior Victorinus. Priscianus tamen veterem quidem dixit Graecorum consuetudinem, de qua sermo est, Lati-- norum vero non ita nuncupavit; sed scripsit dumtaxat: H nota adspirationis, quam Graecorum antiquissimi, similiter ut Latinorum in versu scribebant, deinde addit : adspiratio quoque antes omnes vocales poni potest, post consonantes vero quatuor tantummodo, more antiquorum Graecorum, CTPR. Quod ad Graecos attinet, de quibus disserendum heic est, quid nam ex Priscia-No opponere potest Grubissichius?

S. XII.

At Priscianus, inquit ille, innixus est Mario Victorino. qui in ea fuit sententia, ut putaverit quod Graeci antiquiores pro tribus adspiratis  $\Theta \Phi \times priusquam a Sunonide invenirentur, ex$ primebant iuxta T & iuxta II, & iuxta K adspirationis notam H ponendo. Duo heic supponere Victorinum affirmat Grubissichius; primum, litterarum quae adspiratae dicuntur, inventorem. fuisse Simonidem; alterum, loco adspiratarum litterarum, adnexam fuisse tenuibus litteris adspirationem H. Utrumque autem a veritate abhorrere contendit auctor ille; ac primum quidem, quoniam adspiratarum usus antiquissimus sit, & non immerito tribuatur PALAMEDI; praesertim quim Aristoteles apud Plinium (33) litteram & inter eas antiquissimas, quael primo in alphabetum inductae funt, recenfeat; binas alias 8 & X Epicharmo tribuit, forte quod non consuluerit vetustiora monumenta. Nunc vero ait fere demonstrata censetur trium adspiratarum antiquitas; ut constat ex columnis Herodis Attici stilo antiquiori exaratis, nec non ex Sigea inscriptione; tum vero ex tribus celeberrimis inscriptionibus a Fourmontio editis, quas Galli auctores tractatus diplomatici arbitrantur septimo vel octavo saeculo ante Christianam aeram confectas, in quibus adhibitae funt litterae x & o, nec non H, quae quidem quum primum inventae fuerint Lacedaemone, ex qua prodiere habitatores infulae Melos, ubi reperta est Naniana columna, ad rem nostram plurimum conferre possunt adiumenti. Quod si ante Simonidem in usu iam erant litterae adspiratae, si teste Aristotele antiquissima est littera o, hinc ait Grubissichius consequens est adspirationem H numquam a Graecis adhibitam. fuisse post tenues litteras, sed dumtaxat ante vocales, atque. ante alias litteras, ut pronuntiandi ratio eamdem flagitaret. Illud etiam confirmat exemplo Amiclei lapidis, qui nempe apud Lacones repertus est, quique ex Maurinorum monachorum auctoritate antiquior Troiano excidio existimatur a Gru-BISSICHIO. In eo autem lapide habetur adspiratio in prima eius voce MHENAMA, nec umquam ullum aliud apparet adspiratarum litterarum vestigium, licet voces aliquae easdem poscerent; sed folae tenues adhibitae funt, ut in vocibus KAAIMAKOE, & KA-PAAEPIE. Ubi pariter adhibenda fuisset littera O, posita est altera z iuxta Lacedaemonum morem; scriptum enim in eo legimus aepoxeo pro aepotheo, idest aepooeot.

S. XIII.

Fateor inesse aliquid ponderis in hisce Grubissichil animadversionibus; verumtamen facile demonstro, eas tantamnon obtinere vim, ut Corsinianam evertant eius impagiis lectionem. In primis autem observo, viros eruditissimos a Maurinis monachis dissentire quoad tantam Amiclei lapidis antiquitatem. Inter eos Mazochius (34), qui ait se huiusmodi mapados antiquismon delectari, quique pluribus institutis in vetustissimos lapides observationibus de littera seu adspiratione H italeonachidit: ex his autem colligo, frustra laborare viros censorios dum alii dariiar H e litterarum senatu movent, alii non tantum in curium sendio magno promovent, sed &c inter primitiva elementa numerane. Equidem autem sie censeo, non idem semper &c ultique suisse saint senatum. Accidente suisse suisse suisse suisse suisse suisse suisse suisse suitata

fitatu fuerit . . . , ita ut explorato fit habendum circa usum +8 H asperi Graecos non idem semper nec ubique consuevisse, verum pro temporum, locorumque diversitate hoc, aut illud suisse sequutos. Onod de τώ H aspero observatum a Mazochio est, eodem jure dici debet de aliis quibuscumque inventis ad Graecorum alphabeta. spectantibus; eadem namque est de omnibus ratio. Neque enim tanta fuit Graecae nationis confensio, ut omnes Graeci & in eamdem consuetudinem, & eodem ferme tempore convenirent; quinimmo ex antiquis scriptoribus compertum est. Graecos, quorum plurimae erant respublicae ab invicem seiunctae, confuevisse invicem a moribus earumdem discedere. & quaincumque ex iis fua diversa instituta sancte servare. Iamvero illud etiam constat, Simonidis mutationes in Graecorum. alphabetum inductas, Athenis ex publica faltem auctoritate. comprobatas non fuisse, nisi centum circiter post Simonidem annis. Hinc ergo illud consequens, compertumque est, alphabeti mutationes ab aliquibus Graecorum citius, ab aliis ferius admodum, ab aliis forte numquam fuisse admissas. Quare licet alicubi apud eosdem antiquissimis temporibus in usu suerint Palamedis adspiratae  $\Theta \Phi X$ , alicubi tamen diutius perseverare potuit confuetudo vetustior litterarum TH IIH KH. Hac autem\_ ratione conciliari possunt, debentque Aristotelis, & Maril VICTORINI de adspiratis Graecorum litteris sententiae; neque enim alternter adeo generalem affirmat eorum confuetudinem... ut omnes plane, nemine prorsus excepto, eamdem eodemque tempore fuerint fequuti. Quod si fatente Grubissicho, erat Graecorum mos praeponendi vocalibus adspirationem Haliisque litteris, sicuti pronuntiationis ratio flagitabat; hinc sequitur etiam potuisse illos eamdem adspirationem adnectere litteris T II & K, his enim, aut certe aliis litteris adnexa adspiratio H plerumque reperiebatur ante vocales, ficuti ipfo dante, pronuntiationis ratio apud aliquas Graecorum urbes reposcebat. Quod enim exempli loco littera @ aequivaleat litteris TH, hoc certe non immutat pronuntiationem aspiratae H, sicuti in nullo prorfus alphabeto immutatur pronuntiatio litterarum ex eo quod aliquando nexu aliquo scriptionis simul connectantur. OuiQuinimmo igitur, sicuti litterae  $\Theta \Phi X$  a quocumque fuerint excogitatae supponunt antea exstitisse consuetudinem conscribendi TH  $\Pi H KH$ , secus hae illis minime aequipollerent; itaargumentum evidens est, quod negat Grubissichius, consuevisse prius a Graecis conscribi TH  $\Pi H KH$  pro  $\Theta \Phi X$ , adeoque eosdem post tenues litteras addidisse aspiratam H. Dixerit fortasse, usum quidem suisse pronuntiandi, non vero scribendi TH  $\Pi H KH$ , quum in veteribus exemplis habeatur K tantum pro KH, sive pro X; at iam superius diximus, probavimus que exempla huiusmodi non esse universalis Grecorum consuetudinis argumenta. Itaque non est, cur a Corsini lectione recedendum putemus.

\$. xIIII.

Huius auctoris lectionem interpretationemque affirmat XAverius Matthaeius (35) omne tulisse punctum, communibusque eruditorum suffragiis receptam esse; moveri se tamen ait non contemnenda quidem de caussa, ut in diversa abiret; praesertim quum inscriptio haec Naniana, Consinio teste, existimanda sit ipsa ἐπιγεωφη Sigea vetustior, quae communi omnium consensu ad Olympiadem Lx. debet referri. Duo sunt praecipue, quae Corsinianae interpretationi opponit MATTHAEIUS. Primum est, quod nec Hessodus, nec Homerus meminerint umquam Sileni & Bacchi - Quod si ne Bacchum quidem Graeci vetustiores noverant, quanto minus inquit Satyros, Tityros, Silenos, minutos, ut Plautina phrasi utatur, plebeiosque Deos. Numquam igitur Sileno erectum monumentum esse potuit, quum adeo antiquum CORSINIO visum sit, ut ad Olympiadem. LX. referendum esse existimarit... Ceterum, etiam si haec inscriptio recentior esset, quis crederet Sileno statuam & columnam positam fuisse, quum nec in Latio, nec in Graecia, etiam post receptum ubique Bacchi cultum Sileno, Tityris, Satyris ara ulla, aut publicum monumentum dicatum occurrat? Atque haec quidem. apud posteros; nam veteres, ut diximus, Bacchum, aliosque. huiusmodi Aegyptiorum Deos, nequaquam noverant, quum nulla Aegyptiacae mythologiae ratio tunc quidem haberetur, ut vel ex HO. MERO atque HESIODO facile colligi poterit, qui nec Sileni, nec BacBacchi, nec Isidis, nec Serapidis &c. umquam meminerunt, aliorumque numinum, quorum cultus sero in Graeciam Latiumque pervenit. Addit etiam Matthatius post alias quas allaturi sumus
observationes, in vase illo Caietae non Bacchum in Sileni ulnis esse, sed Mercurium, qui ex petaso, aut simili alio tegumento, quo eius caput operitur, dignosci potest; atque itaexhiberi tum a Sponio & Montrauconio, tum etiam a Stephano Pighio (36) Mercurium inquit, non Silenum; qui enim invase exprimitur, iuvenis pulcher est silenus autem ut desornis &c
senex, &c alio longe diverso corporis habitu solebat exhiberi

Alterum quod Corsinio obiicit Matthaeius, multo maioris est ponderis. Nam quid est minquit, ilhid δέξαι Εκφάντφ suscipe ab Ecphanto ? Equidem ... numquam verbum Sixpui aliudve eiusdem notae cum aliis coniunctum casibus reperi ; praeter patrium, ita ut d'égae en Endame, vel omissa praepositione, quod cetera heic durissimum esset Segue Eparre dicendum set, atque illud if intelligendum, ... praepositiones omnes, quae nostrum ab exprimere posfunt, patrio casu gaudent apud Graccos. Itaque ait legendum. EXPANTOY, ficut etiam arbitratus of Perettius (37), quaecumque tandem fuerit caussa, ob quam facta sit permutatio iitterae T in I maxime affinem. Vox autem ixpárre, prosequitur Matthael Ws, genitivo casu iungenda est voci Διὸς, & ἔκφάντω Ζεὺς erit idem ac impanie, quum Dii inpairer dicti sint, ut impairer . Qua desre laudat doctifimum Spannennum (38) Addit exemplum ex Orpheo (39), qui lovem nuncupat suiterer, manifestum, uts reddidit Scaliger. Praeterea ubi Consinius legit TONYE TEAEZI ΣΕ ΤΡΟΦΟΝ, ipfe MATTHABIUS: legendum, putat. ΤΟΥΤ ΕΤΕΛΕΣΣΕ: leu rour iréleans, ut nempareure ad exalus referatur : nec respon, fed Troquer legendam qualet, adeo ut propriem nomen eius , qua hos dicaverat monumentum soon Echlantus lity fed Trophanis & Mercurio', Palitialiteti Iovia filio inferiptionem dicatam putata quam ita legit, atque interprétaturement of man a reference quantité de la confidence de la

Παῖ Δίδε ἐκφάντε , ઈંજિયા του άμεμφὶς ἄγαλμα Σοῖ γὰρ ἐπευχόμεν Ο. τῦτ ἐπέλεσσε Τρόφων.

Σοῖ γὰρ ἐπουχόμου. τῶτ' ἐτέλοσσε Τρόφων.

Fili Iovis spectabilis, accipe hoc egregium monumentum,

Tibi enun supplicans hoc perfecit Trophon.

Af-

Quod primo ait Mattheeius Bacchi memoriam adeo non esse antiquam, ut cum huius Nanianae columnae antiquitate componi possit, quod probare se existimat ex Homeri tilentio; hoc inquam nimis sidenter assenuit savenis trilustris Mattheeius, vel eius magister ch Mariquellius. Enimvero satis est inspicere Homericum indicem Wulfangi Seelei, ut statim ingenuinis illius poetae carminibus Bacchi mentionem quisque reperiat. Sed in hac re opportunus mihi accidit sermo cum eruditissimo son. Christophoro Amadutio, qui in suis adversariis, de illa Matthaeiana assertione hace habet docto viro dignissima: HOMERUS in Odyss xxxv. 74. Dionysii, seu Bacchi poculum eperte innuit:

χρύστου άμφιφορήα, Διοπύσοιο είν δώρου Φάσκι έμεναι.

aureum poculum, idque Dionysii donum

Vide Bacchum ab Homero usurpatum etiam Odyst. Verum in posteriori, quod dein emist., opere MATTHABIOS in libros poeticos scripturarum capana suntilipagatori. Exposituius loci vim declinare conatur... quod spse nemperab HOMERI semparibus excluserit Bacchum vinoletuum & ebriosum suntilipagatori proinde Bacchi pocalumi quoma HOMERUS designat pura este sait, ut ex sequentibus carminibus patet, ubi conditi sunt Achillis & Ratrocli cineres. Ast etiam invinariis amphoris Baccho sacrie, ut testatur viriel. Ioh. B. PASSE-BIUS in Prolegomenius (paga oppi), quae praemittunum T. I Pic cturare Etrusco Campani desunto rum offa exercisione consului tondere Etrusci & Campani desunto rum offa exercisione consului vascut tondere Etrusci & Campani desunto rum offa exercisione consului vascut tondere Etrusci & Campani desunto rum offa exercisione consului vascut tondere Etrusci & Campani desunto rum offa exercisione consului vascut tondere Etrusci & Campani desunto rum offa exercisione consului vascut tondere etrusci & Campani desunto rum offa exercisione consului vascut tondere etrusci desunto de de desunto de de

2. Il Lois fosticilis, eccipe for equegium me unicarea,

.Itvx .2 I sol enim fu plices a lose perfects Trophens.

S. XVII.

Quod vero deinde addit Matthaeus, Bacchum, aliof que huiusmodi Aegyptiorum Deos Graecis vetufiioribus nequaquam cognitos, quum tunc nulla apud eosdem haberetur Aegyptiacae mythologiae ratio, ut ex Hesiodi & Homeri filentio putat esse exploratum; hoc inquam eiusdem fere generis est cum Matthaeiana animadversione, quam ex cl. Amadutio confutavimus. Nam ab Homero factam Bacchi mentionem vidimis. Neque vero tantam Corsinius putat effe Nanianae columnae antiquitatem, 'ut ad Homeri tempora accedat; fed dumtaxat Sigea inscriptione vetustiorem existimari posse concedit. Itaque quatuor saeculorum intervallo inter Honeri & columnae aetatem permittit Consinus. Adde etiam, quod HERODOTUS (40) de Smyrnaeis & Aeolibus Ioquutus ait Smyrnacos observantes δετήν έξω τέιχεις ποπυμένες Διογύσω κ. λ. dum extra urbem Bacchi festum celebrarent, &c., alibi vero idem Herodo-TUS (41) fcribit: Θεές γὰρ δη ἐπες ἀυτους ἄσταντας δμοίως 'Αιπυπλοι σέβονται ωλην "Ισιός τε, μος "Οσίριδο. τον δη Διόνισον είναι λέγεσι, ποπ enim eosdem Deos similiter colunt universi Aequetii proeter Isin, & Osirin, quem Bacchum effe aiunt. Itaque Herodoro testau Graeci veteres colebant Bacchum, eumque colebant, quem ab Aegyptiis noverant. Herodorus porro floruit quinto ante Christum faeculo; quod vero ab ipso narratum diximus de-Bacchi apud Graecos cultu, non ut recens inventum, fed ut ritum commemorat, qui iam apud eos in usu erat. Itaque. habet iam Matthaeius Graecorum cultum erga Bacchum ufur patum ea aetate, ad quam eruditorum iudicio pertinere potesti Naniana celeberrima columna. Atque hinc colligere licet, Silenum etiam, qui existimatus est ab ethnicis nutritor Bacchi si cultum eadem aetate a Graecis fuisse; quod enim apud vetustiores Graecorum scriptores nulla habeatur Sileni mentio, argumentum est, quod non demonstrat, eum iisdem temporie bus cultum non fuisse. Hospes autem omnino sit in de zarodoján. oportet, qui nesciat haberi veteres Sileni, & Satyrorum Faunorumque imagines. Si vero, quas modo habemus, ex vetuflioribus minime fint, quid prohibet, antiquiori actate eafdem

exstitisse? Probet Matthaeius, quando coeperit apud Graecos consuetudo efficiendi imagines Sileni; neque enim vima habet argumentum ex vetustiorum silentio deductum. Ceterum haec dicta sint ad consutationem Matthaeianae opinionis, non autem ad Corsinianae defensionem; siquidem in columna. Naniana scriptum non est reoper, sed proper; ut inferius erit a nobis etiam animadvertendum.

S. XVIII.

Assentimur deinde MATTHAEIO improbante lectionem vocis έκφάντρι pro έκφάντφ ut legit Corsinius. At necesse non est, ut erroris accusemus huius impeans auctorem, aut sculptorem. Nam ut animadvertit VILLOISONIUS (42) ea censeri potest vox Dorice posita pro expárts; video enim apud Erasmum Schmid-TIUM (43) Dores & Aeoles usurpasse aliquando a pro w. Quare Perellius (44), & Lanzius (45) ita legendum putant; quaecumque tandem fuerit eius scriptae vocis caussa. Sed MATTHAEIUS observat deesse propositionem & si pro nomine. proprio sumi deberet, νοχ εκφάντε, quae pendeat veluti ex voce Migu, ideo camdem atbitratur esse adiectivum vocis Aio, adeo ut reddi debeat lovis spectabilis. Quis vero prohibet, eam vocem sic dividere es carre? Tunc obtinebit quod deesse putat MATTHABIUS. Fateor, vocem parte delicationibus auribus molestam fortasse accidere; at quid vetat hanc fuisse nomen viri alicuius proprium Quot aliae ex Graecis hortis eiiciendae forent voces, si delicatiorum aurium iudicium tantummodo exspectandum esset. De his similibus consule, si libet, quae alibi (46) diximus monumenta Graeca ex ipfo Museo Eq. Nanil illustrantes. At experiamur nunc Matthaeianam interpretationem. Perellius (47) existimat vocem exparto pro lovis epitheto haberi non posse; neque enim, inquit ille, Deus aliquis inpart & umquam dictus legitur, fed iniquin, potius, quoties scilicet facra facientibus se nonnumquam praebere credebatur; hac unica ratione contentus Matthaeianam interpretationem improbat. At Matthetius potest ut arbitror reponere, quod si vetus poeta sub Orphei nomine lovem dixit regioarror, si Deos etiam teste Spanifico icomperimus dictos εκφαίτει, sicuti επιφάναν, nulla pro-

la profecto est caussa, cur Zeus dici non potuerit inparto. Consulendae in hanc rem sunt differtationes NIMPTSCHIL de 'Empaviaus Osov, & Henrici Augusti Zeibich, five Ioh. Henrici Mouke, de Apolline 'Επιδυμίω. Quae vero de Hebone 'Επιφανιsúτφ differuit Antonius SILLA (48) generatim improbat Ama-DUTIUS in dictis adversariis. Denique si admittenda sit Matthaeiana distichi illius interpretatio, consequens erit Trophonem, seu rectius Grophonem, nempe ipsum artisicem & fecisse imaginem Apollinis, seu Mercurii, sive alterius silii Iovis, eamque eidem dedicasse. Exempla artificum, qui nomen suum. in Deorum imaginibus a se fabrefactis insculpsere, demonstrant dumtaxat eosdem fuisse imaginum ipsarum artifices; nullum\_ vero exemplum proferri potest artificis, qui opus suum Diis dicaverit. Do nullam esse contradictionem in eo, quod artifex aliquis imagines a se fabrefactas numinibus consecret; verumtamen si alia eidem disticho subiici posset interpretatio, quae & sponte sua veluti flueret, quaeque Matthaeianam a communi usu alienam excluderet; illa profecto videretur potius amplectenda. Eius vero generis arbitramur esse interpretationem., quam omnium postremus proposuit eruditissimus Lanzius; dequa infra erit a nobis dicendum.

## S. XVIIII.

Vocem ayahua interpretatur Perellius donarium eius generis, quod ab ethnicis in templa inferri solebat. Quum autem de Apolline agatur, putat tripodem suisse, quod tripodes Apollini praecipue dicarentur, exemplo sorte tripodis, cui insidens Pythia Delphis oracula sundebat. Affert vero in hanc rem exempla illustrium quorumdam virorum, qui tripodes Apollini dicarunt, quique eisdem tripodibus iniquemir subiecere, inqua vox ayahua pro donario, seu pro ipso tripode Apollini dicato usurpatur; ex quibus colligit Perellius, tripodes iam inde ab heroicis temporibus Apollini dicari & ayahuara dici consuevisse; exempla autem, a Plutarcho, & Herodoto desumpsit, de quibus infra suo loco dicemus. Quamobrem primo ipse arbitratur epigrammatis sensum perspicuum hunc esse, quod nempe donarium, seu tripos Trophonis sive Grophonis arte

arte fabrefactum, ab Ecphanto oblatum fuerit Apollini, cuius erat cultus in infula Melo folemnis, ut evincit, teste eodem. Perellio, nummus e Regis Galliarum cimelio ab HARDUINO exhibitus, cum epigraphe MHAION. Ita enim legit atque interpretatur illud distichon:

Παι Διὸς Εφάντε δ'έξαι τόδ' ἄμεμφες ἄγαλμα

Σοι γαρ έσσευχόμεν Ο τετ' έτέλεσσε Τρόφων

Nate Iovis, accipe inculpabile hoc Ecphanti donarium;

Te quippe invocato, iftud perfecit Trophon.

Sed quoniam observat Perellius vocem ayanua ab Herodoto, aliisque veteribus usurpatam ad significandam statuam, propterea hanc aliam subiicit interpretationem:

Nate Iovis, accipe perelegantem hanc Ecphanti imaginem,

Te quippe precatus eamdem absolvit Trophon.

Quamobrem sensum iniquações esse hunc ait; Ecphanti statuam Trophonis artificio sabresactam, a Trophone ipso in aede. Apollinis dedicatam suisse. At vox aquam donarium aut statuam significet, cogere non videtur ad diversam imagnações interpretationem. Quare non video sane cur primo arbitratus sit Pereculius, donarium a Trophone sabresactum, Apollini dicatum ab Ecphanto, nunc vero Ecphanti statuam ab eodem. Trophone perfectam, simulque Apollini oblatam. Aliquaetiam dicenda essent de utraque iniquações interpretatione eidem iniquações a Perellio subiecta; sed ad alia progrediamur lubentius.

### \$. XX.

Sunt nonnulla, inquit idem auctor, quae in hac postremainscriptionis explicatione negotium facessant; quippe à à à para,
proprie Deorum signa a vetustioribus saltem Graecis vocabantur,
hominum vero imagines à para, vel inveç, adeoque Ecphanti statua à yalua recte dici nequaquam potuit. Testatur insuper PLINIUS (49) statuariam a Dipeno demum, & Scyllide, qui Olympiade I. storuere, aliquatenus persici coepisse, artis vero originema
ad Olympiadum initium esse referendam. Nostra autem inscriptio
Olympiadum initium intervallo fortasse non modico antevertit, ut inserius ostendam. Frustra vero obiicit qui piam a PAUSANIA Daedali
signa

figna memorari, qui Minois & Thesei aequalis vixit, & Troica. tempora integra ferme hominis actate, hoc est triginta ad minimum annis, praecessit. Ut enim demus Daedalum sculpendi artem quadantenus caluisse, Aegyptiorum forte exemplo edoctum; quorum mos fuit ligneis thecis, quibus mortuorum corpora includebant, eorumdem effigies insculpere ... aeque certum est , Daedalea eiusmodi signa perrara fuisse, & in Deorum tantummodo honorem insculpi consuevisse; minus proinde verosimile videtur, privati hominis imaginemu cum adiunctà inscriptione, magnificis adeo verhis conceptam illustris loco publice fuisse collocatam. His de caussis priorem, quam dedi in scriptionis explicationem, huic alteri merito praeferri deberi existimo. Sed haec prorfus omnia adeo incerta esse arbitramur, ut nullas inde confequatio elici possit, quae lucem aliquam huic monus mento afferat. De tanta quam huic iniquan Perellius tribuit antiquitatem, argumenta verosimilia ostendunt, de quibus infra erit dicendum. Sic etiam facillimum effet refellere suquae idem auctor & de significatione vocis ayaxua, atque de statuarum apud Graecos epocha erudite animadvertit. Sed alio pergamus oportet.

s. xxI.

Restant enim anonymi cuiusdam eruditi scriptoris, nec non cl. Lanzil interpretationes. Huius opinionem postremo loco videbimus; anonymi vero, qui Danielem iuxta Lxx. ex Ghisiano codice, anno ante Perelli de Naniana columna dissertationem edidit, huc referendam censuimus, quod Perelli interpretatio magnam cum antea allatis Corsini, & Matthaes in eamdem illustrationibus cognationem obtineat. Anonymus (50) ergo Nanianae columnae impeasiv ita legit, atque interpretatur:

ΠΑΙ ΔΙΟΣ ΕΚΡΗΑΝΤΟΙ ΔΕΚΣΑΙ ΤΟΔ ΑΜΕΝΊΗΕΣ ΑΓΑΛΜΑ

ΕΟΙ ΓΑΡ ΕΠΕΤΚΗΟΜΕΝΟΣ ΤΟ ΤΕ ΤΕΙΝ ΕΤΕΛΕΣΕΕ ΤΡΟΠΗΟΝ
Παϊ Διος Επφάντφ δέξαι, τωδ άρεμφες άγαλμα.

Σοι γὰρ ἐπευχόμεν Θ. τό τε τειν ἐτέλεσσε τρόπποι .

Nate Iovis, donum Ecphanti pulcrum excipe fignum,

## MONUMENTA GRAECA

CORSINUS vir praestantissimus etiam H litteram (nempe ita legit:

Σοι γάς επευχόμεν 🕒 τόντε τέλεσσε τροφόν.

Tibi enim fupplicans tuum absolvit nutritorem . Hunc versum ne admittamus vetat sententia difficilis ac prope nulla; deinde in veterum donariis plerumque disticha irounte erant; postremo nullum in columna vestigium apparet litterae N post articulum 76; ac revera primus editor dum ante oculos columnam haberet, eam. listeram non exhibet: qua tamen parte columna diffracta est, facile eas litteras continebat, quas exhibuimus. Quod si τρόπηον legamus, id nominis etymon confirmat: nam τροπη in τρόπηον deinde τροπαίον transire debuit, quemadmodum & Latini tropeum aliquando dixerunt. Tum aliqua addit de insula Melo eiusque nomine; tum. demum suam paucis de huiusce monumenti aetate opinionem, de qua suo loco dicemus, exponit, Iam vero Corsinil interpretationem aliquanto obscuram fatemur. Si vero plerumque. in veterum donariis disticha iooperpa erant; ergo aliquando saltem erant etiam diversi metri; proindeque non repugnat, quod Naniana inippaon sit huiusmodi. Porro in ea columna haberi eo in loco vestigium litterae vel N vel T testatur cl. LANZIUS, qui eamdem in museo cl. Equitis NANII paucis ab hinc annis diligentissime inspexit; ex quo etiam novi, qua parte columna. diffracta est, eas in ipsa litteras contineri non posse, quas erudite supplet idem auctor. Denique quoniam ipse litteram it pro adspiratione adhibuit in tribus vocibus EKIHANTOI. AMEMIIHEE. & ENETKHOMENOZ, cur eamdem tamquam litteram vocalem. fibi fumplit in postrema voce? Forte ut distichum i σόμετρον inde erueret. At quoniam nulla lex id flagitabat, & quoniam ex Vocibus antecedentibus exfistit potius lex de sumenda littera H Pro adspiratione, oportebat sane potius/aliam quamcumque investigationem sibi sumere, quam contradictionem in huius palaeographia subspicari.

Denique cl. Lanzius (51), eruditione praestantissimus, noaddidit huic monumento coniecturam, ut ipse suam vocat

cat eiusdem inigraphic egregiam illustrationem. Paucissimis verbis, ut flagitabat instituti ratio, eam proposuit, quam nos identidem paucis aliis declarabimus. In voce igitur Exparros caute. narrat errorem ab eruditis existimari, pro Exparto, idest Exparτου, sive Εκφαντω, nimirum genitivo Attico. Sed cur potius dici non poterit, ex peculiari dialecto eius insulae, sicuti etiam. factitabant Aeoles, ίωτα pro ύψιλον positum suisse? In perbrevi inscriptione, quae diligentissime conscripta est, videtur hoc potius subspicandum, quam certo erratum in eadem pronuntiare. In altero versu in quo Consinius legerat rorr', ait legendum potius rour'; id enim, ut paullo ante diximus, permittit diffractae columnae locus, in quo vestigium illius litterae apparet. Qua posita lectione, ita interpretari impagnir licet, ut statua fuerit Ecphanti, eius autem donator, potius quam artifex fuerit Grophon. Namque verbum ετέλεσσε est a verbo τελέω, quod apud Phavorinum antiquitus fignificabat παρέχω, praebeo; formula autem, seu verbum ἐπευχόμεν Φ, sicut aliud ixérns, folemnis est eorum, qui vota solvebant; ita apud Grute-RUM (52) ANTIOXOS ETEAMENOS ANEOEKE, cui aliud addi potest illustre exemplum ex ditissimo Praesulis doctissimi Stepha-NI BORGIAE museo, in quo haec habetur in votiva aerea manu हेकाγεαφή:

APABA
ArabaeIAC KAI AAEA
as & frater Germanus
EYEAMENOI
ANEOHKAN
pofuere

Addit Lanzius exstare apud Pausaniam exempla statuarum, quae privatis personis super columnas excitatae sunt; in more autem positum a veteribus suisse, ut aliquis sui ipsius, vel alterius statuam ex voto numinibus dicaret, constare affirmat ex Theocrito (53). Hanc veterum Graecorum consuetudinem nos sere ex instituto alibi (54) ostendimus ex Plutarchi & Dionis Chrysostomi, atque ex Graecarum imigrassor testimoniis. Satis erit recitasse verba, quae habet in hanc rem Dio Chrysostomus (55) quae aptissima sunt ad illustrandam imigrassor, de qua disserimus.

D Inquit

Inquit ergo: κεὶ τοι τῶς ἀνδραντας ἐχ ὅτῖον ἀναθήματα ἄποι τὶς ἄν εἰκι τῶν Θεῶν τὰς ἐν τῶς ἱεροῖς καὶ πολλὰς ἰδρᾶν ἔςτι ἔτΟς ἐπιγεγραμμώνες διον ὁ δῶνα ἱαυτὸν ἀνέθηκε ἡ τὸν πατέρα, ἤντὸν ὑιὸν ὅτω δήποτε Θεῶν, atqui & statuas quis dicere possit, Diis consecrata esse donaria, eas nempe quae sunt in templis, & multas videre est talem habentes inscriptionem, puta: ille Diis consecravit se ipsum, aut patrem, aut filium, cuicumque tandem Deorum. Non modo vero patris aut filii, sed ulterius cuiusque statuam Diis exhibitam ex veterum monumentis compertum est. Ergo tum ex cl. Lanzil observationibus, tum ex Dionis Chrysostomi verbis perspicua haec oriri potest Nanianae ἐπιγραφῆς interpretatio:

Fili Iovis, accipe pulcherrimam hanc Ecphanti statuam,

Hanc enim Grophon supplex tibi dedicavit.

Quoniam autem absolute dicitur  $\pi a \tilde{u} \Delta i \delta s$ , fili Iovis, ideo itaappellatus videtur Apollo  $\kappa a \tau^2 \tilde{\epsilon} \tilde{\epsilon} \delta \chi \tilde{n} \tilde{n}$  Iovis filius; nisi ex loco, in quo primo locatum fuerit hoc monumentum, alter esset intelligendus supremi illius ethnicorum numinis filius. Ac de huius quidem praeclarissimae  $\tilde{\epsilon} \pi i \gamma \rho \alpha \phi \tilde{n} \tilde{s}$  interpretatione satis dictum arbitramur.

### S. xxIII.

Nunc ipsius antiquitas investiganda a nobis est; ac propterea tum de huius columnae scriptura, tum de ipsa columna. primo oportet differere. Perellius inquit: Quod ad inscriptionis litteras attinet, minime mirari debemus, easdem non Buseopn-Sor, quemadmodum in Sigea inscriptione, sed uno eodemque tenore. a laeva ad dexteram fuisse exaratas. Id vero ea de caussa evenisse puto, quod nequaquam tabulae planae .... sed columnae striis insculptae fuerint, adeoque singulos inscriptionis versus ab eadem ab humo altitudine deorsum ducere oportuerit propter legentium commoditatem. Adde litteram yaµµa non a laeva ad dexteram, quemadmodum reliquae inscriptionis litterae, sed vicissim a dextera ad laevam scriptam spectari; cuius sane inversionis vix alia caussa praeter receptum Buspopusor scribendi morem afferri posse videtur. Addere eti am poterat Perellius exemplum litterae 4 quae pariter a. de xtera ad laevam conscripta est. Verum si propter receptum Bu secondo feribendi morem littera I inversa ratione exarata est,

cur

cur non etiam aliae litterae eodem modo, exempli caussa y T a conscriptae fuere? Ergo binae illae litterae 1 & 4 demonstrant aliquod tantummodo in ea infula perdurasse vestigium scribendi Buspoondor. Deinde in rotundis columnis Etruscis, quas paullo post indicabimus, vel bini versus sunt, quorum alter sursum. deorsum, alter contra scriptus es; vel unicus versus eodem. contextu ita insculptus, ut primo deorsum sursum perveniat usque ad columnae apicem, tum vero furfum deorsum scriptus descendat. Ceterum quum illius in sprapsic versus in striata columna perpendiculares insculpendi essent, facile aeque ac difficile erat eosdem legere vel sursum deorsum, vel deorsum sursum; ut quisque haud aegre potest animadvertere. Sic in columella. Etrusca apud Corium (56) bini versus ita scripti sunt, ut deorfum furfum legantur. In hac autem re observandum esse censeo, nullum nobis innotescere veterem lapidem planum, qui versus ferat furfum deorsum conscriptos; sed in hoc genere tantum esse Nanianam columnam rotundam striatam, & quasdam Etrufcorum columellas pariter rotundas, alias quidem a Gorio (57), alias vero a Lanzio (53) nuper editas. Itaque existimarem., huiusmodi omnes columnas ideo sursum deorsum vel deorfum sursum esse conscriptas, quod artifices, dum vellent in iis litteras insculpere, easdem ad maiorem artis facilitatem locaverint ad horizontem parallelas; quae postmodum perpendiculariter erectae exhibent scripturam sursum deorsum insculptam, ita ut litterae non perpendiculares sint horizonti, sed eidem. parallelae. Quod postremum scribendi genus quum apud quafcumque nationes fuerit prorsus ignotum; Sinenses enim, qui sursum deorsum scribunt, litteras tamen essingunt horizonti non parallelas, fed perpendiculares; propterea genus illud scripturae in Naniana, aliisque columnis ex artificum imperitia videtur habuisse originem. Quam quidem coniectationem aliaetiam confirmat in Nanianam aliasque Etruscas columnas obfervatio. Bini siquidem versus in erecta Naniana columna itaapparent conscripti, ut eorum primus ad dexteram, alter ad finistram fuerint insculpti. Ex quo habes in ipsa ἐπιγραφῆς scriptura quamdam contradictionem; eius enim litterae ita positae funt. funt, ut a laeva ad dexteram respiciant, bini autem in 1962 paris versus contraria methodo. In columnis autem Etruscis apud auctores superius laudatos primus versus legendus est, qui sinistram tenet, quum tamen ita singuli sint conscripti, ut lectio initium habeat a dextra; ac proinde eamdem pariter in his habes contradictionem. Quamobrem coniecturam satis sirmatam arbitramur, quin hac in re diutius immoremur.

S. xxiiil.

Columnam vero ipsam, ut striata est, perpendamus oportet; forte enim aliquid inde elicere poterunt eruditi ad ferendum prudens de illius antiquitate iudicium. VITRUVIUS (59) ergo inquit : columnas autem striari XX. striis oportet; quod quidem in Naniana factum videmus. Tum vero diversas recenset striandi methodos, inter quas duo illae tantum sunt animadvertendae, quarum altera strias efficit in externum angulum simul definentes, altera vero inter utramque striam habet brevem planamque positam superficiem. Primum striatae columnae genus tamquam ignobilius, ut observat Galianus (60) Dorico ordini tribuendum est, aliud vero utpote nobilius Ionico adscribitur a VITRUVIO. Maiorem ergo subspicari possumus antiquitatem Dorici ordinis, in quo locanda est Naniana. columna. Quantae vero antiquitatis censendus sit usus striatarum columnarum, incertum est apud ipsos architecturae cultores. Suspecta primum suerat Matthaeio (61) huius monumenti antiquitas ex eo, quod inter columnae strias fuerit elogium. illud inscriptum; neque enim striatarum columnarum inventionem Olympiade Lx. antiquiorem putabat; sed tantam esseposse earumdem columnarum vetustatem ait se intellexisse ex eo, quem nuper laudavimus celeberrimo, & in architectonica arte ac bonis litteris versatissimo viro Berardo Galia-NO. Ac recte fane; quamvis enim striatas columnas non memoret Homerus, immo ipse, ut observat Goguetius (62), templa ac palatia describens nullam umquam habeat columnarum mentionem; attamen idem Goguetius filentio Homeri innixus putat epocham Graecae architecturae statuendam esse inter Ho-MERUM, qui annos mille circiter vixit ante Christum servatorem, & inter Hebraeorum a captivitate reditum, qui contigit anno circiter quingentesimo ante Christianam aeram; Pausanias enim narrat, quod sexto ante hanc aeram saeculo exstabat iam Olympici Iovis templum ordinis Dorici, in quo propterea essent striatae columnae. Adde etiam quod Naniana haec columna ad antiquiorem possit Dorici ordinis aetatem pertinere; eius enim altitudo quinque diametra non exaequat. Quamvis enim LE Rov (63) ex pluribus Graecorum monumentis animadverterit exiguam hanc columnarum altitudinem haud praebere semper remotioris antiquitatis argumentum: fatetur tamen apud Dores humilium vetustiorem esse quam elatiorum columnarum usum; adeoque non repugnat maiorem alicui columnae humili antiquitatem adscribere.

· S. xxv.

Videamus porro diversas de Nanianae columnae aetate. fententias. Perellius existimat, aetatem huius ¿ airpaque superiorem esse, intervallo fortasse non modico, Olympiadum initio. Observat ille nimirum litteram iωτα hac forma 4 in ea. รัสเทยนท์ expressam parum differre a Phoenicia littera 💆, quae in Iudaeorum nummis, Machabaeorum aevo cufis, legitur apud VALTONUM (64); haec autem ipfa, inquit, scribendi ratio ad Phoeniciam originem proxime accedens, summae antiquitatis in monumento hoc argumentum praebet · Observat pariter litteram σίγμα, quae in columna ita M conscripta est, simillimam esse Phoeniciae litterae W, cuius praecipuum ab illa discrimen in diversa tantum positione situm est. Ex littera autem γάμμα, quae in hac ἐπιγεαφη est a dextra in laevam versa, colligit quoque vestigium aliquod Phoenicii moris, scribendi a dextera ad laevam. Animadvertit praeterea litteram e triangulari hac forma p conscriptam; atque hanc pariter subspicatur Phoeniciam esse figuram. Denique haec adnotat: Desunt, inquit, inter inscriptionis litteras, vocales longae nta, & ωμέγα, quippe. H quae aliquoties occurrit ... adspirationis tantum munere fungitur ... desunt praeterea adspiratae oi, xi, quemadmodum & duplex &i. Ex hoc porro litterarum defectu coniectura quadantenus de inscriptionis aetate ferri potest. Notum est enim ARISTOTELIS auctoritate CAD-**MUM** 

MUM in Graeciam sexdecim tantum litteras intulisse ABT AEIKA MNO IP ZTT, hae quippe cum addita adspirationis nota H omnibus Graecae linguae sonis explicandis sufficient: Certum est insuper, PALAMEDEM sub ipsa Troica tempora Cadmaeis litteris quatuor alias addidisse, adspiratas videlicet, θῆτα, φὶ, χὶ, & duplicem ζῆ-Ta. His totidem adiunxit SIMONIDES Caeus, qui ... floruit circa Olympiadem LxIIII., vocales nempe longas hra, ωμέγα, & duplices Ei, & Ai. Neque enim eorum sententiam moror, qui ... Enta PALAMEDI abiudicant, & SIMONIDI potius tribui debere arbitrantur. Sunt etiam qui θητα, & χι ad EPICHARMUM referant, SI-MONIDE aliquanto iuniorem; nemo tamen invenitur, qui adspiratam saltem of pro PALAMEDEA habendam neget . Quum vero inscriptio haec vocales longas no a die que quemadmodum adspiratas o , zi, & duplicem zi numquam habeat, sequitur necessario, ut non modo EPICHARMI & SIMONIDIS aetatem praevertat, sed ad ipsa quoque Troiani belli tempora pertingat, saltem iisdem non ita longo intervallo inferior censenda sit. Quum vero capta sit Troia iuxta PE-TAVIUM annis ante CHRISTUM MCLXXXIII. iuxta NEUTO-NUM annis DCCCCXII. positis autem, inquit PERELLIUS, tribus hominis aetatibus, seu annis paullo minus centum a Troiae excidio ad receptum ubique apud Graecos Palamedaeum novarum litterarum inventum, exactos utique; quo constituto inscriptio haec aetati nostrae praecessit annos ad minus MMDcLXXXX.

## S. xxvI.

Antequam vero sententiam hanc examini subiiciamus, aliorum audire ac perpendere praestat scriptorum opiniones. Zannettius assirmat, monumentum hoc inter Graecorum antiquissima collocandum esse; videtur enim ipsi excitatum ea aetate,
qua Graeci ab Hebraeis, Phoeniciis, aliisque forte populis sui
alphabeti elementa mutuabantur. Parum autem sibi constarevidetur, dum addit, idem monumentum post Simonidis Melici vocalium H & \Omega inventoris aetatem, idest post Olympiadem
LXXVIII. suisse excitatum. In eadem suit sententia GrubissiCHIUS, quoniam & ipse existimavit litteram H in hac interpratis
non ut adspirationem, sed ut vocalem suisse adhibitam. Consinius vero non solum eam interprativ antiquiorem censet Olympiade

piade LXXVIII., fed ait eamdem adhuc existimari posse Sigea. ipfa inscriptione vetustiorem, quoniam litterae 4 1 argumentum suppeditant actatis antiquioris. Quod si bini versus, prosequitur Consinius, a sinistra ad dexteram sunt conscripti, non autem Buspagnoon, hoc arbitrari licet effectum a vetefibus fuisse. carminum ratione; sicuti subspicari ait nos posse scriptos suisse versus ἐπιγραφῶι, quas Herodotus recenset. Verum de hac subspicione non disputabo. Dicam tantummodo, quod si versus Nanianae columnae conscripti non sunt Buseopudor, poterant tamen exarari a dextera ad finistram; quae scribendi consuetudo ab antiquiori aetate habuit initium. Verum cum Chishullo admonendum est, Iones citius, Aeoles serius recessisse a Cadmeo usu scribendi a dextera ad sinistram. Matthaeium quoque ferecum Corsinio sensisse de huius imprapis aetate ex iis colligi potest, quae superius ex eodem de striata columa disserente adnotavimus. Editor Danielis iuxta Lxx. sero, inquit, arbitror, insulani (Melos) litteras a Simonide invectas receperunt. Suae opinionis nullam attulit rationem. Forte ita sensit, quod ipse litteram H eiusdem interpreps; modo pro adspiratione, modo pro vocali acceperit; quod quam a ratione alienum fit excogitare, iam supra diximus. Ergo idem auctor monumentum hoc multo adhuc recentius putavit, quam Zannettius, & Grueissicuros. Habes ergo eruditissimos de hac columna scriptores, qui & troicis temporibus, & paucis ante Christianam aeram. faeculis eamdem intypaphy conscriptam arbitrati sunt. Denique Lanzius (65) omnium postremus prudenter admodum dixit defectum litterarum adspiratarum, qui est in hac impraon, adscribendum esse tardiori earumdem usui in eam insulam introducto; quum forma litterarum huius imi yeapsis aliaque argumenta non sinant, eamdem transferre ad tempora, quae ante Troiae aetatem fluxere. Quoad litterarum formam laudat Spanhemium (66) ex ineditis in Homerum scholiis asserentem, litterarum formas apud Graecos non easdem troicis fuisse temporibus, ac postea. De ceteris argumentis silet; sed forte prae oculis habuit striatam columnam, quae quum sit Dorici ordinis, existimavit cum Goguetio tantam eidem adscribi non posse vetustatem .:

S. XXTII.

### S. XXVII.

At quoniam funt inter eruditos, qui ad troica tempora-Doricum architecturae ordinem referant, hinc PERELLIUS suae opinionis petet confirmationem. Characteris vero antiquitatem verosimiliter pluribus argumentis se demonstrasse putat. At si evidentia petamus argumenta; haec nobis deesse ingenue erit fatendum. Neque enim affertur, nec afferri potest universalis Graecorum lex, quae omnes prorsus adegerit ad adhibendos litterarum characteres, qui identidem sunt a Palamede, a Simonide, aliisve inventi. Quinimmo, ut supra animadvertimus, notum est Athenienses non recepisse, publica saltem auctoritate, vocales a Simonide inventas, nisi centum circiter post earumdem inventionem annis. Ergo sicuti Athenienses post inventas vocales illas adhuc veteribus utebantur, ita in infula-Melo usus esse potuit litterarum κΗ, & ΠΗ pro x & Φ, praesertim quum antiquiori aetate quaelibet Graecorum respublica suas vehementer tueretur consuetudines, ac plerumque ab alienis abhorreret. Defectus igitur aliquarum litterarum evidens non est argumentum, ex quo certa alicuius monumenti aetas constitui possit. Ita & aliquarum litterarum similitudo cum Samaritanis, Phoeniciis, aliisque antiquioribus argumentum profecto eiusdem omnino generis suppeditat. Columna vero striata, qua ad ordinem Doricum pertinet, ex Goguetil observatione verofimilius tantummodo referri potest ad septimum vel octavum. faeculum ante Christianam aeram. Quamobrem argumenta quidem funt, ex quibus coniicitur, Nanianam columnam ea circiter aetate i πιγραφή donatam fuisse; desunt tamen argumenta., quibus id certo statui ab eruditis possit. Quoniam vero ea έπιγραφή & stilo & characterum forma, corumque δεθογραφία similis est aliis vetustioribus huiusmodi monumentis; ideo eamdem circiter aetatem huic adsignare possumus. Sicuti enim in monumentis Graecorum posterioris aetatis quamdam similitudinem videmus, licet ea ad diversas omnino regiones pertineant; ita & alterius generis character, quem observare licet in pluribus aliis monumentis, quae quinto, fexto, ac feptimo ante Christianam epocham saeculo excitata fuisse consentiunt viri viri eruditione praestantiores, argumento satis valido est Nanianam columnam ad aliquod ex hisce temporibus spectare.

6. xxvIII.

Atque haec quidem dicta funt in ea hypothesi, in qua supponitur monumentum hoc scriptum fuisse aetate illa, qua in communi usu erat of loge a pla in eodem usurpata. Si namque scepticismum in ἀρχαιολογίαν inducere velimus, subspicari etiam. possumus hanc ἐπιγραφὴν scriptam quidem fuisse antiquiori Graecorum stilo & charactere, sed vel posteriori aetate ad antiquioris imitationem, ficuti ab Herode Attico factitatum scimus, vel etiam ab aliquo sycophanta nostra hac aetate; qua antiquitatum studia maxime efflorescunt, ac plurium fervent ingenia. in veterum monumentorum investigatione. Quid enim vetat, quominus vir doctiffimus ac eruditiffimus imitari possit & remotioris antiquitatis stilum & optopaciar, nobifque seu ad lucrum captandum, seu etiam ad ἀρχαιολόγες decipiendos pro veteri monumento exhibere mentis suae eruditum figmentum? Neque enim nunc primo figmenta huiufmodi fuere ἀρχαιολόγοις obiecta. §. xxvIIII.

Fateor argumentum hoc eius esse generis, ut incautos de zuo-Aoyias obtrectatores vehementer alliciat; at si illud accurate perpendamus, ineptum fane esse quisque agnoscet. Argumentum ergo de possibilitate tantum est, non de verotimilitudine, quae ab ipsius monumenti natura nascatur. Si in solius possibilitatis ratione consistamus, iam aut omnia, aut fere omnia. praesertim illustriora antiquitatis monumenta censeri poterunt spuriis adnumeranda; proindeque de morali certitudine actum plane erit. In hoc ergo absurdum incidant necesse est, qui illius generis argumentis gloriantur. Quamquam vero hoc fatis effet ad scepticorum confutationem, attamen est etiam animadvertendum, nihil in eo monumento esse, quod subspicari sinat, illud a fycophanta aliquo effictum. Sycophantae enim. aliquod excogitare folent monumentum, quod vel mysteriis sit veluti involutum, aut si perspicuitate glorietur, aliquid contineat, quod in historia, ritibus, aut mythologia sit prorsus singulare. Hoc enim in loco supponere possumus dumtaxat virum erudieruditum, & callidum; qui sane huiusmodi non esset, nisi in. cffingendo veteri monumento en prae oculis haberet, quae innuimus. Verum quum nihil huiusmodi in eo monumento contineatur, vel mysterio occultum, vel raritate historiae cuiuscumque praeclarum; nec de eius fictione subspicari possumus. Quinimmo plura in eodem sunt, quae sycophantae adscribi nequeunt, Callidus enim vir numquam sane distichon conscripsisset in columnae striis; neque ita conscripsisset, ut erecta deinde columna characteres exhiberet horizonti non perpendiculares, sed parallelos; cuius rei nullum in tota Graeca ἀρχαιολο-Ala habemus exemplum, quod ex scalptoris imperitia protectum superius ostendimus. Ille vero ad maiorem antiquitatem essingendam, a dextera ad finistram, aut etiam personal exarasset illud nostrae columnae distiction; ac insuper non unam litte ram r, fed vel nullam, vel alias quoque litteras inverso ordine scripsisset; ut alia huiusmodi praeteream. Quapropter fatis arbitror evidens effe, monumentum hoc a sycophanta minime. esse nostris hisce temporibus effictum.

### S. XXX.

Sed neque subspicandum est veteri aetate ad vetustioris monumenti imitationem fuisse illud insculptum. Nam de Herode Attico alibi iam (67) probavimus, verosimillimum esse quod ille columnam aliam communi tunc charactere exaratam excitaverit; secus inutilis prorsus suisset lex lata in columna obsoletis litteris inscripta, utpote quae ab iis percepta non fuisset, a quibus erat eadem lex observanda. Dicam etiam, quod ibidem. generatim diximus, eos qui donum aliquod Diis oblatum imγραφη aliqua indicant, id habuisse propositum, ut posteris omnibus de ipsorum in numina cultu constaret; cui quidem consilio repuguaffent, si monumenta voluissent ignotis, utpote antiquioribus characteribus inscripta ponere, quae nossent dumtaxat eruditi, quorum nullam, aut ferme nullam habere rationem poterant. Si vero & de his dixerint, aliud excitasse communibus tunc litteris inferiptum monumentum; respondeam, in hae utique Naniana columna amplissimum fuisse locum quo illud conscriberent; nec voluisse omnes, non ita divites ut fuit Herodes Atticus, nec

ita

ita vetustioris characteris amatores, ut ipse suit, duplici monumento id praestare, quod unico poterant. Nos itaque eo sumus ingenio, ut res certas ab incertis maxime distingui optemus, nec ii sumus qui aut eruditionis mole onusti sanctis ratiocinii legibus obtemperare recusemus; at propterea moralis certitudinis, quae & maximam in hisce rebus vim obtinere debet, sundamento innixi, de huius praeclarissimi monumenti antiquitate iudicium proposuimus.



E e

(1) Mont-

## 36 MONUMENTA GRAECA EX MUSEO NANIO.

(1) Montfauconius. Palaeograph. Gr. lib.ii. pag.118.

(2) Dissertatio de Graeca tessera bospitali vetustissima. cap. I. §. II.

(3) Velasquez. ensayo sobre los alphabetos &c. cap.iii.

(4) DIMPSTERUS. Etrur. regal. tab. v.

(5) CUPERUS in apotheosi Homeri.

(6) RLINOLDIUS . bistoria Graecar. & Latin litter. pag.49.

(7) ZANNETTIUS - due antichissime Greche iscrizioni spiegate &c. Venez.1755.

(8) HERODOTUS. lib.v.

(9) EUSEBIUS . P. E. lib.I.

(10) STEPHANUS BYZANT. V. MÄLOG.

(11) FESTUS. v. Melos.

(12) EUSTATHIUS ad Diony [. Perieg. v. 530.

(13) PAUSANIAS . lib.vII. in Achaic.

(14) CLEMENS Alexandr. Stromat. lib.I.

(15) Eusebius . P. E. lib.I.

(16) HERODOTUS . lib.I.

(17) Homerus Iliad. Δ. 144.

(18) SUIDAS . ν. αγάλματα .

(19) MAXIMUS Tyrius dissert.xxxvIII.

(20) CLEMENS Alexandr. Stromat. lib.I.

(21) HERODOTUS . lib.v. cap.Lx.

(22) Diodorus . lib.1111. cap.I.

(23) HORATIUS . art. poet. v.239.

(24) SPONIUS . rei antiqu. quaest. dissert.

(25) CAYLUS. Recueil d'antiquité p.137.

(26) SUIDAS in Lexic.

(27) ORIGENES . Philosoph.

(28) Aristoteles. Polit. lib.vnI. cap.vI,

(29) CLEM. GRUBISSICH. nova spiegazione della colonna Nania &c. Venezia-1757.

(30) THUCYDIDES . lib.v.

(31) S. vI.

(32) TULLIUS . de oratore .

(33) PLINIUS . lib.viI.

(34) MAZOCHIUS. tab. Heracl. pag. 126. num. 12.

(35 XAVERIUS MATTHAEIUS. exercitationum per saturam pag.47.

(36) PIGHIUS . mgtholog. eic rdc apac .

(37) PERELLIUS. de vetultissima inscriptione &c. epistola, quae habetur in opere inscripto: nuovi miscellanei Lucches.

(38) SPANHEMIUS ad CALLIMACH. hymn. in Apoll. v. 13., & in Pallad. v. 78. & 82., & dissert. v. de usu & praestant. numism.

(39) ORPHEUS . hymn. Dios as parajs.

(40) HERODOTUS. lib.I.

(41) IDEM . lib.11.

(42) VILLOISONIUS. anecdot. Gr. t. 1I. pag. 120.

(43) SCHMIDT. de dialett. Gr. cap. I. num. xxvIII.

(44) PERELLIUS . 1. 1.

(45) LANZIUS. saggio di lingua Etrusca.

(46) MONUMENTA GRAECA ex museo Equit. & Senatoris IACOBI NANII pag. 199.

(47) PERELLIUS . 1. 1. pag. 52.

(48) SILLA. la fondazione di Partenope, pap.x. pag.171.

(49) PLINIUS . H. N. lib. xxxvI. cap.IIII.

(50) Anonymus auctor libri inscripti: Dan niel secundum Lxx. Romae 1772. col.2.

(41) LANZIUS . 1. 1. p. I. pag. 94.

(52) GRUTERUS . LXXII.

(53) THEOCRITUS. Idall. Ospisar.

(54) MONUMENTA GRAECA ex MUSEO Nanio . pag. 131. & feq.

(55) DIO CHRYSOST. orat. Rhod.

(56) GORIUS. museum Etruscum. t. I. tab.LviiiI. fig.3.

(57) IDEM . ibid. & t.III. tab.LxvI. fi.I.

(58) LANZIUS . l. l. tab.111. fig. 3.

(59) VITRUVIUS. lib.IIII. cap.III. in fin.

(60) GALIANUS in VITRUVIUM. 1. 1.

(61) MATTHAEIUS. exercitat. per saturano pag. 49.

(62) GOGUET. origine delle leggi, arti &c. t.II. lib.II. cap.III.

(63) LE ROY. Ruines de la Gréce.

(64; WALTONUS. Prolegom. in Bibl.

(65) LANZIUS . 1. 1. p. 1.

(66) SPANHEMIUS. de praestant. & usu numism. t.I. pag.85.

(67) Dissertatio de antiquissima Graeca tessera bospitali. cap. ult. §.111. & seq.

(i) Mon:

# MONUMENTUM II. COMMENTARIO ILLUSTRATUM.

# ΣΥΝΟΨΙΣ

## COMMENTARII

# IN MONUMENTUM II.



- S. I. Proponuntur ea de quibus disserendum est; atque exhibentur in buius monumenti delloyeaplan observationes.
- S. II. Contra CORSINIUM oftenditur, duo exstitisse bulus monumenti exemplaria.
- S. III. Nulla est caussa, cur unum dumtaxat ipsius ἀυτόγραφον excogitemus; adest vero ea ob quam duplex admittere oporteat.
- §. IIII. CORSINIUS Cl. Attalum archontem fuisse affirmat modo Olympiade CCXXXVIIII;
  - S. V. Modo vero Olympiadis CLXXXVIII, an. 3.
- S. VI. Inscriptio baec ignotos non supponit Deos vocibus Ori ne Orico in-
- \$. VII. Neque iisdem vocibus intelligi possunt Apollo & Diana, ut existimavit quidam anonymus inustratam qui tradidit eiusdemmonumenti interpretationem.
- S. VIII. Nostra quae proponitur, sententia est, illis essdem vocibus Iovem significari & Minervam. ARISTOPHANE illustrato refellitur MEURSIUS.
- S. VIIII. Proposta a nobis sententia pluribus confirmatur argumentis.
  - S. X. Contra hanc exponitur quae levis non videtur difficultas;
  - S. XI. Quae tamen baud difficilem babet solutionem.
  - S. XII. Corsinianae opinionis argumentum non satis sirmum ostenditur.
- S.XIII. Posta etiam eiusdem CORSINII opinione demonstratur, haud re-Ete constitutum Cl. Attali archonticum magistratum anno 2 Olympiadis CLXXXVIII.

S. XIIII.

- S. XIIII. Observationes in nomina eorum, qui in bac ἐπιγραφῆ describuntur; ex quibus eiusdem antiquitas apparet maior illa, quam statuit CORSINIUS.
  - S.XV. Observationes aliae in spatium temporis, quo diversis aetatibus munere suo perfuncti sunt Athenienses gymnasiarchae; ex quibus eadem oritur consequutio, quae ex superioribus observationibus firmata est.



# MONUMENTUM II.

**ΛΓΑΘΗΤΥΧΗ** ΕΠΙ ΚΑ ΑΤΤΑΛΟΥ ΑΡ XONTO Z·KO Z MHTH Z ΕΦΗΒΩΝΙΕΡΕΥΣΘΕ OTKAIQEAZEIPHNAI ΟΣΟΠΑΙΑΝΙΕΥΣ. EGHBETENATTOT ΥΙΟΣΔΙΟΝΥΣΙΟΣ EIPHNAIOTHAIANI ΕΥΣ·ΕΓΙΜΝΑΣΙΑΡ XHZETONENIAT ΤΟΝΤΟΥΣΕΦΗΒΟΥΣ • ΦΛ• ΣΤΡΑΤΟΛΑΟΣ Φ Υ Λ Α Σ Ι Ο Σ Ε Γ Ε Ν Ο Ν ΤΟΕΦΗΒΟΙΔΙΑΚΟ ΣΙΟΙΚΑΙΔΥΟ

'Αγαθή τύχη iπì Κλ · 'ΑτΤάλε äρχοντ Ο κοσμητής έφήβων ispeds θεώ may beas Espivai-O o Halangue รีΦήβευεν αυτώ ύιδς Διονύσι 🚱 Eignvais Пасачευς έγυμνασιάρ-KHOWY TON ENIQUτὸν τὰς ἐφήβας Φλ. Στρατόλα 🚱 Φυλάσι Ο έγένον-To ionBoi Staxó-GIOI KEL OUO

Quod faustum sit. Sub Cl. Attalo archorite, cosmeta epheborum erat sacerdos Dei & Deae Irenaeus Paeanienfis, ephebus erat ipsius filius, nempe Dionyfius Irenaei Paeaniensis, gymnasiarcha praefuit eo anno ephebis Fl. Stratolaus Phylasius . fuerunt ephebi ducentì & duo.

•

## COMMENTARIUS.

5, I.



Austo prorsus omine monumentum hoc tandem in ditissimo Museo Nanio conquiescit. Namque ex eius ຂໍບາວງ ράφω definietur adversus Corsinum quaestio, an unicum agnoscendum sit huiusmodi monumentum, an vero aliud quoque eiusdem ຂໍντίγραφον. Quod vero plurimum

interest, consutata eiusdem Corsinil interpretatione, ostendetur multo verosimilius, ad antiquiorem aetatem revocandum. esse Cl-Attalum, qui suit eponymus Atheniensium archon, quo tempore editum est hoc idem monumentum. Pauca insuper alia observabimus ad eius ἐπιγραφῶς illustrationem necessaria. Ac primo quidem quoad ipsius ὀρθογραφίαν animadvertendum tantummodo est, litteram H in lapide ipso ita |-| essormatam esse, litteram vero Ω sic W essectam; ceterae enim communi orthographiae omnino respondent. Ex nostro autem ἀυτογράφω quisque nullo negotio animadvertet errores, qui vel in hanc ἐπιγραφῶν a Grutero (1) allatam, vel in alia ἀντίγραφῶν irrepsere.

**S**. 11.

Ex hoc ipso Musei Nanil ἀυτογράφω definitur contra Corsinium (2) proposita quaestio. Vir cl. primo Gruterum reprehendit, quod quum uno in loco (3) hane recitaverit ἐωιγραφὶν ems. Metelli Grutenstenii, quae tamen ἐωιγραφὶ binos habet in sine versus, & eamdem antea (4) ediderit ex Ant. Morillo, qui ipsam viderat atque exscripserat sine iis versibus, reprehendit, inquam, Gruterum perinde quasi hac ratione, duo distinctamarmora censenda forent. Perspicuum est tamen, subdit, unum profus idemque marmor hoc esse, quod Athenis olim in gymnasio positum, deinde Venetias ex Graecia advectum ab utroque exseriptum suerit. Denique & Petitum falli censet, qui bis eamdem affert ἐωιγραφὰν ex Grutero, omissis versibus, de quibus nuper dictum est, perinde ac si duas distinctas exbibuerit. Verum hinc etiam iudicent eruditi, quanti intersit ipsa ἐπιγραφῶν ἀυτόγραφα consulere.

In eo enim, quod heic exhibuimus ex Museo Nanio, ne ullumquidem vel leve vestigium est duorum versuum, quos habet alterum Gruteri derispesses ab ipso Gorsinio exscriptum, nec ulla in eodem lapide apparet ratio dubitandi, an iidem sue rint ex eo deleti. Nisi ergo Metellum Grutestenium, a quo Gruterus primo monumentum hoc accepit, maximae negligentiae, de qua nulla videtur admittenda suspicio, accusare sidenter velimus, arguendum potius erit, bina eiusdem monumenti sacta suisse exemplaria, in quorum altero additi praeterea sint bini huiusmodi versus, ex emendatione Humphridi Pripeaux, ab ipso Corsinio laudata:

ΛΑΜΠΛΔΑ ΝΕΙΚΉΣΑΣ ΣΥΝΕΦΗΒΟΙΣ ΣΤΗΛΑ ΑΝΕΘΗΚΑ ΣΤΝΤΥΧΙΔΉΣ ΠΑΝΘΩΝ ΕΥΤΥΚΙΔΟΎ ΑΘΜΟΝΕΥΣ

Lampadis certamine vincens, epheborum collegio monumens tum posuit

Syntychides Panthon Eutychidis fil. Athmonenfis.

§. 11I.

Neque vero ulla est caussa, cur negandum sit, duo huiusmodi ἐπιγραφῆς insculpta suisse ἐυτόγραφα; quinimmo afferri verosimilis ratio potest, cur eadem conscripta fuerint. Difficultatem fortasse iniiciet, quod utraque inipeam (de binis non loquor versibus, qui in uno tantum sunt exemplari) paribus non modo versibus seu lineis, verum etiam pari omnino vocumdivisione fuerit insculpta? At in hac re quis umquam deprehendere poterit contradictionem aliquam? Ab accuratissimo lapicida unum ex altero factum est exemplar ita, ut nullum. inter utrumque sit prorsus discrimen. Num vero primum autéyeaper censendum sit illud, quod habet in fine binos illos verfus, an aliud quod iifdem caret, nil omnino interest; ut paullulum attendenti satis perspicuum esse potest. Ex illis porro versibus nullam Corsinius agnovit ration em esse, quae suadeat, eosdem convenire non posse cum ipsa ἐπιγεαφή; reddi vero potest, ut mox videbimus, verosimilis caussa ob quam huius generis monumenti bina perfici potuerint ἀυτόγραφα. Qua quidem de re subspicari saltem debuerat Consinius, qui noverat in altero exemplari deesse versus, quos alterum exhibebat; si enim

nulla reddi possit ratio, ob quam in altero habeantur, in altero desiderentur, promptius sane est inferre exemplarium pluralitatem, quam incuriam Grutestenil, qui eosdem neglexerit adeo, ut ne meminerit quidem exstitisse eorumdem aliquod inipfo lapide vestigium. Iam vero plura saepe eiusdem Atheniensis decreti confecta suere exemplaria, ut alias (5) ex instituto iam probavimus. Ex iis vero quae attulimus decretis consequens certe est, plura idcirco saepe sculpta suisse eiusdem decreti exempla, quod illud in alicuius honorem fuerat editunu, quodque intererat pluribus idem in locis ad publicam egregii alicuius viri laudem collocari. Ast non ne laus fuit Irenaeo Paeaniensi maiorum numinum sacerdoti cosmetam epheborum, & Fl. Stratolao Phylafio gymnasiarcham fuisse ? Ergo & Athenis, ubi gloriosa hae gessere munia, & alibi, forte in δήμφ Paeaniensi vel Phylasio, aut in utroque etiam iure excitari potuit idem monumentum. Quare nec est, cur tentemus unicum ex duobus efficere; sed multo similius veritati est, plura eiusdem aut fere eiusdem confecta fuisse exemplaria.

S. IIII.

Ad ea nunc, quae in Emizeavi continentur, oculos convertamus. De folemni formula AFAOH TYXH alibi (6) iam differuimus fatis diligenter. Occurrit deinde in eadem ἐπιγραφη Cl. Attalus Atheniensis archon, Corsinius de hoc archonte, eadem proposita ἐπιγραφη, orationem duplici in loco instituit & infirmis innixam argumentis, & sibi maxime adversantem. Primo (7) enim statuit archontem Cl. Attalum verosimilius imperasse Olympiade ccxxxxvIIII.; tum vero (3) pariter verosimilius eodem. fupremo magistratu perfunctum anno L Olympiadis CLXXXVIII. Mirum fane; sed falli hominis est. Alia quoque huiusce generis errata in Corsinio alias (9) iam adnotavimus. Qua de reconsulenda sunt, quae in hunc librum praesati sumus. En primam tanti viri opinionem: Quamvis, inquit, Cl. Attali archontis annus perspicue certoque definiri non possit . . . . suspicor tamen, longeque verosunillinum existimo, eiusmodi archontis annum ... ad Olympiadem CC1L. referri posse; cum Cl Attalus quidam a Dione (10) memoretur, qui Thraciae praeses, tum Cypri praesectus fuit, atque fub Elagabali Caesaris imperio hoc est anno Christi CCXVIII. occisus est: ut nihil proinde verosimilius effingi possit, quam unum eumdemque virum, qui Thraciae praeses fuerat, supremam quoque archontis eponymi dignitatem Athenis obtinuisse. Hoc verosimile quis neget ? At quid inde profecerimus ? An unus tantum exstiterit inter Graecos Cl. Attalus, adhuc maxime incertum est, praeiertim quum ex ipfa ἐπιγραφη ignoremus, ex quo Atheniensi δήμω populo ille fuerit. Veritati minime repugnat Corsinius affirmans, fieri posse ut archon fuerit Claudius ille Attalus, de quo est apud Dionem mentio. Ast cur ea tantum Olympiade statuit verosimilius archonticum Cl. Attali magistratum, quum non constet, quo anno fuerit Thraciae praeses, & quum vacuus sit satis amplus in archontum fastis locus ante illam Olympladem? Cur autem verosimillimum dici illud a Corsinio potest, qui archontum indicem contexens eumdem Cl Attalum anno i Olympiadis claxxviil. collocavit, atque hoc pariter deeodem prorsus archonte verosimillimum se demonstrasse putaverit?

§. v.

Vehemens, inquit, mihi suspicio suborta fuit, quod ... ad 'Augusti tempora referri ille debeat . Siquidem in marmore nominatur κοσμητης εφήβων ιερεύς Θεε και Θεας Ειρηναίο ο Παιανιεύς, cosmeta epheborum & facerdos Dei & Deae Irenaeus Paeaniensis. Quem. enim Deum aut quam Deam heic insueta prorsus phrasi indicatam. esse putabimus, quum Athenis Deorum ac Dearum quaelibet suos distinctosque viros aut feminas haberet, quae sacerdotii munere fungerentur? Certe aut plurimum ego fallor, aut Deus ille non alius profecto fuit, quam Caesar Augustus; ac Dea illa non alia esse potuit, quam Dea Roma; ut quemadmodum nempe in superiori marmore (Atheniensi ex Grutero (11) habetur Παμμένης τε Ζήνων 🚱 Mapaθώνι ιρεύς Θεας 'Ρώμς και σεβας κουτής Ο, Pammenes Zenonis fil. Marathonius, facerdos Deae Romae, & Augusti servatoris; atque in Cumaeo marmore nominatur Polemo Zenonis fil. Laodicensis sacerdos Romae & Imp. Caesaris Augusti, ita quoque in hoc ipso Cl. Attali marmore eadem ipsa, sed breviori tamen formula sacerdos Dei Augusti & Deae Romae exprimatur. Quod si id ego rite

rite coniecerim Claudius Attalus archon proxime post Niciam & Areum, Athenis imperavit, adeoque circa eadem tempora fastis inferendus erit. Haec vir cl. & eruditissimus.

s. vI.

Experiamur pondus harum animadversionum. Si nil occurreret, quod eisdem posset opponi, graves quidem essent, attamen adhuc conjecturae. At si illud IEPETE GEOT KAI GEAE aliam obtinere possit interpretationem eruditae ἀρχαιολογία innixam, plurimum fane ponderis amittant oportet Corsinianae adnotationes. Verum in primis ab incertitudine liberemus eam, quam in confutando Consinio proponere aggredimur, interpretationem. Namque inscriptio haec dici nequit posita ad honorem tantummodo Irenaei Paeaniensis sacerdotis Dei & Deae; primo enim ille idem appellatur epheborum cosmeta, tum vero in eadem, eodemque prorsus modo recensetur etiam Fl. Stratolaus Phylasius ut gymnasiarcha. Igitur compertum est, hanc impragniv pertinere ad genus earum, quae inscribebantur tamquam publica monumenta ad honorem cosmetarum, gymnasiarcharum & huiusmodi magistratuum, qui epheborum institutioni praeerant, tum vero etiam in ipsorum epheborum honorem. Itaque ea non est dumtaxat inscripta nomini atque honori sacerdotis Dei & Deae. Quamobrem iudicandum non est, eamdem fortasse in papir locatam fuisse ad templum illud, in quo Irenaeus Paeaniensis facerdotis fungebatur munere; proindeque subspicari non licet, Osor & Osar esse duo ignota nobis numina, quibus idem dicatum effet templum, vel quae peculiari quadam religione in eadem facra aede colerentur: quae quum notissima essent urbis habitatoribus, non oporteret eadem in hac ἐπιγραφη exprimere; quum ex vocibus Θες κα Θεάς, quasi mar' ¿Zoxir non absolute, sed loci illius habita ratione statim menti occurrerent eorum Deorum nomina. Atque ex antea dictis colligitur etiam, quamcumque aliam reiiciendam esse interpretationem, quae similem interponeret incertitudinem.

S. vil.

Quamobrem nil nos movet auctoritas anonymi cuiusdam in Graeca lingua, sed non in Graecis litteris eruditissimi, qui voces

voces illam (18 18 19) (18 18 reddidit Apollinem & Dianam. Quamvis enim duo haec numina magnam obtinerent apud Athenienses religionem; attamen tanta profecto non erat, ut folis vocibus ਉस्टें क्यें अद्धें eadem folerent apud eofdem absolute enuntiari. Auctoritas forte anonymi hoc fuadere poterit? At, quoniam. anonymus est, liceat observare duplicem, quam ipse propofuit ex ipso marmore interpretationem. Ac in prima quidem. Dro KA ATTAMOY ipfe legit OKMOATTAMOY, tum in altera etiam italice locloattalo, o Ocloattalo: vocem EPHBETEN reddit, era in età di pubertà, era nella sua pubertà; at certe ille pubertatem. est ingressus, qui decimum octavum aetatis annum sive attigit, five complevit; antea enim inter ephebos locum habere non poterat. In vocem MAIANIETE adnotavit, hoc effe cognomen unius ex decem Atheniensium tribubus, landato nimirum lexico Budui. Ita fane, qui Graecae linguae student; at qui Graecis litteris indulgent, consulunt de hac re ex veteribus STE-PHANUM, HARPOCATIONEM, SUIDAM, HESTCHIUM, vel ex recentioribus Sigonium, Sponium, Meursium, aliosque; ex quibus erudimur maiavlar fuisse Inpur populum tribus Pandionidis. Sic etiam ex iisdem novimus vocem Φυλέσιω, quae additur Fl. Stratolao, fignificare populum tribus Cecropidis vel Ptolemaidis. Ille vero anonymus duos fecit viros Stratolaum & Phylasium; praenomen autem Stratolai figlorum more in lapide ita exhibitum on praeposito alio quodam signo vertit in numerum Dxxx, ut cetera huius generis praetermittam. Quare quum ex his fatis superque constet, quanta sit Graeca illius viri erudito, miramur quidem ipsus in Graeca lingua peritiam, sed eacogitare haud possumus tantam in eo Graecae eruditionis copiam, ut ipfo dumtaxat auctore fateri cogamur nominibus GEOT KAL GEAS intelligenda esse in hac impeas Apollinis & Dianae numina. S. vul.

Quid porro vetat, nominibus OEOT KAI OBAZ in Atheniensi monumento inscriptis Iovem intelligere & Minervant, quorum facerdos sucrit Irenaeus Pacaniensis? Nil sane; quinimmo promptior haec videtur quam Corsiniana interpretatio. Iovem namque, apud Graecos sicuti apud alias sere omnes natio-

tiones, Deum fuisse existimatum Deorum prorsus omnium parentem ac regem, cunctarumque rerum principium & sinem., certissima res est, de qua infra erit a nobis disserendum (12) Minervam vero quis eruditorum ignorat praecipuam fuisse atque inter Deas omnes Athenarum patronam optimam? Ad Iovem quod spectat, quum perlegerem Graeciam Meursil feriatam, mecum ipse gratulabar incidisse in quosdam Aristophanis versus, in quibus videbatur facta Iovis mentio solo nomine Oss. En Aristophanis (13) versum, ut a Meursio fertur, ac latine redditur:

\*Αφειμένην την λαμπάδ' έντεῦθεν Θεφ

Demissant lampadem inde Deo; sed tenebras, in quas me coniecerat huiusmodi lectio, facile dispulit Kusteri praeclarissima editio, apud quem alia est lectio eiusdem versus, quem heic iterum sistam cum aliis, qui ipsi praecedunt, ipsumque sequuntur, ut de Aristophanis sententia clare constet. Inquit ergo vates:

Ηρ. ἀναβὰς ἐπὶ τὸν ωύργον τὸν ὑ ↓ιλὸν · Δι. τὶ δρῶ;

Ης. ἀφωμένην την λαμαάδ' έντευθεν θεώ κάπειτ', έπωδαν φώσιν οι θεώμενοι έναι, τόθ' ώναι και σύ σαυτόν.

Herc. Ascende turrim illic excelsam. Ba. Quid ibi agam?

Here. Demissam lampadem inde specta,

Et postea, quum decursores iusserint, demittere

Facem, tum & tu praecipitem te demitte.

Consule eos, qui de ludis Atheniensium lampadiseris pertractarunt, atque rectissimam hanc esse dignosces lectionem.

\$. viiil.

Sed non est necesse alia investigare veterum hac de recempla. Iamvero vocibus  $\tau \tilde{s}$  Ois saepius indicari apud Graecos consuevisse Iovem ipsum, qui quum esset Deorum omnium primus, hoc nomine Ois vocari potuit xat' ¿ξοχὰν, ita demonstravit Henricus Stephanus (14), ut nil eiusdem argumentis addere oporteat. Quod hinc sua veluti sponte sluit, haud aegre coniicient eruditi; nimirum & Minervam apud Athenienses sicuti patronam urbis praecipuam, ita κατ' ἐξοχὰν appellari apud

apud ipsos potuisse rir Osòr, sive rir Osàr. Quemadmodum enim in marmore Stratonicensi Cariae apud Chishullum (15) mentio primum fit των προεστότων αγτής (πόλεως) μεγίστων ΘΕΩΝ .... ΧΡΥΣΑΟΡΕΩΣ ΔΙΟΣ ΚΑΙ ΕΚΑΤΗΣ, maximorum Deorum. Chrysaoris Iovis & Hecates, urbis praesidum; ac postea in eodem monumento semper dicitur tantummodo THE OEOT Deae, eaque voce intelligitur Hecates κατ' έξοχην nuncupata ή Θεός, quod esset illius urbis patrona praecipua; ita & de Minerva. apud Athenienses videtur intelligenda vox illa OEAE quae in hoc, quod illustramus monumento sine ulla proprii nominis additione exhibetur. Quid plura? Hoc validissimo ex paritate ducto argumento opus non est, quum ex Graecorum. philosophorum principe PLATONE, qui Atheniensis suit, illud constet evidenter, quod maxime optamus. Ille nimirum ita. libros de repub. exorditur : descenderam heri in Piraeeum cum. Glaucone Aristonis sil. προσευζόμενός τε τη Θεώ, ut & Deam deprecarer: nec umquam huiusce operis initio, quod est procemium a re, de qua in eodem opere pertractat, omnino alienum, ut funt illa. M. Tull Tusculanis quaestionibus praemissa, numquam sane, inquam explicat quodnam ea voce 📆 Θεῷ numen sit ipse deprecaturus. Num vero dubitatio ulla est, quin ipse intelligat sua praeclarissimae Athenarum urbis patronam maximam? Nemo fane de hoc dubitaverit. Atqui in ipso operis exordio aliquid aliud est, quod rem magis magisque declarat; ludos enim lampadiferos attingens, quorum praecipui Minervae erant dicati, quique nulli alteri Deae facri erant, inquit : λαμπάς έςαὶ προς έσπέραν ἀφ' ίππων τῆ Θεφ , lampas erat ad vesperam ab equis Deae. De hisce ludis consule in Graecarum antiquitatum collectione FASOLDUM, MEURSIUM, atque Ionstonum. Num ergo aliqua. fuperesse potest dubitatio, quin vocibus τη Θεφ intelligi Minerva debeat Atheniensium patrona κατ' έξοχην sic nuncupata? Non arbitror. Adde etiam, quod in Atheniensi decreto apud PLU-TARCHUM (16) edito paucis ante Platonis obitum annis, nempe fub Theopompo I. archonte, in eo inquam decreto mentionem numquam est Minervae, in illo tamen versus finem. Ratutum est, Archeptolomi & Antiphontis proditorum bonain

### M ONUMENTA GRAECA

aerarium referri, καὶ τῶς Θεῦ τὸ ἐπιδίκατον, ὁς Deae detimam.

Partem factam etle. În alio etiam apud eumdem Plutarchum (17)

Themiensi decreto in honorem Lycurgi rhetoris dicitur,

themiensi decreto in honorem Lycurgi rhetoris dicitur,

quod ille permagnam congregaverit in Acropoli pecuniam, at
que παρασκίνασας τῆ Θεᾶ κάσμον, posuerit Deae ornatum; nec um
quam in eo decreto mentio sit nominis illius Deae. Quis vero

est, qui non videat, nomine τῆς Θεῦ vel τῆ Θεᾶ in hisce Athemiensibus decretis indicari Minervani urbis patronam praesentismam? Num quis commonstrare aliam potest Deam, quae.

Athenis κατ ἐξοχὴν esset Θεὰ nuncupanda?

§. x.

At inquies decreta illa ante Platonis mortem editanimis profecto ab ea aetate distant, ad quam pertinet illud de quo disserimus monumento; in eo enim nomina (unt Claudii, Flavii, quae praenominum vice in codem funt adhibita, quaeque commonstrant iam initum ab Atheniensibus cum Romanis commercium; ergo illud spectat ad ea tempora, de quibus afferri nequit tanti philosophi testimonium. Nil enim repugnat, quod Athenienses. Graeci nimirum fervidissima acti phantasiae vi, ac rerum varietatis immutationisque amantissimi, quam initio maximam. urbis patronam venerati funt, labentibus temporibus paullatim ab hac erga eius numen devotione adeo recesserint, ut iis temporibus, quibus excitatum est idem illud monumentum, Minerva amplius supremum inter Deas locum apud cosdem Athenienses non obtinuerit; sed eius loco Deam Romam ea, qua maxime afficiebantur sub Rom. imperio erga Romanos ipsos adulatione, in Minervae locum adoptaverint.

§. xI.

Fateor, multa est difficultatis species; sed difficultas ipfalevissima. Plura huc afferre possem, si Minervae apud Athenienses cultum haud intermissum ex veterum cuiusque aetatis scriptorum Graecorum serie, quan sane molestam nimis percipio, probare vellem. Sed non est necesse. Si namque ratione duce differendum hac de re est, ut illi disserunt, qui haec ad Corsinil desensionem opponi posse putant, animadvertendum in primis magnopere est, urbem ipsam Athenas ita suisse appellatam

latam

latam quod, VARRONE teste apud Augustinum (18), instituta. quaestione utrum urbs ex Neptuno, an ex Minerva esset nuncupanda, & lato a viris simulque a feminis Atheniensibus suffragio, feminae in hac caussa victoriam retulere, atque ut facillimum est divinare, ex Minerva urbem Athenas appellarunt. Hinc maxima profecto feminarum gloria, quam ut perpetuam apud futuras aetates redderent, maximopere easdem curasse, quisque intelligit. Nemo vero est qui nesciat, quod essi feminae in ceteris fere omnibus rebus mobilitate animi atque inconstantia bue illue abduci foleant, illae tamen fint retinentissimae confuetudinum, quae ipsarum superbiam, ac in viros ipsos quamdam praeeminentiam alere ac fovere possunt. Quis autem putet, Athenienses viros in eo constantes minime fuisse, ut eum feminis non deferrent honorem, quem ipfae aut ex praeiudicata opinione, aut multo magis ex acquifito quodam iure fibi arrogabant? Norunt omnes praeterea quanta fuerit veterum in defendendis, fervandisque urbium suarum originibus constantia atque religio, Ergo ne existimabimus seminas Athenienses nil laborasse, ut generosam veluti Athenarum urbis, ex femina Dea nuncupatae, originem tuerentur? Huc etiam accedit, quod iis temporibus, quibus & initum & auctum fuit Graecorum cum Romanis commercium, & illa ipsa aetate qua Graeci Romanorum. subiiciebantur imperio, in ipsa aeterna urbe Roma non vulgaris certe effet einsdem Minervae Iovis filiae atque ex eius capite exortae cultus atque superstitio. Ergo & Romanorum exemplum id poterat, atque etiam exposcebat, ut Athenienses in Minervae patronae suae religione cultuque perseverarent. Neque vero ex eo quod Athenienses Romanum labentibus temporibus persentiscerent imperium, consequens esse potest, quod Minervae patronae maximae cultum immutare debuerint. Namu etsi forsan quandoque ex imperii mutatione sequuta est mutatio numinibus urbium devictarum patronis; id tamen de Atheniensibus praesertim statui nequit, quod ipsi licet Romanis subiecti, propriis tamen vivebant legibus. 

s. xil.

Denique ne plura, claudicantem video ConsiniI interpretationem. Quamvis enim, teste Suetonio (19) Augustus templa in nulla provincia nisi communi suo, Romaeque nomine receperit, & auctore TACITO (20) idem Imperator sibi atque urbi Romae templum apud Pergamum sifti non prohibuerit; ex quibus videtur primo fieri debuisse mentionem numinis Augusti, tum. Deae Romae; attamen in Atheniensi, quam Corsinius affert inscriptione, tum vero in aliis pluribus vel Graecis vel Romanis ab eodem (21) commemoratis perpetuus est mos praeponendi Deam Romam numini Augusti. At in ἐπιγεαφή Muser Na-NII, de qua disserimus, legitur IEPETE GEOT KAI GEAE, adeoque ex ea inferri haud posse videtur sacerdos Augusti & Romae, nisi velimus contra constantem Graecarum ac Latinarum iniγεαφών consuetudinem Augustum Romae anteponere; quam. quidem consuetudinem & ratio ipsa ex ethnicorum principiis educta confirmare debet. Demum illud etiam ad opinionis utriusque comparationem est animadvertendum, nullum a cl. Corsinio proferri ex Graecis seriptoribus exemplum, quod commonstret solas voces Oio; & Oià usurpatas apud eosdem fuisfe ad indicanda xxx i ¿ e x i i Augusti & Romae numina; a nobis vero allata esse huiusmodi optima exempla quibus evidenter ostenditur, Iovis numen sola voce 306, Minervam vero solo nomine Ord, vel i Ord; fuisse indicatam. Si ergo eruditi & nostrae sententiae fundamenta, & Corsinianae opinionis inconstantiam perpenderint, non dubitamus sane quin rectum de hac quaeflione judicium fint laturi :

s. xiil.

Illud etiam est adnotandum, haud satis recte Corsinium collocasse Cl. Attalum archontem anno i Olympiadis clexxxviil, quaecumque tandem amplectenda esset de significatione vocum obor kai obeas sententia. Nam etiamsi admittenda soret eaquam consultavimus Corsinii opinionem; attamen nulla inde ratio sumi posset, ob quam archon ille diceretur eo anno imperasse, potius quam altèro eiusdem Imp. Augusti. Ratio enim illa ducta ex nomine oò,, quod Augusto suit tributum, demonstrare

strare tantum potest tempus, a quo incoeperit ea denominatio, proindeque annum ante quem collocari non possit archonticus Cl. Attali magistratus; at quoniam appellatio illa supponitur a... Consinio tributa Caesari Augusto prima eius imperii aetate, quum deinde nemini incompertum fit plurimos Augustum imperasse annos; propterea, ut de Augusto tantum loquamur, cuilibet eiusdem regiminis tempori quod deinde fluxit, assignari potuit CL ATTALI annus, quo archonticam fuit adeptus dignitatem. Si vero deferenda sit Corsinil opinio, multo adduc incertior fiet CL. ATTALI archontis Atheniensis aetas. Quamobrem debuerat Corsinius, si recte sentio, in duplici archontum indice, quem volumini III. praepofuit, quique folet plerumque tantummodo confuli, quum agitur de inquirenda archontum Atheniensium aetate, debuerat, inquam, non quandomie, ut ipse fecit, sed semper in utroque indice adnotare vel certum. vel incertum archontis alicuius annum. Neque enim coniectus rae umquam certum designare possunt tempus; certum namque ex incerto eiusdem generis nasci numquam potest. Verum tota de hac re differemus in libro, in quo appendicem in fastos Atticos Corsinianos fere iam promptam paratamque où esq edendam cogitamus.

S. XIIII.

Observandum praeterea in hac iniquanti est, nec archontis, nec cosmetae, nec gymnasiarchae nominibus propriis additum esse paternum nomen. Num omnes iuxta Mazochianam opinionem nothi habendi sunt, qui patrum suorum nomen commonstrare haud possint? Quis hoc sibi suadeat? Hac de requoque iam alibi (22) disputavimus. Sed hoc pariter illustre Musei Nanil monumentum ostendere potest, haud semper soluticitos suisse Athenienses de commonstrando paterno nomine, aut fere semper omissum suisse, quum in publicis monumentis nomina inscriberentur corum, qui superiores obtinebant magistratus, ad quos ex veteribus Athenienssum legibus ac sirmata apud eosdem consuctudine non eligebantur nisi qui cives ex generosa progense, vel saltem ingenui cives essent. Id vero, ut alias (23) quoque adnotavimus, antiquioribus in usu eratire pub.

reipub. Athenieusis temporibus, aut iis saltem quibus vel nondum initum institutumque filerat con inter & Romanos commercium, aut huius instituti commercii initio. Quamobrem ad base omnino tempora, si coniecturae locus est:, pertinet intyeaon, de qua fermonem heic instituimus; quum in ea nil aliud sit Romanis moribus simile, quam praesomina ex eorum nominibas desumpta; desiderentup vero in tribus illis viris paterna nomina, quae constanti Romanorum more illustrioribus etiam viris addi in publicis monumentis foleband. Itaque si huic coniecturae aliquod inest pondui, multo verosimilius est ; archontem Attalum ad aetatem revocandum effe antiquiorem illa, ad quam. tenuissimis animadversionibus, quae iam confutatae funt, inniwas Consinus infum Attalum archontem tradoxerat. Quam multa dici possunt ssi conjecturis etiam minime spernendis iunitamur, quarum aliqua fortaffe aliquando veritatem attinget; nunc autem in incertudine adhuo versamur.

S. XV.

Postremo si quae alia sunt in ipso monumento animadver-Aone digna, eadem iam illustravit Consinus (24). Ad gymnaharcham quod pertinet, adnotavit ille, magistratum hunc unius mensis spatio perdurasse, ut ex veteribus constati Atheniensibus monumentis; de Stratolao autem, quem in hac ἐπιγραφῆ habemus gymnafiarcham ròr inauròr, ipse Consinius scribit, perinde quasi Flavius ille Stratolaus integro anni spatio solus gymnasiarchae munus obient. Haee vero dicendi ratio dubitationem indicat. Aft num dubitanshm de ca re, quae perspicue admodum in infa in perspection afferitur & Quan autem dubitandi cauffa Oprsinio esse potuit ? Non alia certe, quam paullo ante ab eodem observata de hoc magistratu singulis mensibus a diversia inito. Verum levis admodum haco est ratio, ac levissma instidebahat esse Consinio, qui fastorum Atticarum; initio iam animadventerat, Athenien sum inconfiantiam in hipremoireipubaresiminens audd modoresibus, modo archontibus In Mu, modo decennalibus, medo annuis ut cetera fileam, illud temperarunt. Quid ergo misum, quod iidem Atheniensee modo constituerint! gymnasiercham annum madowera mentrum ? De aganothetle alibi (25) pariter con-tra

era Vandaleum definientem cos nullivi fuille perpetues; when dimus iam ex veteri lapide, ipsius locupletiffind! Muser Navil exstitisse alicubi etiem perpetuos; quo in locoademonstravimis pariter gymnasiarcham ad definitum tempus electum, elimi demque postea perpetuum. Ex ea vero temporis mutatione, qua gymnafiarchae apud Athenienies menstrui & andui suere aliud verosimillimum ducere possumus argumentum ad ostendum huius in yeapis antiquitatem maiorem illa, quam eidem in quacumque eius varia hypothesi largitus est Consinius . Namisi in reipub. Athenieusis mutationibus quoddam analogiae principium, ut aequum maxime est, velimus supponere: ficuti archontis supremi magistratum primo perpetuum, tum decennalem fecerunt, atque ita semper in hoc fuere sibi consentientes, ut semper imminuerent einsdem magistratus spatium, quod tandem ad anni intervallum revocarunt; ita etiam arguere licet, gymnasiarchae munus apud eosdem primo fuisse. annuum, deinde vero menstruum; eadem enim Athenienses permoveri ratione debuisse videntur in contrahendo archontici magistratus, quam gymnasiarchae muneris spatio; proptereaque maiorem deprehendi posse intelligimus antiquitatem in iis Atheniensium monumentis, quae gymnasiarchas exhibent annuos, quam in aliis, in quibus illi apparent tantummodo menstrui.



(1) GRU-

### MONUMENTA GRAECA EX MUSEO NANIO.

(1) GRUTERUS . LXXIIII.6. & CCCXVII.3.

(2) CORSINIUS . fast Att t.il. pag. 142.

(3) GRUTERUS. CCCXVII. 3.

(4) IDEM . LXXVIIII. 6.

(5) TRACTAT. de Athenienf. decret. cap.

(6) IBID. cap.xvII. S.v. & seq.

(7) Corsinius . faft .Attic. L. 11. pag. 145.

(8) IDEM . ibid. t. 1111. pag. 141.

(9) In Prolegom. libri inscripti: DE DE-CRET. ATHENIEN.

(10) Dio . lib.xvinil. cap.nil.

(11) GRUTERUS. CV. 9.

(12) In primam inscriptionem Latinam.

(13) Aristophanes . in Ran. v.130.

(14) STEPHANUS HENRICUS . V. 8666.

(15) CHISHULLUS . antiquit. Afiat: pag. 156, & feq.

(16) PLUTARCHUS . vid. TRACTAT. DE DECRET. ATHENIEN. cap.xxxI. §.xv.

(17) IDEM . ibid.

(18) AUGUSTINUS . de civitate Dei . lib. xviil. cap.xviiil.

(19) SUETONIUS in August. cap.Lil.

(20) TACITUS. Annal.lib. IIII.cap.xxxvII.


(21) Corsinius . fast . Actic. t.1111.p. 140.

(22) MONUMENTA GRABCA EX MUSEO NA-NIO . pag. 127.

(23) IBID. pag.8.

(24) Corsin. fast .Att.t.II.pag. 143. & feq.

(25) MONUMENTA GRAECA EX MUSEO NANIO. pag. 131.



# MONUMENTUM III.

# ΣΥΝΟΥΙΣ

## ΔΙΑΤΡΙΒΗΣ

## IN MONUMENTUM III.

#### 100 2 100

- S.I. D Escribitur monumentum: Graecae ἐπιγραφῶς supplementum, eiusque interpretatio exhibetur: totius monumenti proponitur significatio.
- S. II. Vocem OMINIAIΣ in hac ἐπιγραφή reddendam esse salutiferis ostenditur.
- S. III. Ad quod Nympharum genus pertineant, quae in hoc sunt monumento expressa, incertum esse satendum est.
- S. IIII. Nymphae existimatae sunt a veteribus ethnicis salutares.
  - S. V. Aquarum praesides Nymphas in boc anaglyptico marmore suisse expressa verosimile censeri potest.
  - S. VI. Consuevere ethnici veteres voti, aut grati animi ergo eorum membrorum imagines tamquam αναθέματα Diis ponere, in quibus salutem se ab iisdem recepisse censebant. Crurum ac pedumexempla buiusmodi suppetunt ex antiquis monumentis.
- S. VII. De ternario disseritur Nympharum numero.



MONU-

## MONUMENTUM III.



In Musao Nanio

### ALATPIBH.

**S**, I, :

Icuti quamplurima Graeca monumenta prorfus singularia locupletissimum exornant Museum Nanium, ita & hoc marmor ἀτάγλυπτον sua raritate eidem museo honorem haud exiguum sane comparat. In eo feminae tres stant tunica & palla simul honestissime indutae, quae virum

respiciunt a dextris monumenti sedentem solo pallio, quod an sinistro humero pendet, contectum, ita tamen ut & dextrum brachium, & pectus nudatum habeat: proxima eidem femi-

Digitized by Google

femina, in quam ille unice oculos intendit, manum super illius caput elevatam tenet. In superiore marmoris parte ad eius dextram medium crus cum pede positum cernimus. Quae eidem monumento inscripta est insperar haud difficilem habet lectionem, si excipias unam aut alteram ex binis litteris, quae secundo versui praebent initium. Exesus fortasse lapis, quem consulere mihi non licuit, corruptum sive mutatum aliquem nunc exhibet characterem. Verumtamen quamcumque tentabimus lectionem; de qua tamen parum nos sollicitos esse oportet, quum videantur litterae illae ad insperim totius eliciendam. significationem non admodum necessariae. Eam ergo ita expediendam arbitramur:

ΦΙΛΟΚΡΑΤΙΔΗΣ ΝΙΚΗΡΑΤΟΥ
ΤΙΟΣ ΑΘΗΝΑΙΕΥΣ ΝΥΜΦΑΙΣ ΟΜΠΝΙΑΙΣ
Philocratides Nicerati
Fil. Athenienfis Nymphis falutiferis
Votum posuit.

Ex hac igitur iπιγραφη intelligimus, quid fibi velit marmor ἀνάγλυπτον; constat nempe, sedentem virum aliquo cruris simulve etiam
pedis morbo laborasse, eumque iuxta ethnicorum dogmata a.
Nymphis sanitatem recuperasse; ac propterea votum eisdem
posuisse, quod esset perspicuum receptae salutis argumentum,
videlicet ipsum crus sive cruris tibiam cum pede coniunctam.
Atque hinc etiam dignoscimus, cur ipse videatur in ἀναγλύφω manu sustinere crus sinistrum, cur intentos habeat in Nymphas
oculos, & cur Nymphae ipsae omnes quidem in eum respiciant,
sed proximior illi manum super eius caput elevatam teneat,

S. 11.

Haec tamen omnia, ut clariore explendescant luce, sunt ex veterum moribus ac monumentis diligenter illustranda. Ac primo quidem confirmanda est tignificatio vocis OMΠΝΙΑΙΣ, quam reddidimus salutiferis; ex quo constabit simul corruptam in lapide vocem OMΠΝΙ ita esse perficiendam, ut nos arbitrati sumus. Namque, ut ex veteribus colligit HENRICUS STEPHANUS, δμανίας vocabant fruges cereales, & alia quibus alimur. Hinc δμανίας & δμανίος dicitur τὸ ἀναπάς κρίος δωδος, quod nobis respirandi

ac vivendi caussa est, nempe τὸ καρπόφορον, ut ομωνία Δημήτης alma. five fructifera Ceres. Sic etiam apud Suidam όμπνιον εδωρ, dicitur τὸ τρόφιμον, aqua alma, feu alimentum praebens. Apud eumdem Suidam, atque apud Hesychium, όμπνιω χώς, est πλεσία χώς. larga manus, dives, abundans. Similia plura habet eruditissimus Spanhemius (1). Ex his autem omnibus quisque haud aegre intelligit, eius vocis OMINIAIE significationem respondere voci salvtiferis, quam usurparunt Latini, ut dicam. paullo post, monumenta Nymphis dicantes. Quod quidem\_ instant per se perspicuum est, plurimum convenit huic monumento, cuius nuper indicavimus interpretationem. Quamvis enim, plures huiusce vocis interpretationes nuper traditae videantur ou reddere fructiferum; & quamvis in monumen. to, quod erit paullo post afferendum, quodque votum continet huic nostro simillimum, Dea cui offertur, fructifera appelletur; attamen ex allatis etiam veterum interpretationibus quaedam funt, quae ou mobis exhibent salutare. Quinimmo si SCAPULAM audiamus est ea vox ab aumver, quae primam-originem ducit a verbo πτίω, quod est spiro; adeoque inspecto eiusdem vocis opaviais primigenio fonte salutiferis potius, quam. fructiferis reddenda est; eius enim origini proximior est illa, quam haec significatio.

**§.** 11**I**.

Quum autem innumerae pene Nymphae, ac plurima earumdem genera ad tria potissimum revocari possint, nempead Nymphas caelestes, terrestres, & aquarum praesides, inquirendum in primis a nobis esset, ad quodnam genus pertineant illae, quarum imagines in hoc anaglyptico marmore sunt expressae. Quis vero genus aliquod earum certo affirmare possit, quum nullum in eodem marmore appareat symbolum, quo illae a ceteris possint distingui? Quum tot existant inscriptiones Nymphis dicatae, vix unam ex Latinis, si recte memini instra (2) videbimus Driadibus dicatam: Graecae funt paucissimae; omnes vero seu Graecae, seu Latinae plerumque Nymphis tantum sunt inscriptae; quaedam aliquando simul cum Neptuno vel cum sontibus Nymphas coniungunt; quaedam vero ex

Digitized by Google

ora-

orationis serie dignoscuntur Nymphis aquarum praesidibus dicatae. In huiusce monumenti imiyeaph nil prorsus est, quod declarare valeat earumdem Nympharum genus. Neque in anaglyptico lapide quidquam huiusmodi deprehenditur. In pluribus monumentis Nymphae aquarum praesides solent exprimi cum. quibusdam vasculis aquam effundentibus, aut cum cannis palustribus, vel huiusce generis symbolis. Quod autem our ha salutiferae nuncupentur Nymphae in hoc Musei Nanil monumento, id minime ipfarum genus potest commonstrare. Siquidem Nymphae omnes quodam divinitatis honore apud ethnicos illustres poterant iuxta pracindicata eorum dogmata salutem hominibus impertiri, aut caelestes fuerint, aut terrestres, aut fluviatiles, ut ita dicam. Neque vero ex eo, quod tres tantummodo appareant, aliquid inde consequens est, quod earum progeniem definiat. Itaque, si recta uti velimus ratiocinandi methodo, fatendum erit, ex ipfo hoc monumento, sicuti ex pluribus etiam aliis ἐπιγραφαῖς, quae iisdem Nymphis sunt dicatae, conjici haud posse ipsarum genus. Quod quidem plerumque arbitramur veteribus ethnicis fuisse tantummodo compertum ex loco, in quo fimilia constituta erant monumenta.

S. IIII.

Iam vero falutares existimatas fuisse Nymphas, quaecumque tandem illae fuerint, ex pluribus Latinorum inscriptionibus exploratum nobis est. Hoc enim ipso nomine salutares aliquando in illis appellantur; aliquando vero ¿wiyeaçàs legimus, in quibus vota ab aliquo eisdem Nymphis pro recuperanda falute nuncupata folvuntur. Singularis inter easdem est illaa Grutero (3) recitata, qua nymphis sanctissimis p. aelivs mar-CELLINYS:.. MORTIS PERICVLO LIBER V. S. L. M., quam quidem de Nymphis aquarum interpretatus est Gorius (4); sed arbitrio fuo indulfit, qui nullum ad rei confirmationem attulit argumentum. Quod enim in ipfa ἐπιγεαφη, vel in iis quae ipfam circumstabant, indicium apparet Nympharum huiusinodi? Quid autem vetat, quo minus ad alterius generis Nymphas eadem. spectare non possit. Ex Graecis vero monumentis primum, ni fallor, est nostrum Musei Nanil, de quo nunc sermonem habemus, mus, quod Nymphas ¿parias falutares commonstret. Nequenim in Graecis, quae rarissimae sunt de Nymphis inscriptiones, aut eisdem nuncupatum votum dicitur solutum, aut pro alicuius falute positum dicitur monumentum. Itaque ex hoc ipso etiam novimus huiusce anaglyptici marmoris praestantiam. Quamobrem satis numquam laudabimus praeclarissimi Senatoris & Equitis Iacobi Nanil, qui & summo studio, maximaque impensa museum antiqui operis, omnisque generis monumentis innumeris, atque celeberrimis locupletavit, & in dies novis semper ac praestantissimis ad litterariae reipub. bonum & incrementum exornat magnisicentius.

\$. v.

At unde exorsa est, redeat oratio. Si in hoc monumento velimus Nymphas of arrivas aquarlas excogitare, rem ex antea. observatis incertam quidem tuebimur, at plurimum prae ceteris verosimilem. Certum est namque veteres Graecos ad salutem ex quibusdam morbis recuperandam balneis fuisse usos; ut ex supremo medicae artis principe HIPPOCRATE iam novimus. Itaque ficuti την ιατρικήν επισήμην, ut scripfit Iulianus Imp. (5) σωτηριώοπ τοις ανθρώστοις τυγχκάναν, τὸ έναργές της χράας μαρτυρά · διὸ καὶ τάυγην εξ έρανε σεφοιτημέναι δικαίως φιλοσόφων παίδες κηρύτθεσιν · τὸ γαρ άσθενες της ημητέρας φύσεως, χαι τα των επισυμβαινόντων άρρος ημάτων επανορθέτε Sià ravins, medicinae scientiam hominibus salutiferam esse patens eius usus testatur, & ideo hanc e caelo delapsam philosophi merito praedicant, fiquidem tum naturae nostrae imbecillitas, tum morbi quotidie incidentes per hanc corrigantur; ita ergo quum aquas medendis corporibus aptissimas experti fuerint, & quum falsae. etiam religionis dogmatibus, recta admonente ratione, bona omnia divinitus homini praestita intelligerent; hinc deinde ex ineptis pontificum suorum doctrinis arbitrati sunt, aquis praeesse numina, quae Nymphas appellarunt, quibus & vota nuncupare, & donaria in gratiarum actiones offerre, facrificia instituere, facella, templa, aedes, aras, signaque consecrare consueverunt. Quod prae ceteris testati sunt Fronti-MUS (6), & SENECA (7): ille quidem ait: fontium memoria cum sanctitate adhuc exstat, salubritatem enim aegris corporibus afferre. creduncreduntur; hic vero: coluntur aquarum calentium fontes. Quare, ut est in veteri lapide apud GRUTERUM (3)

SEX. POMPEIVS. I. COGNOMINE. PANDVS

Q VOIVS . ET . HOC . ABAVIS . CONTIGIT . ESSE . SOLVM AEDICVLAM . HANC . NYMPHIS . POSVIT . Q VIA . SAEPIVS . VSVS

Neque vero difficultatem iniiciant feminarum, quae in marmore Nanio confpicimus vestes, quibus omnino honestissime conteguntur. Quamvis enim Nymphae aquariae repraesentari inantiquis monumentis soleant usque ad umbilicum nudae, vel habeant urceos aut alia vasa quibus vel continentur, vel dissunduntur aquae; attamen in aliis quoque eiusdem Musei Nani anaglypticis marmoribus apud Passerium (9) tunica & pallaprorsus contectas videmus; nec ullum habent aliud symbolum quam palustres cannas.

s. vI.

Ergo & ΦΙΛΟΚΡΑΤΙΔΗΣ NIKHPATOY, de quo in hoc marmore est mentio, vel ab huiusce generis, vel ab aliis quibusque. Nymphis existimare potuit se a cruris morbo liberatum; proptereaque aut voti folvendi caussa, aut grati animi ergo NYM-ΦAIZ OMΠNIAIZ cruris tibiam cum pede coniunctam ut avaθepa posuit. Persuasum mihi maxime est, veteres ethnicos in more habuisse, ut quaslibet corporis partes, in quibus sanitatem. ex numinis alicuius praesidio se recuperasse censebant, saepe voti aut grati animi caussa in templis vel ad aras eiusdem numinis suspendisse. Quod enim de membris aliquibus cos ptaestitisse novimus, eosdem de quibuscumque aliis etiam fecisse analogiae perspicua ratio ita demonstrat, ut non oporteat aliis id confirmare argumentis. Quamvis ergo nullum occurrat praeclarum ex antiquis testimonium, quo univerfalis haec veterum ostendatur consuetudo; de ea tamen prudens nullanobis superesse potest dubitatio. Quamquam forte huc spectat illa Tibulli (10) in Isidem pervulgata oratio:

> Nunc Dea, nunc sucurre mihi, nam posse mederi Fixa docet templis multa tabella tuis.

Itaque

Itaque ignotum nobis non est, consuevisse veteres ethnicos numinibus offerre aut pedum plantas, aut cruris tibias cum. pedibus coniunctas. Nam apud Thomasinium (11) habetur hoc monumenti genus:

FRVCTIFERAE



de quo disserens auctor eruditissimus, inquit, forte virum aliquem longa peregrinatione peracta ad patrios Lares reversum Deae peregrinationis praesidi, ob vitae incolumitatem, aut potius post multos viarum labores, eum parato sibi praedio vitae reliquum huic Deae tritici inventrici & fructiferae, titulo desideratae quietis monumentum ac votum posuisse. Idem au-Aor aliud exhibet quod erat apud Ion. BAPT. CASALEM vetus monumentum Hygiae dicatum, in quo expressae sunt pedum. plantae, forsitan quod pedibus laboraverat is, qui tabellam eam. dem suspendit. Meminit quoque pedis aenei vetustissimi, ex museo Ioh. Galvani, integrae tibiae adiuncti, qui a nulla videbatur statua avulsus. Plurimis aliis huiusmodi pedibus abundant cimelia. At nullum adhuc vidimus, praeter nostrum Muser NANII, monumentum, in quo ipsum crus cum pede voti aut gratiarum actionis caussa numinibus fuerit dicatum.

S. vil.

Postremo dicendum aliquid a nobis est de ternario huiusmodi Nympharum numero. Ternarium hunc numerum maximopere ethnicis placuisse, nemo prorsus est, qui ignotet : celeberrimum quoque novimus Ausonil idyllium, qui ternarii numeri griphus inscribitur. In eo quidem commemorat tres Parcas, tres Charites, tres semideas, tres semipuellas, tres pariter Gorgones, Harpias, & Erynnies, ac tres fatidicas Sibyllas; at numquam trium Nympharum, quae aquis praesint, mentionem facit. Quamvis enim tres forores Gorgones enumerent mythologi inter Nymphas; quaecumque tamen sit eorumdem... de

Digitized by Google

de hisce opinio, numquam Nymphis aquariis accensentur. Tres, apud LILIUM GYRALDUM (12) Phocii filiae in Nympharum numero habitae fuere, nimirum Pephredo, Enyo, & Dinon; tres pariter Sirenes ab aliquibus inter Nymphas recenfentur; fed nil commune cum aquis eas habuisse iam constat. Tres quoque aliae commemorantur Nymphae a Theocrito (13), Eunica, Malis, & Nichia; verum ignoramus, cui muneri illae praeficerentur. Totidem simul coli consuevisse, Hesperam nimirum, Erytheidam, & Aeglem tradit Apollonius (14): has vero omnes fuisse Nymphas fontibus praesectas argui tantum verosimilius potest ex eo, quod Aegle dicatur a mythologis Naiadum pulcherrima; proindeque quum aliae duo effent Dii σύνασι seu συμβαίμοι, colligi hinc potest eiusdem generis tria. fuisse numina. Verum id certo definiri nequit; sunt enim & aliae tres Nymphae a Pausania (15) commemoratae, videlicet Thifoa, seu Thesoa, Neda, & Agno, quae Iovem aluisse dicuntur, quarum prima quidem urbi nomen apud Parrhasios dedit. Neda fluvio, Agno fonti in monte Lyceo; quas propterea certum est fuisse συνάκε, sive συμβώμκε ex eo quod omnes aeque Iovem aluerint, incertum vero an omnes fuerint aquarum praesides. Sic incompertum pariter est, an tres illae Nymphae, inter quas Bacchus, ex veteri poeta (16)

Χαίρα κιρνάμεν 🕒 τρισί νύμφαις τέτρατ 🕒 ἀυτός. Quartus ipfe mixtus tribus Nymphis gaudet.

Itaque vel ex ea ethnicorum religionis opinione, qua ternarium plerumque venerabantur Dearum numerum, vel etiamex multis trium Nympharum exemplis, quae nuper recensuimus, potuit huius anaglyptici monumenti auctor tres exprimere quae existimatae suerint Philocraditi salutares.

MO-

<sup>(1)</sup> SPANHEMIUS in CALLIMACHI bymnum in Cererem ad vers. 2. & 137.

<sup>(2)</sup> Vide infra. INSCRIPTION. LAT. n.IIII.

<sup>(3)</sup> GRUTERUS. LXXXXIIII. 2.

<sup>(4)</sup> Gorius inscript antiq. t. II.pag. 56.

<sup>(5)</sup> IULIANUS Imp. in Epift. Gr. Varior.

<sup>(6)</sup> FRONTINUS . lib.I. de aquaedud.

<sup>(7)</sup> SENECA . ep. xxxxI.

<sup>(8)</sup> GRUTERUS . LXXXXIII. 9.

<sup>(9)</sup> Passeri . dissertazioni sopra alcuni monumenti del Museo Nani .

<sup>(10)</sup> TIBULLUS . lib. I. eleg. mI.

<sup>(11)</sup> THOMASINIUS. de donariis cap. VII.

<sup>(12)</sup> GYRALDUS. Deor. fintagm. V. (13) THEOCRITUS. idil. VI. vel XIII.

<sup>(13)</sup> THEOCRETOS LAST VIII

<sup>(14)</sup> APOLLONIUS . lib. 1111. (15) PAUSANIAS . in Arcadic.

<sup>(16)</sup> AUCTOR. epigrammat. lib. II.

# MONUMENTUM IIIL DISSERTATIONE ILLUSTRATUM

# ΣΥΝΟΨΙΣ

#### DISSERTATIONIS

## IN MONUMENTUM IIIL

#### そうろう som som そう

S. I. Ndicatur huius aναγλύφε praestantia; ac diligenter Illud de. scribitur.

S. II. Fratres Diornique, in hoc monumento expressos esse veluti in antecessum brevissime oftenditur.

\$.111. Ex tribus vero Dioscurorum generibus, quae recenset TULLIUS, desinitur ad secundum genus pertinere eos, qui in hoc ἀναγλύφφ apparent.

S. IIII. Nulla est ratio distinguendi in huiusmodi monumentis Castorem a.

Polluce. Quam vero tradit LUCIANUS, ex irridendi non autem distinguendi animo prosecta est.

S. V. Irridet quoque LUCIANUS formam pileorum, quos in capite gestant Dioscuri. Plures vero LUCIANI oratione decepti cum le Castorum pileis adamarunt opinionem, quam inse risui proponit. Diversa pileorum genera Castores deserunt in antiquis monumentis.

5. VI. Iterum disseritur de LUCIANI stilo irrisorio quond Castores eorumque symbola. HEMSTERHUSIUS non solum LUCIANI, sed etiam APULEI sermone quoad Castorum pileos decaptus est. Improbatur quoque de hac re SEXT. EMPIRICI opinio.

S. VII. Castorum equi in hoc monumento singulari prorsus ratione ita exprimuntur, ut appareat eos in cursu praestantissimos atque victores fuisse. FRERETI autem opinio seu coniectura de Castorum equis non admittitur.

S. VIII. Plura indicantur monumenta vetera, in quibus inter Castorum symbola bala babetur etiam Luna, sicut in nostro. De quo symbolo non approbatur PASSERII interpretatio.

S.VIII. Examini subiicitur, atque refellitur opinio NATALIS COMITIS, existimantis Lunam uxorem aeris, adeoque & Iovis.

§. x.

S. X. Alia proponitur symboli eluschem interpretati o, quae maiorem servet cum symbolico monumento connexione m. Optima autem esset in hanc rem MEURSII opinio de ovo Dioscurorum, quod fingitur ex Luna decidisse; sed de ea iudicium cobibendum est.

S. xI. De ovo disseritur, ac de serpentibus, qui illud in boc monumento medium habent. Divinitatis symbolum in serpentibus primo

agnoscimus.

S. XII. In iisdem vero & Genios Castorum, qui ex ovo nascituri sunt,

dignoscere possumus.

S. XIII. Alii ex uno tantum ovo, alii ex duobus progenitos Castores sabulati sunt. AUSONII praesertim expenditur bac de re opinio.

Ex nostro monumento ea confirmatur, quae Dioscuros ex uno dumtaxat ovo productos assimmat.

S. XIIII. Explicantur variae gemmae, în quibus habentur Dioscurorum.

symbola; ac refellitur de aliquibus înterpretationibus PASSERII

sententia.

I. XV. Disseritur de alia bypothesi, în qua monumentum boc exbibeat iuvenes sub Castorum îmagine; ac primo ratio redditur buius rltus, quod iuvenes illi essent îmitatores virtutum, quibus praestabant Dioscuri;

S. XVI. Vel quod existimarent se ex Dioscurorum genere progenitos;

S. XVII. Vel quod bac ratione ipsis Dioscuris sese commendarent.

\$. XVIII. Vetus aliud Graecum anaglyphum Dioscurorum describitur: elus interpretationes recensentur editae a SILVESTRIO & CA-RYOPHILO; aliaque nunc proponitur, quae cum antecedenti cobaeret.



## MONUMENTUM IIII.



Un Pal. Rom.

Lar. P. 2.4. Al. P. 2

S, I.

Uamvis plurima sint apud ἀρχαιολόγες veteramultis symbolis exornata Castorum monumenta; nullum tamen ex iis est tam illustre tamque praeclarum, quod comparari cum eo possit, de quo disserere aggredimur. In eo explanando variae refellendae sunt scriptorum opiniones;

ac plura funt etiam observanda, quae, ut sperare licet, omnino non erunt eruditis insucunda. Bini ergo suvenes, ut ab eius monumenti descriptione exordiamur, apparent, pileum in capite, hastam puram altera manu gestantes, altera equorum frena tenentes: qui quidem equi ambo metam in medio positam elato pede contingunt. In superiore anaglyptici lapidis parte eminet Lunae imago, inter iuvenes illos media; in inferiore autem serpentes bini, inter quos media pariter cernitur sigura quaedam ex corrupto quidem marmore conoidalis, sed quae ovi imaginem referre debet; ut ex insta dicendis erit perfectum.

fpicuum. Quoniam vero lapis in superiore parte mancus est; ideo nescimus, an aliud exstaret ad huius ἀναγλύφε complementum; an vero forte aliqua ibi adesset inscriptio, quae inhuius modi monumentis quandoque legitur.

Iamvero, vel Algoridas Castorem & Pollucem, vel binos quoscumque fratres sub Castoris & Pollucis imagine exhibet nostrum hoc ἀνάγλυφον; nullam aliam fingere nobis licet de eo hypothesim: neque enim vetera monumenta nobis memoria repetentibus aliud occurrit, quod & huic simile sit, quodque aliam ab ea, quae proposita est, habeat interpretationem. De utraque erit in hac differtatione pertractandum. De ea autem, quae primo indicata est, erit prius ac longiori oratione dicendum; alteram enim postea ac brevius omnino expediemus. Itaque fratres Tyndaridas in hoc monumento expressos esse, ex pileo Laconico in primis dignoscimus; illi enim Lacones fuere, qui quidem solebant pileati pugnare; ideo CATULLUS (1) Castorem & Pollucem pileatos fratres appellat; tum etiam illud deprehendimus ex hasta pura, divinitatis symbolo, atque ex binis equis metam contingentibus. Monumentum fere simillimum ita deferibit Aelianus (2): και μέν τοι και Διοσκέςων ην αγάλματα δύο, νεανίαι μεγάλοι, γυμνοί τὰς παρειάς επάτεροι, δμοιοι τὸ εἰδ 🚱, και χλαμύδας εχοντες εωι των ώμων ... και ζίφη εφερον των χλαμύδων ήςτημένα, και λόγχας είχον παρεςωσας, έν αίς ερείδοντο, ό μεν κατά δεξίαν, ό δε κατά Amàr, stabant etiam Caftoris & Pollucis gemina fimulacra, iuvenes scilicet ingentis staturae, ambo genis imberbes, similes faciem, chlamydasque gestantes ... & gladios ex chlamydibus suspensos gestabant, hastasque dextera alter, alter sinistra adstantes habebant, quibus innitebantur. Si gladios excipias, quos novimus Dioscuris in. aliis monumentis tributos, alia omnia quae ab AELIANO defcripta funt, nunc in nostro occurrunt ἀναγλύφφ. Sed multo magis iidem in eo expressi intelliguntur ex aliis, quae in ipso habentur symbolis, quaeque antea descripsimus. De his omnibus singillatim aliqua ad huius pulcherrimi monumenti illustrationem necessaria attingam; quae quidem aliis iam editis, ipsique mythologiae lucem aliquam poterunt afferre. Haec autem ge-

nera-

neratim, ac veluti in antecessum dicta sint; oportet enim prius de ipsis Dioscuris disserere, quam de ceteris eorum ornamentis ac symbolis, quae interpretationem aliquam desiderant.

§. 11I.

Definiendum enim in primis est, quodnam Castorum genus in Naniano hoc ἀναγλύφω explendescat. Tria enim admissife gentiles Castorum genera affirmat Arnobius (3), tamquam ex eorum mythologia notissimum essatum. Idem antea docuerat etiam CICERO (4) cuius verba afferre heic oportet: Dioscuri, inquit, apud Graios multis modis nominantur. Primi tres, qui appellantur Aranes Athenis ex Iove rege antiquissimo & Proserpina nati, Tritopatres, Eubuleus, Dionysius; secundi Iove tertio nati & Laeda Caftor & Pollux; tertii dicuntur a nonnullis Aleo, Melampus, & Eumelus, Atrei filii, qui Pelope natus fuit. In ceteris antiquis mythologis nil aliud est, quod rem hanc magis illustrare possit. Itaque ex Tulul testimonio intelligimus, Dioscuros, qui in. hoc funt monumento expressi, eos esse, quos ille secundo loco enumerat. Ad cos enim pertinent symbola, quae in codem videmus; ut ex infra dicendis compertum erit quum maxime. Non folum autem Dioscuros primi generis, se hos etiam, qui in secundo collocantur, dictos fuisse & habitos a veteribus "Avantas, supra (5) iam observavimus. Quamvis vero Dioscuri alii, quos idem Tullius primo ac tertio loco nominat, aliqua habere possint symbola, quibus ab aliis Dioscuris invicem distinguantur; attamen in antiquis monumentis numquam vidimus effingi, nifi eos tantummodo, qui secundo loco ab eodem recensentur. Ita licet mythologi tres loves, quinque Soles, totidemque Mercurios, & huiusmodi alios homonymos Deos plures referant; vetera tamen omnia monumenta ad unum Iovem, Apollinem, Mercurium spectant. Qua de re iam alibi (6) diximus.

S. IIII.

Sed ad Castorem & Pollucem ut revertamur, flagitaverit fortasse curiosior aliquis, quanam ratione in hoc alissque similibus monumentis unus ab altero distingui debeat. Verum ingenue fatemur, nulla ratione id assequi nos posse; quum omnia

omnia plane utrobique sint eadem. Quis ex geminis hisce fratribus maior natu fuerit, scriptores veteres nullibi docent, nifi forte intelligi debeat primogenitus Castor ex eo, quod plerumque ab iisdem primus nominetur. Sed hoc nimia in primis iucertitudine laborat; inutile deinde est argumentum pro fratrum illorum distinctione in veteribus monumentis percipienda. Neque vero quidquam erui potest ex manu dextera vel laeva, quam Castor vel Pollux in monumentis eisdem servet. Si enim omnia utrobique sint aequalia; nihil plane ex manu dextera vel laeva dignosces. Neque enim ad oris speciem contemplandam te convertas; solent namque eadem prorsus utrique esformari, ut gemini; adeoque nil certe interest, quod Dioscurorum facies sint in nostro hoc monumento temporum iniuria corruptae. Audiendus deinde Arnobius (7) qui ita gentiles redarguit: Unde notissime scitis, an simulacra haec omnia, quae Diis immortalibus vicaria substitutione formatis, similitudinem referant habeantque divinam? Potest enim sieri, ut barbatus in caelo sit, qui esse a vobis fingitur levis. Infra (8) vero addit haec alia quod nempe: Habitus vobis Deos, non oris soleat proprietas indicare; ac proinde concludit (9): Quibus si habitum detrahas, tollatur oportet cognitio singulorum. Lucianus quidem assignare videtur rationem, qua unus ab altero, Castor nimirum a Polluce nullo negotio fecernatur. In quodam enim dialogo (10) Mercurius ab Apolline interrogatus, quomodo a Castore Pollucem. distinguat, ille respondit: อีกเ ซัก 🕒 นะง ผ "A สาง มอง อันแ เสา าธิ สางจา σώπε τὰ Ίχνη τῶν τραυμάτων, ἃ ἔλαβε παρὰ τῶν ἀνταγονιςῶν τικτέυων, quoniam hic, o Apollo, habet in facie vestigia vulnerum, quae pugilatu certans ab adversariis accepit. Poterat etiam Lucianus commemorare cestuum vulnera, quae certans cum Amyco receperat idem Pollux, ut narrat Theocritus (11). At philosophus ille, acerrimus simulque lepidissimus Deorum irrifor, hoc etiam in loco, more fuo perbelle iocatur; quoniam ex mythologia constat, Castorem equis, Pollucem vero cestuum ludo delectatum esse; quod inter ceteros refert etiam Horatius infra a nobis laudandus. Eosdem Tyndaridas irridet in ipso dialogo Lucianus etiam quod alia fymbola, quae iptis adscripseregentiles; ut infra pariter observabimus. Itaque propositumnon fuit Luciano, ut veram traderet Geminos illos distinguendi methodum; qua certe eorum cultores ethnici, ut nimis probrosa numquam usi fuissent.

§. v.

Itaque ut ad Castorum ornamenta & symbola progrediamur, quaedam in primis de eorumdem pileo dicenda a nobis funt. Qui sententiam de Dioscuris ex uno ovo progenitis amplectuntur, animadvertunt, corum pileum ita efformatum esse, ut dimidii ovi referat imaginem. Hanc autem opinionem. ex Luciano (12) ut arbitror, deducunt, qui de Castorum similitudine differens, ait: ἐπι τάρε άλλα πάντα ἴσα, τε ων τὸ ἡμιότομον , και ας τρο ύπεράνω και ακόντιον έκ τη χαιρί , και έππ. Ο εκατέρω λευκός, ceteroquin alia cuncta sunt paria: ovi dimidium segmentum eique addita superne stella, iaculum in manu, & equus utrique albus. At qui hoc nituntur fundamento minime noscunt decipi se ab atheo, maximoque Deorum omnium irrifore. Nam ficuti alias, ita in dialogo, in quo de Dioscuris loquitur, omnia. lepidissime ad nugas revocat. Sic ante locum hunc mox recitatum inquirens afferensque rationem distinguendi a Castore-Pollucem, responsionem praebet quam maxime irrisoriam; ut paullo ante vidimus. Heic autem nugas prosequitur in iis, quae in utroque Dioscurorum sunt similia. Ac primo quidem, quoniam fabula erat de iifdem ex ovo genitis, hanc rifui proponit, observans cassidem, quam illi capite gestant, similem esse dimidiatis ovis; ut certe sunt fere omnes pilei Phrygii, sive Laconici. Ceterum in pluribus quae infra indicanda erunt monumentis Castorum, atque in aliis etiam apud apraiodopes, iidem Castores pileos quidem Phrygios in capite gerunt; sed eorum acumine ita retorto, ut procul absint ab ovorum figura. Apud Muratorium (13) Dioscuri habent pileolum, qui pariter cum ovi imagine nil commune obtinet. Verum non. pileati folum, sed galeati etiam apparent Castores in antiquis nummis, atque in veteri gemma apud Begerum (14). Quare. PINDARUS (15) χαλκεομίτρας eosdem appellat; atque ut observavit Spanhemius (16) pileis, quibus utuntur Dioscuri, similis est pileus Vulcani, aliorumque in veteribus nummis.

s. vI.

Sed ad festivum Lucianum redeamus. In illo ipso, quem ex eo attulimus, loco, irridet etiam hastas puras, quas Dioscuri in veteribus monumentis prae manibus gestare solent, ut etiam in hoc nostro; cam namque appellat axorrier in th xelei, inculum. in manibus. Quid evidentius? Hastam puram, divinitatis apud ethnicos symbolum spernit, & axóvriov iaculum appellat. Aliqua fortasse etiam est Luciani facetia quoad equos utrosque albos; vel eos risu non excipit, quod appositi non sint tamquam divinitatis figna, quae folet cachinnis profequi. Ergo quis dubitet, irrideri a Luciano Dioscurorum pileos, dum eosdem. Vocat τε ων το ημιότομον ovi dimidium ? Sed Tiberius Hemsterhusius (17) pileum Castorum & ipse deducit a fabula ovi, ex quo dicuntur geniti; verum non a Luciano folum, fed etiam ab Apuleio (18) qui haec habet: Caftor & Pollux, quorum capita cassides obatae stellarum apicibus insignes contegebant; quo in. loco illud obatae emendandum esse definit in ovatae. Nullum tamen huius emendationis fundamentum commonstrat ex veteribus codicibus, in quibus eadem verosimilius haberetur lectio, si haec primo fuisset ipsius Apulei. At Hemsterhusio detur, ita legendam esse vocem illam. Num propterea ex illa sequitur, quod infe vellet? Fortaffe idem Apuleius deceptus est, ut alii, ex Luciani facetiis, quas non fatis detexit. Nemo enim ex antiquis mythographis vel Graecis vel Latinis, qui ex instituto de Dioscuris sant loquuti, illud tradidit, quod ipse ut certum exploratumque fibi fumit. Aliam pileorum interpretationem. affert Sex. Empyricus (19) qui de Dioscuris ait: πίλες τ' ἐπιτιθίασιν αυτοίς, και देत्री τέτοις ας έρας, αίνισσόμενοι την των ήμισφερέων κατασκευήν, pileosque iis imponunt, & super eos stellas, tacite innuentes constitutiones hemisphaeriorum. Quam quidem mathematici meditationem an facile laudaturi fint eruditi magnopere vereor. Miror autem, quod inter tot ineptias, quas subtiliores mythologi excogitarunt, hanc aliam non proposuerint; nempe Castorum. pileos factos esse ad imaginem laqueati superioris cubiculi, quod quod a Graecis dicitur ωσ, in quo narrat Clearchus apud Athenaeum (20) natam educatamque Helenam; quam proptereamulti putarunt natam ex ovo, quod Graece est ωσ. Cum Helena autem ortos simul suisse Castores iuxta aliquorum opinionem inferius dicendum erit.

#### S. VII.

Antequam vero de aliis loquamur huius monumenti fymbolis, aliqua de binis Castorum equis sunt breviter adnotanda . Singulare est enim in hoc ἀναγλύφφ , quod inter utrosque media sit meta, quam uterque elato pede contingit. Hoc ad Dioscuros refero; quod etsi alter equorum cursu, alter pugillatu potissimum delectaretur, uterque tamen equis etiam gauderet, ut scripsit PINDARUS (21). Quare THEOCRI-TUS (22) Castorem Pollucemque vocat iππηας; iis enim fuisse. equos a Mercurio distributos docet Stesicorus apud Tertul-LIANUM (23). Propterea, qui singulares currebant equi, Castori & Polluci dicati fuere: ut animadvertit doctissimus PANvinius (24). Ut ergo oftendantur utrique frater Castore. & Pollux in equorum cursu adeo praestantes, ut palmam facile retulerint, atque ut spem iniicerent fore, ut victores evaderent, qui Dioscurorum numini erant devoti; fingitur heic, utriusque equum metam exoptatam attingere, tamquam praeclarum relatae victoriae fignum. Neque sane tot habiti in circis fuissent Castori & Polluci honores, non templa & simulacra eorumdem in hippodromis vel prope circos statuta, non ipforum ova fupra metas circi locata; nisi apud gentiles invaluisset opinio, fratres Tyndaridas in equorum cursu excelluisse; ex quo proinde huiusmodi ludorum praesides ac patroni meruerint ab iifdem gentilibus pronuntiari, Hinc laudandum quidem est Frerett ingenium, sed admittenda non videtur eius de Castorum equis coniectura, quae his continetur verbis (25): Castor & Pollux étant devenus par leur apothéose. les protecteurs de la navigation, & leur histoire ne fournissant aucune raison de les représenter comme des cavaliers; ne pourroit-on pas soupçonner, que les chevaux, sur les quels ils etoient montez ou que l'on mettoit auprès d'eux, etoient de même, que le cheval,

qui accompagnoit le plus souvent les statues de Neptune, un embléme de la navigation, & un représentation allegorique des vassieaux? Haec, inquam, coniectura posset primo refelli ex veterum. omnium mythologorum de hac re silentio, quod non videtur esse argumentum prorsus negativum; sed eadem multo validius confutatur ex hoc nostro monumento, in quo, sicuti ante adnotavimus, Castorum equi ambo elato pede, ac certe in manifestum victoriae indicium, metam in medio positam simul attingunt. In hoc igitur ἀναγλύφω equos expressos esse ad commonstrandam Tyndaridarum in equorum cursu praestantiam aeque inclubitatum est. An vero idem statuendum sit de aliis quoque monumentis, in quibus apparent quidem Dioscurorum equi, sed absque alio circi signo; mihi videtur satis verosimile. Si enim Castorum equi essent aliquando signa cursus, aliquando autem navigationis ut putat laudatus Freret; fane quidem in huiusmodi monumentis quandoque appositum esset fignum aliud, quod navigationem ipfam aliqua ratione innueret. Stellae enim Castorum capitibus imminentes, quae possunt eorumdem apotheosim indicare, satis esse non videntur ad significandum, quod Freretrus coniectando proponit.

#### S. VIII.

Inquirendum nunc est, quid Lunae symbolum in hoc monumento sibi velit. In aliis enim frequentior est stellarum signum, Castoris & Pollucis capitibus supereminens; at in aliquibus etiam Luna, ut in nostro apparet; in aliis paucis symbola alterius generis insculpta cernimus. In quibusdam veteribus gemmis apud Passerium (26) alicubi videre est inter Dioscuros Iovem, alibi (27) Herculem, alibi (28) vero Mercurium... In alia autem gemma apud Philippum Venuti (29) Castores mediam habent Deam Cybelem. Quod vero ad rem nostram. magis pertinet, in aliis huiusmodi apud eumdem Passerium, gemmis video inter Tyndaridas Iovem, fuper hunc Lunam, ac super Geminos stellas (30); vel solum Lunae symbolum (31) ut in hoc monumento, atque stellas simul Dioscuris imminentes. Singularis est autem gemma Musei Odescalchi (32), quae inter Castorum & Pollucem habet feminam ad mamillas usque prae-

praecinctam, cuius capiti supereminet bicornis Lunae imago; Super Dioscuros autem bini sunt serpentes. Quare Nicolaus GALEOTTI in eruditis ad hanc gemmam adnotationibus ait, mulierem illam esse Isidem, Eusebium vero Isidem & Lunam. eamdem facere; Lunam autem ex Diodoro Siculo (33), eamdem esse ac Dianam. Igitur concludit, Isidi & Dioscuris immortalitatis symbolum, nimirum serpentes recte accommodari. Egregie quidem; sed desiderari adhuc potest ratio, ob quam Isis, Luna, vel Diana cum Dioscuris societatem habeat. Passerius autem uno quidem in loco (34) Lunam superne insculptam ait, denotare eiusdem planetae in Geminis stationem, quum ille natus est, in cuius gratiam gemma caelata fuit; ast huiusce affertionis adhuc argumenta exoptamus; alio vero in. loco (35) scribit, Lunam Iovi imminentem significare ipsum. planetam, opportuno adspectu natale momentum Dioscurorum illustrasse, unde felicitatis auguria augebantur. Neque huic interpretationi repugno; sed eius fundamentum postulo.

S. VIIII.

Quid ergo de hoc fymbolo dicam? Interpretationem afferam, quae maiorem servet, quam possit cum symbolico monumento connexionem. Sed antea examini subiicienda est quae dam Natalis Comitis opinio, ex qua aliquis sortasse huius anaglyptici lapidis explicationem depromi posse censebit. Itaque. Natalis Comes (36) ait, Lunam esse aeris uxorem; quod probat quodam versu Alemanis Melici, qui cecinit:

"Αγως τιν δρόσ. Ευξα μεν Μήνης τε και "Αερ. Ο ύιδς.

Aeris & Lunae soboles vos gramina nutrit.

Iovem vero aerem existimatum esse a gentilibus idem auctor ex multis suadet poetarum testimoniis; atque hanc affirmat suisse Stoicorum opinionem. Ex his primo adspectu videb atur mihl erui posse non spernendam Lunae symboli interpretationem. Luna enim tamquam Iovis uxor mihi apparebat, ex qua orti essent Dioscuri. At in primis si Luna revera iuxta veterum mythologiam habita suisset Iovis uxor, non solus ille vates apud NATALEM COMITEM laudatus huiusce rei secisset mentionem, sed antiqui scriptores alii plurimi, praesertim vero poetae, quibus

bus frequens sese obtulit occasio huiusce coniugii commemorandi. At omnes alii prorsus de hoc silent. Deinde re diligenter perpensa, poeta ille Alcman Melicus non ita perspicue loquitur, ut inde constare possit, hanc exstitisse apud veteres opinionem de Iovis & Lunae coniugio. Rorem quidem vocat aeris & Lunae sobolem; sed ea ratione vocat, qua nunc poeta quilibet e nostris etiam vocare posset, quin de eodem coniugio quidquam suspicaretur. Deinde num, quoties antiqui vates aerem Lunam nominant, numina se appellare putant? Demum etsi poeta ille Melicus aerem & Lunam nominans fortaffe cogitaverit de numinum huiufmodi coniugio; hinc tamen non. fequitur, ex eo ortos esse Dioscuros. Quot enim narrantur in. mythologia unius eiusdemque numinis coniugia? Monogamia ab illis numinibus omnino exsulabat. At ex hoc, quod modo supponimus, aeris & Lunae coniugio natus dicitur ros; nonergo Dioscuri. Intelligitur autem physica ratio rei, quam asserit Alcman Melicus, propter quam poetice loquutus, rorem nuncupavit aeris & Lunae sobolem.

S. X.

Itaque aliam propono illius symboli interpretationem, quae eo facilius approbanda videtur, quo magis obvia omnibus esse potest; licet ab ἀρχαιολόγοις minime observata. Hanc ex ipsa mythologica Castorum historia erui posse intelligo. Ex hac enim Dioscuri sunt stellae navigantibus propitiae, ut alibi (37) diximus; propterea ipsis plerumque supra pileum binae imminent stellae. At noctu stellae apparent, sicuti & Luna ipsa; ergo huius fymbolum recte cum stellarum fymbolo in pluribus supra commemoratis monumentis coniungitur. Verum, quum. in hoc quod illustramus, ex aliis pluribus symbolis perspicuum ac manifestum sit, adesse Dioscuros, qui ex communi mythologia habebantur iam tamquam stellae & numina na-Vigantibus propitia; ideo necesse non fuit, stellas ipsorum. capitibus adiicere. Apposita tamen est Luna ob supradictam tationem. Neque dixeris, necessarium non esse Lunae symbolum ad eam rem explicandam, quae iam per se ipsa ex communi & vulgari admodum opinione praeclarissima erat; hoc inquam

quam ne dixeris; si enim necessarium non esse fatear, plurimum tamen huic monumento, in quo expressae non sunt stellae. nisi forte desint ob lapidis defectum, dignoscitur conveniens. etiamsi illae in eodem aliquando fuerint, sicuti in aliis pluribus, quae superius indicata sunt. Quod si a veteribus monumentis abhorrerent fymbola non prorfus necessaria ad aliquid decla. randum; quot quidem ex iis forent expungenda? Comperta. res est, quae probatione non indiget. Addo etiam, ut ea dicam, quae in hanc rem afferri possunt, interpretationem. aliam, quam libentissime ut certam amplecterer, si cuilibet probato etiam scriptori fidem omnem semper exhibendam putarem. Sunt enim, teste Meursio (38), qui velint ovum, ex quo Dioscuri nati feruntur, e Luna decidisse. Sed nec ullum. auctorem huius sententiae indicat Meursius, nec ullum pro eadem profert testimonium. Quinimmo ipse videtur, sidem penes auctores ipsos non laudatos relinquere; quam nos pariter relinquimus. Quamvis enim ex ea sententia flueret optima huius ἀναγλύφε interpretatio, quae in omnium oculos incurrit; attamen fine antiquorum testimonio eam recipere non possumus; praesertim quum heic sermo sit ea de re, quam ignorare non. potuisse videntur tot mythographi veteres ac recentiores. Itaque eam quam paullo superius attuli, non deseram interpretationem, nisi splendidior alia nobis eluceat.

**S.** xI.

Sequitur, ut de binis serpentibus, ac de sigura illa conoidali, inter eosdem media, loquamur. Hanc coniicio esse ovi siguram, in exeso marmore corruptam. Bini serpentes in quodam veteri monumento apud Farrettum (39) facie invicemversi ovum in medio habent, sicut in nostro; nec aliud in illo monumento est symbolum. Apud Passerium (40) vero in veteri gemma haec continentur signa: in medio superioris partis Luna, hinc inde stellae, quae imminent binis serpentibus ovumore simul sustinentibus, in medio autem serpentium adest caduceum alatum, cui involutus est alius serpens. Porro ex mythologica historia, de qua identidem mentionem faciemus, compertum in primis est, ovum antiquitus suisse imaginem or-

bis nascentis, ut nuperrime probavit cl. P. Becchettus (41); sed quoniam ex veteribus etiam ovum cum Dioscuris rationem. habuit maximam, adeoque non veremur figuram illam nostri evaγλύφε conoidalem pro ovo fumere. De Fabrettiano, ac Pafseriano monumentis aliquid infra dicemus. Nunc de serpentibus. De his plurimi recentiores eruditissime scripsere, quorum locupletissimum catalogum possem contexere. Omitto sententias eorumdem plures; easque tantum seligo, quae huic monumento videntur magis opportunae. Serpentes igitur, si generales mythologiae rationes persequi velimus, quoniam divinitatis sunt symbola, indicare poterunt Castoris & Pollucis divinitatem, atque immortalitatem, tamquam filiorum supremini numinis Iovis; ut ipsa νοχ Διόσκεροι fatis per se declarat. Neque enim locum heic habere videtur illud Persii: Pinge duos angues, sacer locus est. Non enim video, cur indicari debuerit, facrum esse locum, in quo excitatum est huiusmodi monumentum, vel hoc ipsum facrum esse; per se enim utrumque patet ex aliis symbolis, quae in hoc anaglypho continentur; sunt enim divinitatis symbola. Neque sane in tot innumerisque prorsus omnium generum monumentis umquam apparent serpentes in hunc finem exsculpti, ut indicia sint loci sacri manifesta. Quare dicendum est, illud Persil adagium alibi potius locum obtinuisse, quam in hisce monumentis. Haec enim vel omnia, vel fere omnia binis serpentibus abundarent, si ad haec referri illud posset; quod tamen falsum prorsus esse nemini obscurum est. S. xiI.

Notum est etiam, atque apud dexauodóyse, receptum, Genios serpentibus denotari. Praeterire autem non possum Cicenonis (42) testimonium huic loco aptissimum: Quum Roscius, inquit, in cunabulis esset, educareturque in Selonio, qui est campus agri Lanuvini, noste lumine apposito nutrix animadvertit, puerum dormientem, circumplicatum serpentis amplexu; quo aspectu exterita clamorem sustulit. Pater autem Roscii ad aruspices retulit; qui responderunt, nihil illo puero clarius, nihil nobilius fore. Quod quidem de serpente tamquam Genio Roscii intelligendum est, iuxta veterum gentilium doctrinam. Crediderim ergo significatos

catos binis ferpentibus in nostro etiam monumento proprios Castoris & Pollucis Genios, qui quoniam statim ab ortu, iuxta ethnicorum sententiam, cuilibet tamquam praesides vel socii adiungebantur, singuntur heic ore hianti veluti exspectantes geminorum ex ovo egressum, ut suum sibi quisque in tutelam societatemque nasciturum excipiat. Duo autem, non unus tantum serpens, seu Genius exprimuntur, ut innuatur etiamunumquemque Dioscurorum suo Genio addictum; ac propterea diversa suisse Castoris & Pollucis studia, animique desideria, ut illi ipsi ex veteribus tradunt, qui uno ovo unoque partu eosdem genitos voluerunt. Quo Castorum exemplo usus est Horatius (43) ut eorum etiam, quorum vel eadem vel similia, videntur esse debere studia, diversa saepe esse commonstret his versibus:

Caftor gaudet equis, ovo prognatus eodem Pugnis; quot capitum vivunt, totidem ftudiorum Millia.

Quamvis enim ambo, ut supra attigimus, delectarentur equis, delectarentur etiam pugilatu; peculiari tamen Castori suit studium equorum, Polluci vero illud cestus; ut passim tradunt veteres scriptores.

S. XIII.

Quod autem in hoc ἀναγλύφω unum tantummodo ovum fuerit expressum; hoc plurium veterum consirmat opinionem, qui existimarunt Castorem & Pollucem ex eodem ovo simul cum Helena fuisse progenitos. Non desuerunt enim, qui docerent, Pollucem & Helenam natos suisse ex uno ovo, quod Leda ex Iove in cygnum converso conceperit; ex Tyndaro autem Castorem & Clytemnestram ortos ab eadem Leda arbitrarentur. Opinati sunt alii bina ova ex illo Iovis & Ledae congressu producta, quorum ex altero Castor & Pollux, ex altero autem Helena & Clytemnestra; ut ex veteribus scriptoribus firmatum testatur Natalis Comes (44). Hinc Arnobius (45) praeclare dixit: O egregia merces culpae... propter quam suppiter max. cygnus fieret, & candidorum procreator ovorum. At singularis prorsus est sententia Ausons, qui licet incertos horum parente.

rentes affirmet, ex tribus tamen ovis genitos voluit Castorem, Pollucem, & Helenam. Sic enim cecinit (46):

Isto tergemino nasci quos cernis ab ovo Patribus ambiguis, & matribus assere natos, Hos genuit Nemesss, sed Leda puerpera sovit,

Tyndareus pater his, & Iuppiter: hic putat: hic scit.

Quamvis autem, si intimam vocis tergemino naturam investigemus, ea videatur sex indicare; geminum enim duobus respondet; atque in hoc sensu eamdem usurpaverit Livius (47); attamen multo plura habentur eius vocis exempla, quibus ostenditur, eamdem adhibitam esse ad ternarium tantummodo numerum significandum. Ita idem Livius (48), & Plinius (49); tum vero Virgilius (50), Horatius (51), Ovidius (52), Lucretius (53), L. Annaeus Seneca (54), C. Valerius Flaccus (55). Sed Ausonii interpretem praestantiorem afferre non possum, quam Ausonium (56) ipsum, qui alibi perspicue tergeminum pro triplex adhibuit:

Et tres fatidicae, nomen commune, Sibyllae: Quarum tergemini fatalia carmina libri.

Namque, ut adnotavit lulianus Floridus, libri Sibyllini tres fuere teste A. Gellio, quamvis unum tantum ponat Plinius; alii vero novem ufque. Sed idem Ausonius (57) ubi iterum. nominat ovum illud, sic ait: triplexque Helenes cum fratribus ovum. Ergo a ceteris mythologis ille diffentit quoad numerum ovorum, ex quibus orti funt Castor, Pollux, & Helena. Neque vero dici potest Ausonius poetica usus facultate, qua nempe trium huiusmodi fratrum ortum respexerit, non autem modum, quo nati iidem fuerint. Nam ubi ait: triplex. que Helenes cum fratribus ovum, ibi de ternarii numeri mysterio pertractat, atque infinita propemodum adducit ex mythologicis historiis exempla eiusdem ternarii numeri; proptereaque Ausonius demonstrat, se in hac fuisse opinione quoad modum, quo tres illi fratres orti fuerint. Quum ergo quicumque exenyeapon, aut qui hisce artificibus conficienda opera committerent, iuxta diversam, quam de suis numinibus, & heroibus amplectebantur opinionem, diversa quoque, ut arbitror, ratiotione mythologicas doctrinas symbolis exprimerent; hinc in nostro hoc ἀταγλύφφ unicum tantum Tyndaridarum ovum exhibetur.

#### S. XIIII.

Ex his porro, quae hucusque dicta sunt, consequens esse potest, alia prorsus ratione interpretandam, atque ad nostri huius monumenti significationem esse transferendam veterem. gemmam, quam ad Genium pertinere definit Passerius (58) quamque superius iam indicavimus. In superioris eius partis medio adest luna, atque hinc inde stella duobus imminet serpentibus, qui invicem versi ovum sustinent: in medio autem. serpentium, quorum caudae inferius descendunt, est alatum caduceum, cui ferpens alius circumvolvitur. Serpentes binos ovum sustinentes interpretatur Passerius cum Fabretto iuxta. Aegyptiorum mythologicas doctrinas. Deinde aliam subiicit interpretationem, quae Romanorum moribus sit accommodata; atque censet, iis serpentibus Genios denotari, iuxta notissimum illud Persii supra laudatum: Pinge duos angues &c. Alatum vero caduceum primo appellat alatam Mercurii virgam, deinde Aesculapii; adeoque salutis imaginem dicit, cui alae adiectae fint ex Mercurii caduceo. Lunam vero ac stellas ait esse planetas soli artifici notos. Demum litteras in gemma sic perspicue omnino insculptas TPIA legit TTIA. Si postremum hoc admitti posset, optima quidem symbolorum omnium huius gemmae interpretatio exsisteret, lunae etiam ac stellarum. At quoniam, ut aiebam, litterae illae omnino perspicuae sunt, ac praeterea addenda etiam effet alia littera E ante I ut fieret TTEIA falus; ideo Passeril mutationem non possum securus admittere, sed fatear potius vocem illam soli auctori suo cognitam. Signa autem huius gemmae ita clare explicari possunt, ut cum nostri monumenti historia cohaereant, atque ita ut nullum ex iis sit, cuius significatio obscuro loco delitescat. Sicuti enim saepe in veteribus monumentis, ac praesertim in huiusmodi gemmis fola Deorum symbola pro Diis ipsis posita sunt; ita in hac, de qua sermo est, factum esse arbitrari licet. Itaque. huius gemmae auctor Dioscurarum generosum ortum ipsorum: que

que apotheosim videtur voluisse exponere. Si namque in hac gemma subtus stellas ac serpentes essicae essent Castorum. imagines, ut in nostro aliisque monumentis superius indicatis; iam nulia esset de hac interpretatione dubitatio. At, sicuti paullo ante dictum est, sola saepe numinum symbola pro ipsis numinibus expressa ab antiquis videmus; ergo eadem interpretatio iure erit admittenda. Huic autem addere oportet rationem, ob quam cum ceteris signis coniungitur alatum caduceum. Hoc vero ut Mercurii symbolum accipimus . Mercurius porro ovum a Nemesi procreatum Spartam inssu Iovis detulit, ac proiecit in Ledae gremium, ut in Ausonium adnotavit Iulianus Floridus (59), atque Castores Pellenen deportavit, ut ibi educarentur; sicuti narrat Pausanias (60). Supra. vero aliam innuimus gemmam ex astriferis a Passerio collectis, quae inter Dioscuros Mercurium habet; aliaque prorsus similis nobis suppetit ex museo Florentino (61). Itaque omnia simul ita cohaerent, ut allata a nobis eius gemmae interpretatio huic nostro monumento conformis sese sustineat.

S. XV

Atque haec quidem dicta fint de hoc nostro monumento iuxta primam hypothesim; quod nimirum Castor & Pollux in. eo sint cum suis symbolis expressi. Sed quoniam exploratum nobis non est, an integrum sit hoc monumentum, an vero aliquid in superiori eius parte desideretur; propterea de alia hypothesi, quod nempe iuvenes sub Castorum specie in eodem. repraesententur, pauca modo addenda a nobis sunt. Hoc namque in veteribus hisce monumentis contingere, opinio est inter eruditos. Itaque Scipio Maffeius (62) affirmat, ad iuvenes fub Castorum imaginibus expressos pertinere marmoreum aváγλυφον, in quo bini iuvenes cum totidem equis apparent; ac bini pariter serpentes arboribus circumvoluti equos respiciunt; in inferiori autem lapidis parte legitur: ΠΑΝΦΙΛΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ KAIPETE, Pamphilus & Alexander, valete; consueta in Graecis sepulcralibus ἐωιγράμμασι formula, quae certe de MAFFEI opinione dubitare nos minime finit. Ita etiam interpretatus est Pa-TINUS (63), qui ante MAFFEIUM idem ediderat monumentum.: **fed** 

fed nil aliud ad illius rei illustrationem adiecit. Neque MAFFBws docuit, cur gauderent aliqui sub Castorum sigura essingi. Pollicitus est quidem, se in singulari alio opere illustraturum. Musei Veronensis aránhuça; sed datam sidem (quod ego sciam) minime liberare potuit. Itaque, ut dicam quod fentio, sicuti Augusti corumque uxores, alique sub aliquorum numinum specie se effingi vel iubebant, vel permittebant, quod corporis animique dotibus ac virtutibus similes se illis aut venditabant, aut ab aliis existimari per summam adulationem solebant: ita. iuvenes illi Dioscurorum imagines referunt, quod delectarentur equis, ficuti fratres Tyndaridae, vel quod gemini orti effent, aut fraterno amore fese diligerent, queadmodum Castor & Pollux, quorum alter elegit potius immortalitatis fuae partem dimidiam, fratri eam concedendo, amittere, quammortalem eumdem omnino relinquere, quum ipse immortalis esset; ut fabulatur gentilium mythologia. Quod quidem Lu-CIANUS (64) vir semper sibi similis merito irridet in quodam. dialogo, in quo Diogenes plura Polluci mandat de iis, qui ad inferos transeunt, atque sic incipit: ω Πολύσευκες εντέλλομαι σα ind'as taxica dientino, còr yas icur elpar tò avasticinar dupler. o Pollux. mando tibi, quoniam quam primum reviviscis, tuum est enim puto craftina die reviviscere.

S. xvI.

Alias addo interpretationes, quae sua commendantur verosimilitudine; neque enim in iis versamur, de quibus certalerri possit sententia. Itaque sieri potest, ut iuvenes illi sub Castorum sigura sint expressi, propterea quod existimarent se ex Dioscuris originem ducere. Video namque in quibusdam honorariis titulis, inter ceteras veluti praecipuam recensori eam laudem, quod aliqui a Castore & Polluce generosum ortum ducerent. Ita apud Muratorium (65) legiture A significant Appeion T. Etatision... ΔΙΟΣΚΟΡΩΝ ΑΠΟΓΟΝΟΝ. Civitas Argivosum hot norat T. Statisium a Dioscuris genus ducentem. Quin immo idem recensebant, enumeratis etiam a Dioscuris generationibus, ut in hoc altero apud eumdem Muratorium (66) lapide: 14 significant min hoc altero apud eumdem Muratorium (66) lapide: 14 significant min hoc altero apud eumdem Muratorium (66) lapide: 14 significant min hoc altero apud eumdem Muratorium (66) lapide: 14 significant min hoc altero apud eumdem Muratorium (66) lapide: 16 significant min hoc altero apud eumdem Muratorium (66) lapide: 16 significant min hoc altero apud eumdem Muratorium (66) lapide: 16 significant min hoc altero apud eumdem Muratorium (66) lapide: 17 significant min hoc altero apud eumdem Muratorium (66) lapide: 18 significant min hoc altero apud eumdem Muratorium (66) lapide: 18 significant min hoc altero apud eumdem Muratorium (66) lapide: 18 significant min hoc altero apud eumdem Muratorium (66) lapide: 18 significant min hoc altero apud eumdem Muratorium (66) lapide: 18 significant min hoc altero apud eumdem Muratorium (66) lapide: 18 significant min hoc altero apud eumdem Muratorium (66) lapide: 18 significant min hoc altero apud eumdem min hoc altero

ATIO AIOEKOPON MA. x. A. Civitas honorat M. Aurelium Aristocratem, secundum genus ab Hercule xxxxvIII. a Dioscuris xxxxIII. Fortasse ergo in sepulcralibus etiam monumentis origo illa a. Dioscoris non verbis quidem, sed ipsis eorumdem imaginibus & symbolis suit aliquando significata. Hoc vero vel ob quamdam inanem gloriam, quod ostenderent se a communi hominum conditione alienos, atque ab ipsa nativitate in Deorum societatem iam receptos; vel ob aliam rationem, qua ad huius dissertatiunculae sinem properamus.

S. xvil

Verosimile nimirum est, expressas in sepulcrali monumento fuiffe Castorum imagines, aut aliquos sub eorum imaginibus, ut qui in eo tumulati iacerent, in ipsorum veluti tutelam reciperentur ad beatam, ut sibi suadebant, immortalitatem. consequendam. Quamvis enim ex mythologis nemo tradiderit, quam habeant Castores cum Manibus cognationem\_; id tamen perspicuum sit ex veteri Graeco lapide apud Mura-TORIVM (67). ENALABOE EMNH COH NAPA TOIZ AIOENOPOIE. Epagatus . memoria , eius . sit . apud . Dioscuros . Itaque sicuti in hoc EPAGATHVS verbis commendatur Castori & Polluci magni Iovis filiis; ita clarius & validius eorum dici potest imploratum in. aliis monumentis patrocinium, expressis eorumdem imaginibus, tamquam in sepulti tutelam; ut nempe si fratrem Pollux alterna. morte redemit, ut cecinit Virgilius (68); sic eadem numina immortalitatem eis obtineant, qui ipsorum auxilium hac ratione vehementer deprecantur.

S. XVIII.

Finem huic differtatiunculae imponet vetus Graecum anaglyphum, cuius opportuna heic videtur mentio. Illud edidit Camillus Silvestrius (69) eiusque ἀπόγραφον exhibuit, quod huiusmodi est: in dextera lapidis parte Castor & Poliux stant supra quoddam ὑποκόδων pallio induti, & pileum in capite gestantes; bina ante ipsos sunt vasa satis magna, ad quae ex alto accedit serpens: sequitur autem vir pallio similiter indutus, qui pateram manu tenet, sacrificantis in morem; hinc iam ad sinistram lapidis quidam pueri prorsus nudi, partim stare, partim

tim sedere videntur super scopulum; inferius apparet navis vacua, in undis posita: supra pueros illos apparent litterae KEION, quam aliquam templi figuram SILVESTRIUS recte interpretatur ANAKEION templum generatim, ac propius Dioscurorum templum: in inferiori autem anaglyphi parte, suppleta tantum. initio littera A, legitur APPENIAAZ APIZTOPENIAA AIOZKOPOIZ ETXAN, Argenidas Ariftogenidae fil. Dioscuris votum. Ipse autem CAMILLUS SILVESTRIUS, quum suae interpretationis initio probasset maximam veterum sollicitudinem pro suis sepulcris, atque ostendisset maximum porro eos existimasse infortunium... carere post mortem sepulcro; ex his in eam venit opinionem. ut putaverit exprimi in hoc anaglypho Argenidae votum Dioscuris factum dum viveret, ut post mortem sepulcri beneficio frui posset. Opinionem hanc si firmare potuisset Muratoriano monumento superius allato, non leve quidem pondus eidem. sententiae suae addidisset. At mihi liceat animadvertere, Sil-VESTRII opinionem haud fatis verofimilem effe. Navis enim illa, & si Acherontica putetur, nil commune habet cum sepulcri beneficio; ut ex gentilis theologiae statutis novimus. Hoc autem sublato eius sententiae fundamento, ipia omnino corruat necesse est. Quare alii potius opinionem amplectentur BLASII CARYOPHILI, qui (70) illud idem anaglyphum postea. interpretatus est votum pro navigatione prospere peracta... Hanc enim veterum consuetudinem satis ex antiquitate demonstravit auctor eruditissimus. Ver um quatuor illi pueri, qui prorsus nudi super scopulum partim stant, partim sedent, nec SILVESTRII, neque CARYOPHILI interpretationem mihi probatam efficiunt. Quum enim & Dioscuri, & Argenidas pallio induti sint, argumento id potius esse potest, pueris illis omnil no nudis indicari animas mortuorum, qui ab Acheronte du-Eti sunt, ibique relicti, ut suae vel beatitatis, vel miseriae. iudicium exspectent. Quamobrem, si hoc admiseris, votum illud Argenidae facile explicabo in eo sensu, ut Dioscuri, sicuti in Muratoriana iaiyeup superius allata, recordentur vel ipsius Argenidae, vel, si vis, aliorum etiam mortuorum, quorum animae scopulum illud inhabitant. Mα

(1) CA-

#### MONUMENTA GRAECA EX MUSEO NANIO. 02

(1) CATULLUS . XXXVII. 2.

(2) AELIANUS · às fragment. v. Διόσmupos .

(3) ARNOBIUS. adverf. gennes. lib. II.

(4) CICERO . de nat. Deor.

(5) COMMENTARIO in monum.IFII. Graec.

(d) Adnot. in I. monument. Latin.

(7) Arnosius . l. l. lib. vI.

(8) IDEM . ibid.

(9) Idem . ibid.

(10) Lucianus . dealog. xxvI. de Apolline, & Mercurio.

(11) THEOCRITUS . Idell. XXII. V.508.

(12) LUCIANUS. dialog. Deor. xxvl.

(13) Muratorius . N. Th. mlxvil. 3.

(14) BEGERUS . The faur. Brandeburgie. t. I. pag. 63.

(15) Pindarus . Nem. od. x. v. ultim.

(16) Spanhemius . observat. in Calli-MACH. bymn. in PALLAD. ad v. 24.

(17) Hemsterhusius . not. in Lucian.

(18) Apuleius.

(19) Sex r. Empiricus. adversus mathematicos.

(20) ATHENAEUS. lib. II. num. xvI.

(21) PINDARUS . Pyth. in Hieson.

(22) THEOCRITUS . Idyll. xvil.

(23) TERTULLIANUS. de speciaculis.

(24) PANVINIUS. de lud. circen. cap. VIIII.

(25) FRERET. Reebers sur l'ancienneté &c. de l'art de l'equitation dans la Grece . Memoires de literature &c. de l'Academie Rosal des inscript.cre.t.x.edit.in 12.

(26) Passerius . gemm. aftrifer. tabul.

(27) IDEM . ibid. tab. LXXXIII.

(28) IDEM . ibid tab. LXXXIIX.

(29) VENUTI PHILIP. Academ. Corton. e.v11. pag.48.

(20) Passerius . l. l. tab.xIIII.

(31) IDEM . ibid. tab.LXXXV.

(32) MUSEUM ODESCALCH. tab.XXXI.

(33) Diodorus lib.mil.

(34) Passerius . l. l. t. il. adnotat. ad tab.LXXXV.

(35) IDEM . ibid. ad tab.xIIII.

(36) COMES . mytholog. lib.III. cap.XVII.

(37) DISSERTAT. in monument.IIII. Graec.

(38) MEURSIUS. commentar. in Lycophron. Caffandr. v.88.

(39) FABRETTUS . antiqu inscription . cap. 1111. num. 17.

(40) PASSERI. gemm. ahrifer. tab.CXXII.

(41) BECHETTI . teoria generale della terra . lez.11. pag.69.

(42) CICERO . de divination. fib.I.

(43) Horatius . lib.ii. fermon.

(44) NATAL. COMES . mytholog. lib. viiI.. cap.viiil.

(45) Arnobius . lib.Htl. adversus gentes.

(46) AUSONIUS spigramm. LVI. (47) Livius . lib.l. num.xxxxIII.

(48) IDEM . ibid.

(49) PLINIUS . lib.vil. cap.III.

(50) Virgilius. Aeneid. lib.1111. v.511.

(51) HORATIUS. lib.I. ode I.

(52) Ovidius.

(53) Lucretius . lib.v. v.29.

(54) Ann. Seneca . Hercul. furens. act.il. v.562. Agamemuon. 2d.I. v.14.

(55) VAL. FLACCUS. lib.I. v.781.

(56) AUSONIUS . Idilia . num.xI. v.82.

(57) IDEM. ibid. v.16. & 85.

(58) Passerius . gemm. aftrif. t. 1. tab.

(59) IULIAN. FLORIDUS. adnosation, ad Ausonium .

(60) Pausanias . in Laconic. cap. xxvi.

(61) MUSEUM FLORENTINUM. t. I. tab. LXI.

(62) MAFFEIUS . museum Veronens.

(63) PATINUS.tall. supplement. anriq. Rom.

(64) LUCIANUS . dialog. I. mortuorum .

(65) MURATORIUS . N. Th. DELXI. 2.

(66) IDEM . ibid. DXLVIII. 2.

(67) IDEM . ibid. LXVI. 7.

(68) VIRGILIUS . Aeneid. lib.vI. 5.

(69) In anaglyphum Graecum interpretatio.

(70) CARYOPHILUS. dissertatio epistolaris in anaglyphum Graecum .

MO-

# MONUMENTUM V. DISSERTATIONE ILLUSTRATUM

## ΣΥΝΟΨΙΣ

### **DISSERTATIONIS**

#### IN COENAM FUNEBREM ANAGLYPHO MARMORE EXPRESSAM



- S. I. II Viusce marmoris indicatur raritas atque exhibetur de-
- \$. II. Coena Diis sacra in eodem proponitur demonstranda. Ethnici Deorum statuas in mensis collocabant. ELMENHORSTIUS, LIPSIUS, aliique emendantur.
- S. 111. Herculis statuam consuevisse in mensis collocari ostenditur.
- S. IIII. Huius ritus caussa praecipua fuit edacitas ac bibacitas Herculis.
  - S. V. At in sepulcrali ἀναγλύφω potuit etiam Hercules exprimi, quod Admeto mortuam coniugem ab inferis restituerit.
- S. VI. Boni pariter daemonis, seu Genli signum in iisdem mensis suisse constitutum verosimillimum est.
- S. VII. Bonum vero daemonem alii Bacchum existimarunt, alii Geniumvitae custodem, alii alia numina.
- S. VIII. Ossenditur expressa fuisse in bac coena Herculis & Genii symbola...
  pro eorum statuis.
- S. VIIII. Caput equinum vel Caftoris signum esse potest, vel forte significat animae immortalisatem eiusque deductionem ad Hesperidum bortos.
  - \$. X. Si caput illud asininum esse quis velis, referri boc potest ad coenam, quod esset symbolum sertilitatis ἀμπίλων.
  - S. XI. Cymbalum vero sumere licet tamquam symbolum Deae Cybeles vel ut existimabatur sertilitatis caussa, vel ut censebatur infernalis Dea.
  - S. XII. Tintinnabulum autem vel insculptum in eo marmore est, quod inomni sanctificatione adhiberetur, vel ad significandum ritum, quo spectra ac malorum daemonum ludibria avertebant.
- §. XIII. Alia commemorantur vetera monumenta ratione aliqua buic nofiro similia; sed corumdem assignatur differentia.

S. XIIII.

S. XIII. Nec nuptiale convivium, nec epulum Iovis, aut Herculis suisse in boc monumento expressum oftenditur.

S. XV. Multa sunt quidem quae verosimile efficiunt, Bacchi Orgia in boc anaglypho exposta;

5. XVI. At re penitus inspecta id a veritate alienum demonstratur.

S. XVII. De vestibus agitur, quibus coenantes utuntur, ac de pueris coenae ministrantibus.

S. XVIII. Demum sermo est de risu accumbendi ac sedendi ad mensam.



### MONUMENTUM V.



Un Pal. Rom.

s. I.

Onumentum exhibemus temporis edacitate exefum, fed perrarum fane ac prorsus singulare, cui simile aliud improbo ac inutili labore inter editas antiquitates inquisivimus. Anaglyphum est, quod coenam aliquam commonstrare videtur. At in eius genere declarando tot nobis

obversantur ex antiquitate obiecta, ut vereamur magnopere, ne ipsius monumenti illustrationem recto ordine exponamus. Curabimus tamen eam sequi methodum, in qua nec sermonis perspicuitas, nec eruditionis desideretur moderatio. Ab illius anaglyphi descriptione exordiamur. In medio monumenti apparet lectisternium, in quo viri duo accumbunt; & alter quidem ad dexteram ipsius monumenti veste quadam post umbilicum circumdatus, qui elata manu dextera cornu sustinet, sinistravero fortasse pateram, vel quid aliud, quod in corrupto marmo-

more haud satis deprehenditur. Ad laevam eiusdem viri accumbit alter, tunica, ut videtur, indutus. Hinc inde binae sedent seminae duplici veste indutae, atque ad pedes usque scabello sive income similare. In dextera monumenti parte ad sulcrum lectuli sive sedis bini stant pueri; quorum alter tunica est indutus, alter vero nudus apparet. Post hunc vero quaedam forte exigua conspicitur mensa, cui impositi sunt tres aut panes aut disci, vel huiusmodi aliud sphericum; nequenim certum ferri potest iudicium. In superiori autem monumenti parte, si ab iptius dextera incoeperis, cernere est continuata serie caput equi aut similis belluae, serpentem, clavam vinculo appensam, circularem quamdam siguram, sive tympanum, ac postremo tintinnabulum.

§, 11.

Itaque in hoc Musei Nanil monumento coena aliqua exprimitur, quae Diis quibusdam dicata est. Hoc veluti theorema sic generice sumptum ex determinatis est, quod evidenter a nobis demonstrabitur. A n vero coena eadem ad vivos an vero ad mortuos sit referenda, adeoque an funebris dici debeat generatim loquendo, incertum nobis est, quum in utraque hypothesi possit aeque prospere explicari; ut nos identidem. ostendemus. Denique oriri potest suspicio, an aliquod peculiare epulum lovis exempli cauffa, Herculis, aut Bacchi, aut aliorum in hoc marmore fuerit propositum; at nos probabimus, hace parum vero similiter excogitata; proindeque illud tantummodo certum esse, coenam aliquam numinibus quibus dam dicatam in hoc monumento effingi; quod primo nunc aggredimur demonstrandum. Solebant veteres ethnici Deorum. simulacra mensis in eum finem apponere. Id testantur Anno-BIUS (1), atque Petronius Arbiter (2). Ille gentiles alloquetus inquit: facras facitis mensas salinorum appositu, & simulacris Deorum. Petronius (3) vero ait: Inter haec tres pueri cundidas succinti tunicas intraverunt, quorum duo lares bullatos supra mensam posuerunt. Ex his perspicua sunt, quae Horatius (4) Caesarem alloquens cecinit:

Hinc

#### EX MUSEO NANIO.

Hinc ad vina redit laetus & alteris
Te mensis adhibet Deum.
Te multa prece, te prosequitur mero
Desus pateris; & Laribus tuum
Miscet numen, uti Graecia Castoris

Et magni memor Herculis. De quibus adhuc erit infra dicendi locus. Nunc Arnobium persequamur. Gebhartius Elmenhorstius in recitata Arnobil verba ita scripsit: Pagani statuam Det cuiusdam in mensa collocabant veluti eius genium tutelamque; qua de re Statium paullo inferius a nobis adducendum laudat. Lipsius (5) pariter haec habet: De simulacris Deorum, quod addit ARNOBIUS, verum est, collocasse eos in mensa statuam Dei cuiuspiam, velut tutelam geniumque mensae: ac similiter Statium, atque Martialem de Herculis ini-TRATECIE statua loquutos commemorat. Nec diversa ratione disferuit Bernartius (6). Non video autem, cur hi scriptores cuiusdam Dei tantummodo, non vero Deorum statuas commemorent, quum perspicue admodum tum Petronius Lares, tum vero Arnobius, quem interpretantur, Deorum simulacra mensis gentilium imposita dixerint. Quod enim Statius, ac Mar-TIALIS de Hercule tantum ἐπιτραπεζίφ loquantur; hinc confequens minime est, eum dumtaxat fuisse mensarum tutelam & genium, ut infra ostendemus. Quinimmo subspicari saltem. poterat Lipsius, plurium Deorum simulacra in mensis suisse . statuta, quod deinde ex Quintiliano (7) probaverit, gentiles ad mensam accedentes, Deos invocare consuevisse. De salinis, quibus illi, Arnobio teste, sacras faciebant mensas, consulendi funt Lipsius ipse (8), & SCALIGER (9); heic enim tantum de Deorum simulacris, quae mensis imponebantur, instituendus a nobis sermo est.

#### s. 111.

Iamvero Herculis statuam, ut supra innuimus, mensis suisse impositam ex Martiali, & Statio dignoscimus. Ille (10) graphice describit Herculis celebre signum in aere a Lysippo confectum, quod propterea ab eo appellatur, exiguo magnus in aere Deus; ac demum adnotat, quod signum hoc

#### 100 MONUMENTA GRAECA

ALEXANDER M. in Pella Macedoniae urbe natus primo obtinuerit, inquiens:

Hoc habuit unum Pellaei mensa tyranni:

Quod etiam affirmat STATIUS (11)

Pellaeus habebat

Regnator laetus numen venerabile mensae; quod quidem vates multis celebrat, quum ad quemdam vindicem translatum suerit idem Herculis signum; quod etiam antea ab eodem Statio dicitur:

Caftae Genius tutelaque mensae.

Exiguum vero fuisse illud Herculis signum Statius affirmat, atque ob id potissimum illud laudat:

D'us ille Deus feseque videndum Industit Lysippe tibi parvusque videri Sentirique ingens & quum mirabilis intra Stet mensura pedem, tamen exclamare licebit:

Hoc spatio tam magna brevi mendacia formae.

Quum ergo Hercules esset Deus integaniçõe, mensae praepositus, hinc in ipsa mensa mos erat scyphum in eius honorem potare. Plutarchus narrat Alexandrum, quum apud Mydium diem noctemque potasset, nondum epoto Herculis scypho, nec ceteris ex more peractis, sebre aestuare coepisse.

S. IIII.

A Graecis factam fuisse in mensis mentionem Herculis arbitratus est Ludovicus Desprezius (12), quod multas Graeciae regiones a monstris aliisque incommodis liberaverit. Huic animadversioni nil est, quod opponam. Pluribus enim de caussis, quae sese invicem non destruant, sed simul consistere valeant, adhiberi potuit Herculis imago in gentilium mensis. Praecipua ex iis petenda videtur ex celeberrima eiusdem voracitate ac bibacitate. De priori ut loquamur, en Philostrati (13) verba huic rei aptissima: κων γὰρ τὸν Ἡρακλέα Ἰσως ἀκώνες, τος κων τὰ σικία ἀντες παραπλησίως τος ἄθλοις ἡθετο; numquid enim de Hercule audisti cib. tiones eius, perinde ac certamina voluptutem videntibus afferre solita? Quid ergo ethnicis optabilius, quam huiusce

fce numinis, five herois signum in mensis adhibere? Quaevero Herculis fuere cibationes? Legimus, inquit, Lulius Gy-RALDUS (14) ex Iovis Chii sententia Herculem habuisse triplicem dentium ordinem; quare ethnici facile fabulati sunt, Herculem comedisse integrum Thiodamantis bovem, ut cecinit CALLIMACHUS (15):

Όυ γὰρ όγε Φρυγίη πες ὑπὸ δρυὶ γυία θεωθείς Πάσαυτ' ἀδη φαγίης. ἔτι οἱ παρὰ νηδὺς ἐκείνη Τῆ ποτ' ἀροτρεάοντι συνήτετο Θειοδάμαντι.

Neque enim ipse licet Phrygia sub quercu membra in Deum mutatus

Sedavit voracitatem. Adhuc inest ei sames illa, Qua olim aranti occurrit Theiodamanti.

Hinc Bedoing dictus est, de qua appellatione videndus est Gy-RaLDUS; immo & βεφάγ , quin etiam & πολυφάγ , atque adday (γ. multivorax, & infatiabilis. Quare Athenatus (16) fcripsit : ότι ην και ό 'Ηράκλης ασδηφάν . 'Αποφαίνονται δε τέτο σχεδον πάντες ποιηταί, και συνγεαφείς, quod fuerit Hercules magnus helluo; id autem omnes ferme poetae, ac scriptores declarant, quorum ipse recitat testimonia. Qua de re videndus pariter est Spanhe-MIUS (17). Non minus autem bibacitate, quam edacitate celeberrimus habitus est idem Hercules. Dictus est enim ab antiquis φιλοπότης bibax. Ex veteribus scriptoribus narrat Athe-NAEUS (18) Herculem certasse cum quodam Lerpeo, atque hunc multis poculis ab ipfo Hercule fuisse superatum. Quamobrem & poculum Herculi dicarunt veteres; & a Graecis dictus est crater Herculis; ipse vero Hercules ebrius, & craterem five cyathum tenens conspicitur in aliquot antiquis Thebanorum nummis, ut observavit Spanhemius (19). Haec autem de quibuscumque mensis dicta possunt intelligi-

§. v.

Aliis namque pluribus de caussis constituta dici potest in mensa etiam sunebri imago Herculis, sive eiusdem symbolum. Heracutus (20) enim agens περὶ τῶν ἐν καθε de iis, quae sunt apud inseros, λίγεται, inquit, ὡς Ἡρακλῆς κατελθών, ἀνῆλθεν ἀναγαγών τὸν Κέρβεςον, narrant Herculem eo descendisse & ascendisse, Cerbero eduείο.

cestidem pro Admeto coniuge defunctam ἀντὰν διὰ τὰν ἐνσεβείαν ἀφελόμεν , κὰ ἀναγογὰν ἐκ τε ἄδε, ἀπέδωκεν ᾿Αδμάτω, ipsam pietate permotus ab inferis ablatam reduxerit atque Admeto restituerit. Qua de re Euripides (22) apud quem Admetus ita est Herculem alloquutus (23):

'Ω τε μεγίσε Ζηνός ἐυγενὲς τέκνον,
'Ευδαιμονοίης. καὶ σ' ὁ φυτεύσας πατης,
Σώζοι. σὺ γάρ ταμ' ἐξανωρθωσας μόν.
Πῶς τήνο ἔπεμ ζας νέρθεν εἰς φά. τόσε;
Ο maximi Iovis generose fili,
Beatus sis, & pater qui te genuit, te
Servet: tu enim mea restituisti solus.

Quomodo hanc reduxisti ex inseris in istam lucem? Hoc autem praeclarum Herculis facinus consuevisse ab ethnicis referri inter monumenta sepulcralia constat ex veteribus picturis sepulcri Nasoniorum a Bellorio (24) explicatis.

S. vI.

Praeter Herculis fignum, aliud quoque ἀγαθε δαίμονω, boni daemonis, five Genii in mensis constitutum suisse verosimilli-limum est. Inter leges Atticas apud Petitum (25) ex Athenaeo (26) haec recensetur: προσφέρεσθαι μετά τὰ σίτα ἄκρατον μόνον δσον γεύσασθαι τὸ ἀγαθε δαίμονω, confecto iam epulo degustanto vinum merum in honorem boni daemonis; nimirum secundis mensis; duae enim erant mensae, una epularum, altera poculorum. Propterea, quum ad pocula propinanda accederent, removebantur primae mensae. Sic vetus poeta Nicostratus apud eumdem Athenaeum (27) de poculo boni daemonis cecinit:

'Αλλ' εγχέωσω θάτει αναθώ δαίμου.
'Απενεγμάτω μοι την τράπεζαν εκ ποδών,
'Ικανώς κεχόρτασμαι γαρ. ανατά δαίμου.
Δέχομαι. λαβών απένεγκε ταύτην εκ ποδών.
At boni daemonis poculum mox ubi affuderis,
Menfam procul a me hinc remove,
Quod fatis est, satur ego sum: boni daemonis
Hoc etiamnum accipio: mensam cape & aufer hinc ocius.
Alii

Alii pariter antiqui vates Xenarchus & Eriphus apud ipsum. Deipnosophistarum scriptorem quemdam inducunt potantem. bono daemoni, quem a love servatore, cui pariter in mensa. poculum dicabant, clare distinguit:

'Ως ἐυποτι τυςάζων γε καὐτὸς ἄρχεμαι
'Η τάγαθε δαίμου Θ.
Στνέσωσε μ' ἐκποθείσα φιάλη παντελώς.
'Η τε δ'ε σωτῆς Θ. Διὸς τάκις ά γε
'Απώλεσεν ἀυτὴν κὰ κατεπόντωσε μ' ὁςᾶς;
Ιαπ prorfus tandem
Dormitare quoque incipio: boni daemonis
Labefactavit omnino me phiala, quam ebibi:
Ιουίς etiamnum fervatoris ut celerrime
Poculum ipfum perdiderit & me demerferit, vides ?

Eriphus vero:

instin d'exac

Περν άγαθε πρώτον δαίμον 🕉 λαβάν πείν Διὸς σωτῆρ ι.

Pateram is ebiberat

Antequam prinum boni daemonis poculum sumeret, Et lovis servatoris.

Qua pariter distinctione usus est poeta Diphilus apud eumdem ATHENAEUM (28):

Apχίλουε δέξαι την δε την μετανιπίριδα Μετην Διός σωτήρω αγαθά δαίμονω.

Archiloche mihi hanc oftende Metanipnidem

Plenam, qua lovi fervatori, libemus atque bono Genio.

#### Antiphanes etiam:

€ viI.

Investigandum vero est, utrum bonus ille daemon, cui poculum secundis mensis dicabant, esset ille quem absolute bonum genium appellarunt veteres, & cuique homini ab ipsa nativitate socium putarunt, an vero esset Bacchus vini inventor.

Nam

Nam οί Έλληνες, inquit Athenaeus (29) τῷ μέν παρὰ δάσενον ἀκράτω προσδιδομένω τον αγαθον έπιφωνώσι δαίμονα τιμώντες τον Ευρόντα δαίμονα ห้ง อ่า ซึ่ง 🕟 อ่ 🛆 อ่งบอ 🚱 , Graeci , quam temetum inter coenandum infertur mensae, elato clamore bonum Deum invocant, illum venerantes, ut inventorem; is autem fuit Bacchus. Serpentem vero fuisse Baccho dicatum tradit Plutarchus (30) ipfumque Bacchum. serpentis imagine fuisse a veteribus exhibitum constat ex eo quod sub hac forma fuerit a love genitus. Sed Athenaeus ipseboni daemonis poculum nominat, quod diversis numibus propinabatur, ut Iovi servatoris saluti, aliisque Diis. Quod deinde ex veteribus poetis probat, quorum aliquos paullo supra. laudavimus. Sic etiam Hercules a Statio dictus est, castae Genius tutelaque mensae. Quin etiam sicuti veteres ethnici Genium cuique mortali ab ortu adesse opinabantur, ita saepe Deorum Genios appellant. At quum absolute Genium nominant eum intelligunt, cuius in tutela, ut quisque natus est, vivit; atque hunc eumdem putant, quum mensae Deum vocant. Ita Philargyrius in illud Virgilil (31).

Nec Deus hunc mensa, Dea nec dignata cubili est.

Deus, inquit, idest Genius, seu vitae praeses cui mensam antiquitus sacravit; cui etiam, ut omnes norunt, vino litabant. Itaque hoc de Latinis compertum exploratumque est, Genii nomine eum intelligi, qui & vitae custos, & mensae praeses existimabatur. De Graecis vero ex Athenaeo patet, nomine τε άγαθε δαίμονω modo exprimi consuevisse Bacchum, modo Deos alios, quum etiam de mensa sermo esset. Quare quum Scholiastes Aristophanis (32) scribat: ἀιρομένης τῆς τραπέζης μετὰ τὸ δείπνον ἄπρατον περιεφέρετο, καὶ ἐκαλείτο ἡ κρᾶσις ἀγαθε δαίμονω, sublata post prandium mensa, vinum circumfertur, quod appellatur mixtio boni daemonis, liberum erit in his vel Bacchum, vel aliud quod-cumque numen, seu Genium ipsum interpretari.

S. vIII.

Ex his ergo in primis illud colligere possumus, in hac coena, de qua disserimus, symbolo clavae in medio appensae exprimi Herculem, serpentis autem imagine bonum Genium. Ex plu ribus namque monumentis norunt Αρχαιολόγοι, haud ra-

ro pro ipsis numinibus posita fuisse eorum signa, ut praesertim in antiquis gemmis. Id vero maxime oportebat, ubi simulacra ipsa Deorum confusionem aliquam procreassent. In hoc autem anaglyptico marmore id facile contigiffet; proinde in eodem. non Herculis edacissimi, & bibacissimi numinis, non Genii seu boni daemonis simulacra constituta sunt super mensam, ut folebant ex antea demonstratis (33) sed eorum symbola in. superiori eius parte locata fuere. Quod praeterea alia etiam de caussa factum a peritissimo artifice possumus coniicere. Nanu, ut paullo ante diximus, sublatis mensis bono daemoni aliisque. numinibus pocula propinabant ethnici. Quapropter in hac coena vir exprimitur, vel bono Genio, vel aliis simul numinibus, quorum symbola in anaglypho expressa sunt, meri potionem offerens, nec in triclinio ulla conspicitur mensa; sed vix coenae vestigium exhibet mensula illa, quae in eiusdem anaglyphi angulo post pueros mensae servientes apparet. Itaque necesse erat Deorum symbola in superiore monumenti parte ad eum ritum indicandum insculpere. Illud ergo videtur manifestum, exprimi in hoc anaglypho secundas mensas, quae erant poculorum, ac primo quidem poculum dicari Herculi, ac bono Genio iis de caussis, de quibus supradiximus; duo enim illa signa clavae, & serpentis pro ipso Hercule & bono Genio sumi consueverunt, atque in hoc monumento sumenda. videntur.

#### S. VIIII.

Alia vero, quae in eodem anaglypho conspicua sunt symbola, non adeo expeditam offerunt interpretationem, ut certum aliquod ac definitum de iis pronuntiari iudicium possit. Quamobrem ea dicemus, quae ex antiquitate in hanc rem excogitari a nobis poterunt. Itaque dicendum est de capite illo, quod in devtero monumenti angulo conspicimus; quod quidem modo interpretemur tamquam caput equi. Fieri ergo potest, ut positum sit tamquam signum Castoris, cui, teste Horatio, cuius verba superius (34) attulimus, Graeci in mensa poculum propinabant, tamquam eorumdem servatori; qua de re alibi susus disseruimus (35). Atque haec quidem de quacumque men-

mensa possunt apte intelligi. Quoniam vero, ut in superiore dissertatione ostendimus (36) rogabantur Castores, ut vita functis propitii essent, atque immortalitatem, quam ipsi ex fraterno amore consequuti putabantur, impertiri aequo animo vellent; ideo in hunc pariter finem expressum dici potest in eodem monumento eorum fignum; ac propterea etiam Tyndaridis oblata vini propinatio in hoc anaglypho indicari potuit. Adde etiam, quod ait Ion. Petrus Bellorius (37) Castoren. & Pollucem in fepulcralibus lapidibus insculptos, animae immortalitatem apud ethnicos significasse. Sed alia quoque afferri potest eiusdem symboli interpretatio, quae cum sepulcrali monumento maximam habeat cognationem. Gorius (38) nam. que observat, Etruscos cum Aegyptiis, & Graecis in hoc consensisse, ut in feralibus urnis insculptum haberent equum, ad fignificandam animarum deductionem ad beata Elyfiorum loca: quod fecisse Graecos etiamque Romanos colligit ex duobus sepulcralibus anaglyphis a FARRETTO (39) illustratis. Ac de priori loquens ait, fingi in eo infantem ad Elysium campum sive Hesperidum hortos delatum, atque ut pervigilem draconem eorum custodem sibi propitium reddat, ad aram accenso igne sub ingressum positam, patera, quam defert libaturum, ut sibi aditus sit ad beatorum sedes. Est enim in eo monumento ferpens arbori involutus, ad quem accedit cum patera iuvenis equo insidens. Passerius vero serpentem arbori circumdatum interpretatur vel mortui genium, vel aeternitatis symbolum. Quum ergo in hoc Musei Nanil monumento & ferpens & equus appareant, aliqui fortasse amplectendam putabunt Goril, & Passeril interpretationem. Quibus, si verafateri non recufamus, nihil est quod in tanta rerum obscuritate opponamus; nisi incerta pro certis venditare incautis velimus.

**S**. x.

Quoniam autem in exeso hoc araz λύφω affirmare certo non possumus, illud esse caput equi, quin etiam forte asininum caput subspicari non liceat; idcirco oportet etiam, inhac hypothesi rationem huiusce symboli ita afferre, ut cum proposito totius monumenti systemate conveniat. Duo communicavit

cavit mihi eruditus Ignatius Raponius, iuvenis humanissimus, veterum scriptorum testimonia, quae huic sunt negotio aptisfima. Primum est quod habet Pausanias (40): Tà de vad tor es Ναυσλία λεγόμενα ές τον όνον, ώς επιφαγών αμπέλε κλημα αφθονώτερον ές τὸ μέλλον ἐπέφηνε τὸν καρπὸν, καὶ ὄν 🕟 σφίσιν έν σε τρα πεποιημέν 🕒 διά τετό ές ιν , ατε αμπέλων διδάξας τομην . κ. λ. Hoc loco, quod a Naupliae incolis de asino dicitur, abroso palmite vitem multo feraciorem redditam, & asellum, quod sarmentorum putationem monstrarit, propterea in saxo effictum esse &c. Itaque hoc quidem demonstrat, in triclinio locum esse potuisse etiam asinino capiti, quod ibi vino potissimum indulgeretur, cuius copiam ex asino etiam. agnoscebant ethnici. Verum id magis declarat alterum Hrgi-NI (41) testimonium, licet a viris eruditis diversimode tentatum. Antiquitus autem, aiebat ille, nostri in lectis tricliniaribus in fulcris capita afellorum vite alliquita habuerunt, fignificantes fuavitatem invenisse. Quod ergo in hoc quod illustramus anaglypho asininum caput & unicum sit, nec fulcris bicliniorum alligatum, sed in superiore monumenti parte simul cum ceteris symbolis locatum sine vitis signo fuerit, parum sane referre existimaverint eruditi. Vitis quidem videtur fymbolum quod hanc azinini capitis historiolam definit; at hoc loco saltem non videtur necessario debuisse exprimi, quum ex subiecto totius monumenti, nempe ex coena, in qua etiam est, qui vini oblationem. numini offert, perspicue intelligeretur appositi asinini capitis argumentum. Variae autem eruditorum lectiones monumenti huiusce interpretationi favent mirifice. Schefferus censet eum HYGINI locum ita esse restituendum: capita asellorum vite alligata habuerunt significantes satietatem vini invenisse caput; nam vitis, quam praeroserat, plenius fructum protulit; unde etiam putationem invenerunt. Scheffero consentit Reinesius (42), qui legit asinum vitem invenisse; ita eruditus alter TILIOBROGA qui legendum censet, (asinum) suavitatem vini invenisse. Ipse vero Munkerus auctor adnotationum in Hyginum, similem Heinsil emendationem sequutus, ait forsan legendum. suavem vitem. Omnia ergo ad unum referuntur, & allatam. huic monumento interpretationem diversae huiusmodi lectiones  $O_2$ parum

parum textui necessariae egregie consirmant. Quod enim addit Munkerus ex Barthio qui coniectatur suavitatem nocuisse, vel Albidiani invenisse, probatione indiget, quam adhuc desideret, qui velit.

S. xI.

Ad alia quae supersunt symbola progrediamur. Ad sinistram clavae appensae conspicitur sigura quaedam circularis, quam existimo cymbalum repraesentare. Hoc vero sumi potest ut Deae Cybeles symbolum pro ipsa Cybele in hoc sepulcrali monumento expressum. Huic ergo pariter dicatum suisse vini poculum arbitrari possumus. Cuilibet enim numini licebat poculum in mensa offerre; ut ex Athenaeo nuper adnotavimus. Huic autem praeter communem divinae dignitatis caussam, peculiaris certe aderat ex suprema eiussem praestantia, quae ipsius Iovis, Deorum hominumqua mater, caeli terraeque domina, & frugum omnium, adeoque cibi potusque auctrix dicebatur. Sic a Pseudorpheo (43) appellatur

Μήτες μέντε θεών, η δε θνητών ανθεώπων
Εκ σε γας και γαϊα, και ερανος ευεύς υπερθεν
Και πόντω πνοιαίτε, φιλόδρομε αερόμορφε.
Ματεr Deorum pariter, materque virorum
Ex te terra parens frugum, caelumque profundum,
Et mare cum ventis, veloci percita cursu.

Idem vero etiam explicare possumus in altera hypothesi, quaexistimemus sunebrem coenam in hoc marmore expressam... Cybele enim inter infernales Deas habita est a gentilibus; qua de re consulendus est Pitiscus (44), qui veterem hunc assert lapidem, sive hanc antiquae inscriptionis partem:

LOCVM · SEPVL. AC CEPI · ANTE · AEDES · DEAE MAGNAE · CYBELES · QVAM IRATAM · MORTE · SENSI

Itaque verosimile maxime est, libatum in hac sepulcrali coena. Deae Cybeli poculum, ut ipsam propitiam persentisceret ille, cui excitatum suit hoc anaglyptico lapide sepulcrum.

S. XII.

S. xII.

Postremum in sinistra monumenti parte superius symbolum est tintinnabulum. Ex multiplici huiusce instrumenti usu de quo ex instituto egit Magius, illud heic commemorare nunc possumus, quod nempe ωρὸς ωᾶσαν ἀφοσίωσιν καὶ ἀποκάθαρσιν, in quacumque sanctificatione & purificatione usitata essent a veteribus ethnicis tintinnabula; ut testatur Theocriti Scholiastes (45). Quare hinc percipiunt eruditi, in facra pariter coena tintinnabulo locum esse potuisse. Quod si coenam eamdem velis esse funebrem, peculiaris quoque de hac hypothesi afferri potest ratio. PLINIUS (46) ex VARRONE describit Porsennae Etruscorum regis sepulcrum, cui imminebant altissimae pyramides quinque ita fastigiatae, ut in summo orbis aeneus & petasus fuerit omnibus impositus, ex quo pendebant exapta, sive, ut explicat HARDUNUS, aptata vel confuncta catenis tintinnabula. quae vento agitata longe sonitus referebant, ut Dodonae olim factum fuerat. Ergo a sepulcrorum signis sive ornamentis minime abhorret tintinnabulum; licet scriptor ille huius ritus originem haud fatis commonstret. Fortasse ex postrema animadversione, ut Dodonae olim factum voluit Plinius caussam, quam adhuc exoptamus, innuere. HARDUINUS in ea verba adnotavit: ubi columnae fuere duae sublimes, quarum in altera posita pelvis aerea esset, in altera pensile simulacrum, flagellum aereum manu tollens. Quoties vero vehementior paullo ventus afflaret, impulsa scutica pelvim feriret saepiusculae, quae din past tintinnitum referret; unde paroemia: Aus avaior xaxuñor, Dodonaeum aes, five tintinnabulum. Quae quidem petita esse video ex Aristotele apud Sui-DAM (47), sed Demon apud eumdem Suidam narrat, aereos lebetes tanta arte circa templum fuiffe dispositos, ut unico percusso ceteri omnes tinnirent. Hoc autem aereorum lebetum. tinnitu factam fuisse vaticinationem affirmat Potterus (48). Ex his vero cur tintinnabula Porfennae sepulcro addita fuerint, nondum compertum arbitror; nisi dixerimus voluisse regem. illum, ut ex eius fepulcro existimarentur reddi oracula, sicuti ex templo Dodonaeo; quod aliquam habere potest verisspeciem. At censeo comparationem illius sepulcri cum Dodonaeo temtemplo a Plinio in ea re factam fuisse relate tantummodo ad tintinabulorum ornatum, non autem quoad oraculorum essusionem, quae cum illo tinnitu sieret. Illud ergo tantum ex Porsennae sepulcro exemplum duci potest, quod demonstret tintinnabula usitata suisse tamquam sepulcrorum ornamenta. Sed aptiorem eius moris caussam nobis suppeditat Theocriti Scholiastes, qui affirmat, tintinnabula in funere usitata suisse, quod eorum sonus censeretur καθάρω και αποραποιώς τῶν μιασμάτων, purus & avertens spectra ac malorum daemonum ludibria. Quod quidem curandum maxime erat, tum ob sunebrem coenam; tum vero ob defuncti transitum ad aliud vitae genus; quodcumque tandem sibi pollicerentur gentiles.

S. XIII.

Ut vero magis magisque constet, allatam hucusque marmorei anaglyphi interpretationem hucusque traditam certam. esse, si primum dumtaxat theorema superius (49) propositum inspiciamus, verosimilem prorsus esse etiam aliam, quae cum. hac coniungi simul potest, interpretationem de coena funebri; oportet sane, ut monumenta alia indicemus, quae aliquam. saltem cum illo praeseserant similitudinem, atque alias afferamus, si quae sunt, interpretationes symbolorum, quae in eodem monumento expressa sunt. Tum vero pauca persequemur, quae in eodem remanent observanda. Itaque tum apud MAFFE-IUM (50), tum apud Winckelmannum (51) quaedam funt monumenta sepulcralia, quae in superiore parte larvas habent scenicas. Apud eumdem MAFFEIUM (52) aliud est sepulcrale marmor, quod pariter in parte superiore plura insculpta refert ad mundum muliebrem pertinentia. Sed haec, ut evidens est, nihil negotii facessunt. Inter Marmora Oxoniensia (53) monumentum videre est, in quo vir in quodam lecto accumbit; in parte autem superiore est caput equi, quem pertrahere videtur puer humi sedens, tum quaedam supereminet semicircularis fascia, quae forte semicircularem indicat fenestram; ex alio autem superiore latere perspicua est cassidis sigura. Verum in hoc marmore nullum vel levissimum apparet coenae indicium. Ex veste autem, qua vir ille indutus est, intelligi posse arbiarbitror militem equestrem in eo monumento fuisse expressum... Winckelmannus (54) porro monumenta duo recenset, in quorum altero vir accumbit in lectulo, mulier sedet; equus pariter obviam it viro accumbenti; in altero autem vir similiter accumbit, femina stat, mensa ante lectum parata; praeterea aliae. funt in monumento figurae, ad dexteram vero fuperiorem marmoris partem caput equinum e fenestra apparet. Hunc vero putat eruditissimus vir equum Arionis ortum ex Cerere & Neptuno, illas auten, figuras esse Nereides equi ipsius nutrices. Nullam vero aliam profert huiusce anaglyphi interpretationem\_; quasi iam ea, quae ab ipso allata est, evidentiae metam attigerit. Sed hac etiam posita perturbari minime videtur interpretatio nostri monumenti, in quo praeter caput equi tot alia habentur fymbola, quae cum Winckelmannil illustratione nil commune sibi vindicant. Neque nos morari potest alia equini capitis interpretatio, ex eo deducta, quod equi facri essent MAR-TI, ac MINERVAE, de qua videndus est CALLIMACHUS (55); cetera etiam, quae funt in monumento Nanio, ad haec numina nisi per summam violentiam pertrahi possunt.

S. XIIII.

Existimaverit forte eruditus aliquis vel nuptiale aliquod convivium, vel Herculis, vel Iovis epulum, vel Bacchi orgia in hoc fuisse monumento proposita. Haec ergo expendenda a nobis funt, ut rectior constet eiusdem ἀναγλύφε interpretatio. Nuptiale convivium potest ex eo supponi quod ex quatuor, quae in hoc triclinio habentur personae, duae censeri possint sponsus & sponsus, sive maritus & uxor, aliae vero duae pronubus & pronuba; cetera fymbola hilari coenae conveniunt. At nec flammeo, nec corona ornatur sponsae caput, quod ad nuptialem coenam significandam praetermittendum. minime fuerat; nec ulla fese produnt ex tot hilaritatis signisicationibus, quae in nuptialibus conviviis novimus fuisse a veteribus erhnicis usitata. Epulum Herculis veteres commemorant scriptores; sed quale illud fuerit, minime describunt. Non est ergo cur illud in hoc monumento velimus investigare, ac subtilibus magis quam veris interpretationibus omnia.

pertrahere, quae in eodem exposita continentur. De Iovis epulo dixerunt aliqua antiquitatum Romanarum scriptores, quae a Graecis desumpta liceat supponere. Iovis epulo, inquit Valerius Maximus (56), ipse in lectum, Iuno & Minerva in sellas ad coenam invitantur. Livius (57) scribit: In Capitolio convivium huiusmodi celebrant. Lectisternia tribus Diis Iovi, Iunoni, & Minervae hoc modo... siebant. Iovis simulacrum statuebatur in lecto recumbens, Iunonis & Minervae in sellis considebant. Idem vero scriptor (58) antea dixerat: in Capitolio curatum lectisternium, per triduum habitum & pulvinaria in conspectu suere; primum Iovi & Iunoni, alterum Neptuno & Minervae, tertium Marti & Veneri. Quodcumque ergo seligas ex hisce veterum testimoniis, perspicuum tibi erit, si eadem perpendas, nullum huic monumento aptari posse.

§. xv.

Quod vero in eodem anaglypho marmore exposita sint Bacchi orgia, multa videntur ita probare, ut omnia in hoc fystemate explicenter monumenti fymbola. In primis probavit iam eruditissimus Lamius (59) Bacchum quoque esse inter plures illos Deos, qui sub serpentis imagine effingebantur. Quamquam & pro Genio tantum sumi videtur posse serpens ille; Genio enim nimis indulgebatur in Bacchi orgiis; quo posito sumi potest pro Baccho ipso vir, qui in medio triclinii Genio poculum libat. Cymbalum porro in Bacchi orgiis adhibitum nemo ignorat. Ceterum & pro Cybelis fymbolo nil vetat illum intelligere; Bacchum enim facrificia didiciffe novimus a. Dea Cybele, cui facra fuere cymbala. Ex quo & maior dignoscitur huiusce symboli cum Bacchi orgiis cognatio. Clavam pariter Bacchi mysteriis convenire scimus ex Fabrettiano monumento, de quo paullo post dicturi sumus. Caput vero belluinum, quod est ad superiorem dexteram lapidis partem, licebit pro asinino capite interpretari; frequens enim erat eius usus in sacris Cybeles, & Deam ipsam baiulare dicitur ab Apu-LEIO (60). Quod si nullam velint in hiscc festis Bacchi cum Cybele communionem, meminerint, quod narrat Oppianus (61), nimirum nato Libero, arcanam arcam coronis ornatam afini tergo

tergo fuisse impositam. Demum tintinnabula in omni re sacrababuisse locum superius iam animadvertimus. Sed haec potissimum in Bacchi orgiis adhibita suisse ex pluribus monumentis longiore, ut oportebat, oratione demonstravit eruditissimus Fogginius (62). Satis erit monumentum commemorare, quod habet Farrus (63) quodque est pueri in Bacchi mysteriis initiati, ut ex Graeco epigrammate intelligimus. In eo igitur superius dextrorsum habetur tintinnabulum eiusdem prorsus formae ac illud, quod in nostro cernitur anaglypho: sinistrorsum clava; inferius a dextris humana quaedam facies, seu larva scenica; a sinistris lituus ornatus, seu pedum pastorale; quae quum omnia Baccho conveniant in eo monumento, aperta quoque est nostri anaglyphi interpretatio.

S. xvI.

Verum quaedam funt in hoc eodem monumento, quaenulla prorsus ratione in Bacchi orgiis possunt excogitari. Namque in his festis, ut constat ex antiquis scriptoribus serpentes ferebantur in cistis; quae quidem conditio est necessaria. ad mysterii rationem obtinendam. Quapropter quum in hoc anaglypho marmore nulla deprehendatur cifta; draco autem. sive serpens in omnium conspectu positus sit; nulla profecto apparet orgiorum suspicio. Quod vero rem magis magisque confirmat, est maxima quae in huius monumenti figuris servatur virorum feminarumque modestia, quolibet honestissimo viro dignissima. Quis autem est, qui ignoret maximam orgiorum licentiam, immoderantiam, atque impudicitiam? Namque CLEMENS ALEXANDRINUS, atque THEODORETUS, quibus intererat de his fermonem ad improbandos ethnicorum ritus instituere, fatentur se honestatis ergo de his silere potius, quam eadem enarrare. Quamobrem, quum nil tale in hoc eode triclinio sit, quod castis repugnet moribus, rectius dixissent, asinino capite heic recordari potius egregium facinus illius afini, qui ruditu suo prohibuit, ne ab infando numine violaretur Lotidis Nymphae virginitas. Quare id tantummodo certum. est, quod initio proposuimus, nempe coenam aliquam numinibus dicatam in hoc monumento exhiberi; eam vero fune brem

brem esse verosimile ostensum est; cetera a verosimilitudine abhorrere demonstravimus. Ex his autem, ac multo pluribus aliis, quae eruditionis ergo dici possent, quisque fateri lubentissimus debet, quod praesati sumus, in sigurata antiquitate id sequendum, quod evidentia raro commonstrat; plerumque vero prudentius esse pyrrhonistam agere, quam eruditum μοχωολόγοι.

c. xvil.

Pauca quae restant, persequamur; alios enim huiusce. coenae ritus oportet recensere. Quod pertinet ad vestes, quibus induti funt, qui mensae accumbunt, certum est, veteribus coenatorias fuisse, nempe diversas ab illis, quibus ad cetera utebantur. Diversitatem vero hanc quoad qualitatem. & colorem tantummodo indicant antiqui scriptores, non quoad earumdem formam; erant enim delicationes ac pretiosiones, eaeque candidae vestes, quas vulgo appellabant syntheses, & PLINIUS (64) recte tricliniares nuncupavit. Mulieres quidem in. hoc anaglypho fedentes tunica fimul & palla indutae apparent; vir autem, qui Genio vel Diis omnibus in monumento exprefsis cyatum libat, usque ad umbilicum nudus, & post umbilicum pallio contectus videtur; alter vero ad eius finistram accumbens tunicam gestat. An haec civilium vestium differentia tribuenda sit arbitrio sculptoris, sive auctoris huius monumenti, an vero petenda sit ex moribus ritibusque eius nationis, five urbis, in qua illud excitatum fuit, quis divinari umquam. poterit? Idem fateor etiam quoad pueros, qui in dextramonumenti parte stant; quorum alter nudus, alter vero tunica est indutus; nisi forte hanc feminam putemus, alterum vero masculum. Veteres quidem tunicatos pueros mensarum ministros suisse affirmant; verumtamen in antiquis monumentis, si recte memini, haud raro etiam nudos cernere est; nudusque conspicitur puer in altera funebri coena eiusdem Muses Nanil, apud Passerium (65).

S. xviil.

Iamvero in hoc monumento non triclinia, sed biclinia duo sternuntur; sicuti in aliis pluribus monumentis Graecis & Latinis,

nis, immo etiam in Etruscis; in quibus pariter sicuti in nostro viri accumbunt, feminae vero fedent, pedibus fuper ὑπόποδιος positis. Valerius Maximus (66) hunc morem recenset inquiens: Feminae cum viris cubantibus sedentes coenitabant : quae consuetudo ex hominum convictu ad divina penetravit; nam Iovis epulo ipfe in. lectulum, Iuno & Minerva in sella ad coenam invitantur. Quod genus severitatis aetas nostra diligentius in Capitolio, quam in suis dos mibus servat; in Capitolio enim Iovis epulum parabatur, in. quo feminae sedebant. Ita saepissime in publicis monumentis, ut innuimus, feminae ad mensam sedentes effinguntur. Quod Sane quamdam veterum gravitatem commonstrat; praesertim. supposito eorum pedibus scabello, quod apud veteres Graecos videtur quoddam dignitatis argumentum. Sic Iuno, apud HOMERUM (67) exorans formum, ut soporem in lovem immittat, pollicitur se illi daturam elegans solium incorruptum, a. Vulcano eius filio perfectum, additque:

าบ์สอ อง ปุคท์ขบา สองว่า ที่งาน ,

Τφ κει έπισχοίης λιπαρές πόδας έιλαπικάζων.

sub pedibus autem scabellum mittet,

Super quo tenere poteris decoros pedes, dum convivaris. Sic apud eumdem vatem (68) Telemacus Minervam Metaeregis habitu contectam eodem honore est prosequutus; inquit enim:

'Auτην δ' ες θρόνον είσεο Έγων, ύπο λίτα πετάσσας
Καλον, δαιδάλεον, ύπο δ'ε θρήνυς ποσίν ήεν.

Ipsam vere in thronum collocavit, straque substrato

Pulcro, ingeniose facto: sub pedibus autem scabellum. Quamobrem, si mos veterum sedendi ad mensam retentus est ad quamdam seminarum modestiam; ipsae postea seminae gloriari poterant, se eam servasse consuetudinem, quae dominatum quemdam videbatur commonstrare.

3

P 2 (1) Ar-

#### 116 MONUMENTA GRAECA EX MUSEO NANIO.

- (1) ARNOBIUS . adverf. gent. lib,11.
- (2) PETRONIUS . Satyric. cap. LX.
- (3) IDEM . ibid.
- (4) HORATIUS . lib. 1111. od. v.
- (5) Lipsius . Saturnal, lib.I. cap.il.
- (6) BERNARTIUS. in Statii felvar.lib.IIII.
- (7) QUINTILIANUS. declamat. CCCI.
- (8) LIPSIUS . l. l.
- (9) SCALIGER . ad Festum . v. Mensae .
- (19) MARTIALIS. lib.viil. epigr.xxxxiil.
- (11) STATIUS. Silvarum lib.mil.
- (12) DESPREZ. in nos. ad HOATII lib. HII.
- (13) PHILOSTRATUS . vit. Apollon. lib.v. cap.viil.
- (14) GYRALDUS . in vit. Herculis .
- (15) CALLIMACHUS. bymn. in Dian.
- (16) ATHENAEUS. lib.x.
- (17) SPANHEMIUS observat in v. 160 bymn. Callimachi in Dianam.
- (18) ATHENAEUS . l. l.
- (19) SPANHEMIUS . l. l. ad vers. 148.
- (20) HERACLITUS. de incredibilib. cap.
- (21) PHALEPHATUS. de incredibilib.bistor. cap.XXXXI.
- (22) EURIPIDES . in Alceft.
- (23) IDEM . ibid. v.1136.
- (24) BELLORIUS. veter. picurae &c.tab.x.
- (25) PETITUS . leg. Actic. lib. vil. tit. xl. leg. mil.
- (26) ATHENAEUS. lib.vI.
- (27) IDEM lib.xv.
- (28 IDEM . lib.xI.
- (29) IDEM lib. xv.
- (30) PLUTARCHUS . Sempofiac. lib.11.
- (31) VIRGILIUS. eclog.IIII. v.63.
- (22) SCHOLIASTES ARISTOPHAN.in equitib.
- (33) G.ul.
- (34) §.111.
- (35) MONUMENTA GRAECA ex Museo Na-NIO. p2g.169. & feqq.
- (36) **6.**xv1.

- (37) BELLORIUS. veterum picturae sepulcri Nason. tab.viiiI.
- (38) GORIUS . muf. Etrufc. dissert. 111. de fepuleror. ornament. cap.x111.
- (39) FABRETTUS . inscription. domestic. cap. III. pag. 161. 162.
- (40) PAUSANIAS. in Corintb.
- (41) HYGINUS . fab, CCLXXIIII.
- (42) REINESIUS . var. lib.til. cap.viil.
- (43) PSFUDORPHEUS . bymn. in Cybelem .
- (44) Pitiscus. v. Cybele.
- (45) SCHOLIASTES THEOCRITT. Idell. 17. V.XXXVI.
- (46) PLINIUS. lib.xxxvI. cap.xvIIII. n.4.
- (47) SUIDAS . V. And orafor.
- (48) POTTERUS. Archaeolog. Gr. lib. II. cap.vII.
- (49) (.1I.
- (50) MAFFEIUS. muf. Veren. pag. XXXXVII.
- (51) WINCKELMAN. monumenti antichi t.L. tab.CC.
- (52) MAFFEIUS. 1. 1. num. 11. & v.
- (53) MARMORA OXON. p.I. num.LxxIII. edit. an. MDCLxxVI.
- (54) Winckelman. l.l.num.xviiiI. & xx.
- (55) CALLIMACHUS. homon. in Pallad.
- (56) VALERIUS. MAX. lib.II.cap.I.
- (57) T. Livius . lib.xxx111.
- (58) IDEM . lib.v.
- (59) LAMIUS. acad. Cort. t.Inl.
- (60) APULEIUS. lib.mil.
- (61) OPPIANUS. de venatt. lib.ml.
- (62) FOGGINIUS. mufee Capitol. t. IIII. tab.xxxxvIIII.
- (63) FABRETTUS. inscript. domest.
- (64) Pernaus: lib.vanil. cap.xxxvinil.
- (65) PASSERIUS. offervazioni fopra alcuni monumenti del Museo Nani sez. I. pag. XXXV.
- (66) VALERIUS MAX. lib.zi. cap.i.
- (67) Homerus . Iliad. # v.230. & legg-
- (68) IDEM . odyff..4- V.130.

## MONUMENTUM VI. DISSERTATIONE ILLUSTRATUM

### ΣΥΝΟΨΙΣ

#### DISSERTATIONIS

#### IN INSCRIPTIONES BILINGUES.

~ (o) ~

S. I. I Nscriptionum διγλώτων, & πολυγλώτων praestantia innulatur; atque proponuntur ea de quibus in bac dissertatione.

agendum est.

I.II. Refellitur MARTORELLIUS, cuius si valida essent argumenta, probarent nullam exstitisse umquam inscriptionem bilinguem.

S.III. Cautiones proponuntur ad dignoscendas tum genuinas, tum falsas inscriptiones πολυγλώτιες.

J. IIII. Bilingues babentur etiam plures nummi veteres. Refellitur MAR-TORELLIUS.

\$. v. VAILLANTIUS dubitavit aliquando de ymourim bilinguium...
nummorum. Dubitat vero adhuc DIODATUS de nummis Graeco-Phoenicibus, an genuini bahendi fint; sed immerito.

S. VI. Inscriptionum πολυγλώτων plura recensentur genera.

S. VII. Ex bis rarae admodum sunt, quae accurate κατὰ λέξω diversis linguis redditae appareant. Illustratur anonymus auctor observationum in sepulcralem lapidem Sex. Varii Marcelli.

S. VIII. Quoad boc bilinguium inscriptionum genus illustrantur quoque

P. GEORGIUS; emendatur RHENFERDIUS.

S. VIIII. De iis bilinguibus impaquis disseritur, quae eumdem, aut fere eumdem sensum praeseserunt; ac primo de Graeco-Palmyrenis, ac de Latina-Palmyrena. Reselluntur FOURMONTIUS, & Monachi Maurini, auctores operis inscripti: Nouveau traité de Diplomatique.

S. X. Tum agitur de Latino-Graeca Sex. Varii Marcelli . Refellitur au-

Etor observationum in eamdem.

S. XI. Disseritur de Graeco-Latina Titi Imp. illustratur MARTOREL.

LIUS.

S. XII. Aliquid attingitur de îis întyeopoiic, quae diversis linguis diversam babent sententiam. Ostenditur GUASCUS non sibl satis constant. Refellitur MORISANUS.

S. XIII. Caussa, quae magis late patet, inscriptionum πολυγλώτων, fuit desiderium ac determinata voluntas, ut a pluribus vel incolis,

vel

vel advents diversarum linguarum perciperetur quidquid in iifdem ἐωιγραφοῦς continebatur. Hoc pluribus exemplis demonstratur.

S. XIIII. Quibus & addi debet illud trilinguis iπιγεαφής, quae Cruci D.N.

IESU CHRISTI fuit inscripta.

S. XV. Quandoque monumenta bilinguia sunt argumenta linguarum, quae eodem tempore obtinerent in natione illa, in qua excitata eadem fuere.

§. XVI. Quaedam vero monumenta demonstrant, bilingues suisse aliculus regionis populos non ea ipsa aetate, qua illa excitata sunt, sed diversis temporibus diversam obtinuisse apud eosdem linguam.

§. XVII. Quandoque bilinguia monumenta oftendunt tantummodo supremum unius nationis in aliam imperium, quin bilinguem demonstrent linguam nationis in qua illa posta sunt. DOMINICUM DIODATUM bac de re consutat JOH. BERNARDUS DE RUBEIS.

S. XVIIL Ad boc fere genus pertinent Graeca quaedam monumenta, în quibus babentur Latinae Rom. Imperatorum responssones.

S.XVIIII. Quaedam forte bilinguia excitata fuere monumenta ex genio auctoris, qui aliqua delectaretur lingua fuae nationi extranea.

S. XX. Sic poetae aliique scriptores veteres duplici quandoque lingua in

suis scriptis us fuere.

S. XXI. Ex pluribus, quae superius dicta sunt, consequens est, inscriptiones πες πολυγλώτες baud semper argumento esse, quod πολύγλωττοι fuerint cives earum urbium in quibus illae constitutae suere. Refellitur CLAUDIUS GUYOT de la MARNE.

S. XXII. Refelluntar etiam a MARTORELLIO bas de re CAPACIUS &

MAZOCHIUS;

S. XXIII. Sed confutandus est etiam MARTORELLIUS ipse.


S.XXIIII. Agitur de iis bilinguibus in 17 paquis, que alterutrius linguae corruptionem demonstrantes, proximum linguae unius interitum protendebant.

S. xxv. Diversa innuitur ratio, qua bilingues inscriptiones in monumentis

. Sunt expositae.

\$. RXVI. De aetate disseritur bilinguium inscriptionum. Reiicitnr GUYO-TII opinio.

S.XXVII. Ex bucusque dictis collectae indicantur utilitates, quae ex polylinguibus inspapais oriuntur.



## DISSERTATIO

DE ANTIQUIS INSCRIPTIONIBUS BILINGUIBUS.

S. I.



Uum ob oculos mihi versaretur proposita bilinguis inscriptio Musei Nanil, atque fere omnes diligenter observaverim huius generis vetustas ἐπιγραφὰς, quae in editis libris reperire licuit; plura quidem esse cognovi, quae animadversione digna sunt; verebar tamen, ne ea disser-

tationis alicuius laborem abs me postularent. Verum, quum de his sermonem habuerim cum viro eruditissimo, qui in litteraria repub. maximam certe nominis gloriam merito est adeptus, isque mihi auctor fuerit, ut praeconceptam non desererem ideam, eius consilio acquiescendum esse duxi, ut quoniam nemo adhuc ex instituto de hac re disseruit, ea ego de bilinguibus ἐπιγραφαῖς proponerem, quae de iisdem observanda esse exi-Rimarem . Illud etiam stimulos addidit bilinguium inscriptionum pretium, quo Angli praeclari nominis Dawkinsius, Ro-BERTUS VOOD, & BOWERIUS (1) Palmyrenas inscriptiones Graecis in eodem lapide suppositas agnovere tamquam nudas accuratafque Graecarum interpretationes. Ex quo innotescerpotest erudito orbi Palmyrenus character & lingua, quae antea erat prorsus ignota. Qua in re pariter laudem non vulgarem consequuti sunt viri clarissimi BARTHELEMYUS (2), & P.GEOR-GIUS (3) de quibus erit infra dicendum. Itaque nec labori parcam, nec diligentiae, ut suscepto oneri pro viribus satisfaciam. Quamobrem disserendum erit potissimum de varia methodo, qua eaedem conscribi ab antiquis consuevere, atque investigandae erunt a nobis caussae, propter quas scriptae suere a veteribus bilingues iniquapai. In his peragendis occurrent plures eruditorum errores emendandi, ac plura fimul ad veterum historiam illustrandam erunt a nobis adnotanda. De bilinguibus vero imigentais polliciti sumus nos dicturos, quod plerumque πολυγλώτθαι ἐπιγραφαί bilingues tantum appareant; verumtamen praetereundae a nobis non erunt paucae polylingues de quibus mentio est aliqua apud veteres scriptores. De his autem eadem prorsus inquirenda ac pertractanda, qua de bilinguibus iam sunt proposita.

S. IL

Ac primo quidem refellendus est MARTORELLIUS, cuius si probanda essent argumenta, nullam fateri oporteret existere aut exstitisse umquam inscriptionem bilinguem. MARTORELLIUS ergo (4) inter alia argumenta, quibus ostendere conatus est apocrypham esse inscriptionem Latinam, quae Neapoli reperta afferitur ab ALDO, quaeque Sebetho dicata est, illud etiam. obiecit, quod nulla Latina imigeaph Neapoli fuerit reperta, fed omnes Graeco fermone conscriptae; deinde ait: quis credat, nisi Iudaeus, in urbe Attice loquente Latine scalpi lapides? Omitto plura, quae contra Martorellium ita loquentem disputavit Antonius Veteranus (5) qui etiam Mazochil affert ab omnibus receptam opinionem, nempe Latinas inscriptiones omnium generum (Neapoli) quotidie effodi. Num vero in urbe Attice. loquente numquam ne una quidem Latina conscribi potuit inyeapì? Ergo ne una quidem inscriptio bilinguis, Graeco-Latina. Mitiorem in partem Martorellium interpretemur. Dum ait urbem Attice loquentem, intelligenda est urbs, quae uno tantum ut proprio & comuni sermone uteretur, nulla habita. ratione advenarum, qui diversas loquerentur linguas. Ita in. hac principe urbe Roma Italus fermo proprius & communis est; licet omnes fere totius orbis linguas loquantur, qui in ea funt advenae & incolae. At quot funt ex his qui aut patria tantum aut patria simul & Latina, vel Italica utantur lingua, aut bilingues excitent inscriptiones? Num ad leges provocare potuit Marorellius, quae vetaverint aliquando in Atticis urbibus Latina condere monumenta? Non arbitror, quum nulla huiusmodi sit inter tot Atticas leges, quae nobis innotescunt. Itaque nil repugnat sane, quod in urbe Attice loquente insculpi potuerint faltem bilingues inscriptiones Graeco-Latinae; idque etiam de urbe Neapoli concedere debuerat MARTORELLIUS, ut sibi ipsi magis constaret. Fatetur enim (6) Neapoli excitatum tum fuisse in Titi Imp. honorem monumentum Graeco-Latinum; ut nempe ab omnibus etiam Romanis, qui ut ipiò demonstrat ex Cicerone (7), deliciarum & voluptatis caussa Neapolim consuebant. Eergo in ea urbe quamvis Attice loquente excitari aliquando potuere lapides Graeci Latinique vel alii bilingues, sicuti eadem de caussa nunc etiam Romae & alibi contingit, De lapide qui Sebetho dicatus apparet, nos solliciti esse non possumus (de eo namque consuli potest Veteranus) sed dumtaxat de generali ipsius Martorelli propositione, quam satis iam consutavimus. Quoad bilingues nummos eumdem Martorellium paullo inferius refellemus.

S. III.

Antequam vero tractationem hanc exordiamur, animadvertendum magnopere est, sieri posse, ut quidam sint vel appareant lapides πολύγλωτίοι, quin tamen inscriptiones ipsae ad πο-אניטא referri valeant . Quandoque enim exscriptorum vel editorum incuria contingere potuit, ut exhibeantur in eodem. lapide binae inscriptiones, quae vel nihil omnino inter se commune habeant, vel casu quodam tantummodo videantur ad rem eamdem pertinere; aut etiam subspicari licet, quandoque binas in eodem lapide ab aliquo ob marmoris penuriam, inscriptas fuisse imigrapas diversarum linguarum, quae ad res plane diversas spectent. Fortasse etiam aliquando a recentioribus addita est alicui veteri inscriptioni in eodem antiquo lapide interptetatio. De hac re primo loquamur, tum de ceteris. Neapoli Graeco-Latinum est monumentum Titi Imperat. Mazochius existimaverat Latinam interpretationem Graecae inscriptioni accessisse post Titum, quod ipse censebat plurimum. disparem in eo monumento esse Graecum a Latino charactere. At Martorellius (8) iure putat, Mazochium quibusdam ineruditis exscriptoribus praestitisse sidem; quum MARTORELLIUS ipfe centies se inspexisse affirmet marmor illud, atque characteres utrosque Graecos & Latinos eadem prorsus elegantia insculptos dignoverit. Verum cl. Consinius (9) demonstravit iam Pifani cuiusdam Geminiae monumenti Latinam in alio lapide. factam interpretationem omnino recentiorem esse, eamque ex parum

parum accurata GRUTERI interpretatione prorsus exsculptam... At eruditissimis uti oportet oculis, ut huiusmodi fraudes certo detegantur. Quoad alia marmora bilinguia illustrandus est cl. Antonius Zaccarias (10) qui ex Museo Veronensi tres indicat inscriptiones bilingues; de quibus tamen ait : quantunque nel marmo ftesso sieno scolpite, diverse sono nondimeno le iscrizioni Latine dalle Greche: diversae quidem sunt; neque enim Latinarum interpretationem continent; attamen duae priores ad rem eamdem, de qua in Latinis sermo est, omnino pertinent (qua de re ex vocabulo diverse, dubitatio aliqua oriri poterat). Nam in earum altera, quae est AVIENAE BASSARIDIS FIL OPTIM, quaeque in eadem ita laudatur omni sensv vita pietate perfectis-SIMA, dicitur deinde in altero stylobatis quadrifrontis latere OEA XAPIC BACCAPIC Dea gratia Baffaris; altera vero est honoraria Lucilii Iustini, cui a tergo inscriptum est ΩPA KAI TYXH, tempus & fortuna, quae quidem apto coherent cum Latinis eorumdem titulis. De postrema nil est quod dicam; quum Mar-FEIUS Latinam tantummodo afferat.

#### S. IIII.

Iamvero dum de bilinguibus loquimur veteribus in peaçais, tam eas comprehendi in hoc fermone volumus, quae aut lapidibus, aut diversis inscribebantur materiis, quam quae in nummis fuere conscriptae. MARTORELLIUS (11) quum ex Morellio attulisset nummum Cyprium ita inscriptum: TI. CLAUDIUS. CAESAR. AVG- TR. P. EIII KOMINIOY IIPOKAOY, in cuius area scriptum est ΚΥΠΡΙΩΝ, inquit: praeter hoc Ny λω flor numisma haud scio an aliud reperire sit. Haec affirmare parum aut nil intererat MARTOREL-LIUM. Quod dixerit haud scio, prudenter asseruit. Nam quo tempore ipse scribebat, exstabant iam plures in editis libris nummi bilingues. Aliquos tantum heic indicare praestat fontes ex quibus hauriri eorumdem nummorum exempla possint Nortsius (12) nimirum affirmat, in plerisque Tyriorum & Sydoniorum nummis post Graecas inscriptiones haberi alias litteris Phoeniciis exaratas. Apud VAILLANTIUM (13) quaedam funt numismata pariter Graecis ac Phoeniciis litteris conscripta: apud VELASQUEZIUM (14) plures videre est nummos bilingues, niminun rum ut ipse putat, litteris Celtibericis, & Bastulo-Phoeniciis, sive Turdetanis signatos, de quibus tamen consulendus est etiam Stephanus Terrerius (15); Perezius autem Baierus (16) testatur se plurimos possidere nummos bilingues, nempe Phoenicios simul & Latinos. Omitto ceteros, forte inferius laudandos, quos indicavit eruditissimus Zaccarias (17).

§. v.

Ouidam aliquando spurios existimarunt nummos bilingues; quidam vero videntur adhuc de compluribus huiusmodi nummis dubitare, an spurii habendi sint. VAILLANTIUS (18) quum in Ducis Parmensis museo bilinguem nummum Tyrium. vidisset, ob eam plane caussam, quod geminae linguae duplicem inscriptionem gereret, spurium initio censuit. At ab aliis eruditis viris de illius sinceritate postea monitus priorem opinionem deseruit. At nostris hisce temporibus Dominicus Dioda-TUS (19) scribit: Ad nummos quod attinet vix equidem persuadere mihi possum, qui duplici lingua & charactere Graeco & Phoenicio, sive uno Phoenicio inscripti reperiuntur, genuinos esse . Postquam. enim Alexander Macedo ac successores cius Phoeniciam tenuerunt, priscus Phoeniciorum sermo penitus evanuit, & in eius locum Graecus successit, ut alium omnino nullum exinde Phoenicii adhiberent praeter Graecum. Qua de re indicat monumenta duo, epistolam nimirum Phoeniciorum Puteolis degentium Tyriensibus datam, eorumque ad illos responsum, utrumque Graeco fermone conscriptum. Nos alibi iam monuimus, huiusmodi Tyriorum epistolam argumentis non contemnendis aut spuriam existimari a MAFFEIO, aut in discrimen maximum vocari. Optandum magnopere est a cl. IGNARRA, ut qui eam erudito commentario illustravit (20) eamdem etiam studeat a rollas periculo vindicare. Quoad ceteros nummos nulla fortasse erit dubitandi caussa de corum ymotorirm apud cos, qui norunt linguam alicuius populi haud cito permutari in aliam, quam incorum urbem inferant coloni alterius linguae, etiamsi principis decreto extinguenda esset primigenia eiusdem urbis lingua. Nam si in ea urbe reliqui sunt plures eius populares, nonnist paullatim interire potest vetus eorumdem lingua. Quamobrem nummi illi, de quibus loquitur Diodatus ex iis forte funt, qui paullo post inductas in urbes Phoeniciorum Graecas colonias fuere cusi. Quin etiam subspicari quis poterit adhibitam in iis dem nummis linguam l'hoeniciam, etiamsi a paucis admodum tunc perciperetur, nempe ad commonstrandam nationis originem, quum addita eisdem suerit Graeca iarpean, quod tunc temporis Graeca lingua in communi esset sermone.

#### s. vI.

Genera ergo diversa, quae novimus inscriptionum aodu-วมผู้เป็น ad haec referri possunt; nempe ad Graeco-Latinas, ad Latino-Graecas; atque hae quidem inter Signaffus funt frequentiores, tum ad Etrusco-Latinas, tum vicissim, atque ad Punicas, seu Phoenicias, sive Palmyrenas, & Graecas simul, necnon Palmyrenas & Latinas, sicuti etiam Hebraicas, sive Rabbini. cas & Latinas. Alias habemus polylingues; nempe alteram τρίγλων Tar, Latinam, Graecam, & Hebraicam, alteram vero πεντάγλων Τον, nempe Graecis, Latinis, Perficis, Iudaicis, & Aegyptiis litteris conscriptam. Quaedam vero ex supradictis πολυγλώτδοις επιγραφαις adeo comparatae funt, ut in ea quae est alterius interpretatio, modo omnia prorsus contineantur, quae in altera sunt; modo vero aliqua in eadem defiderentur; modo autem superabundent. Praeterea quandoque eadem inscriptio ita exarata. est, ut plura habeat Latina, pluraque Graeca ad eamdem certe rem pertinentla, sed diversa omnino significatione; ut in pluribus inscriptionibus sepulcralibus, in quibus post nomina, aetatem, vel munera defuncti habes eiusclem laudes Graeco disticho, vel tetrasticho expositas. Aliquando etiam pauca quaedam Graeca vocabula, tamquam solemnes formulae in Latinis leguntur inscriptionibus, nulla interpretatione reddita. Ex Craeco-Latinis, aut Latino-Graecis quaedam e regione nempe in littera horizontali, quaedam vero ex linea verticali altera post aliam conscriptae sunt; quaedam tandem versibus alterno Graecis & Latinis insculptae. Alia vero sunt genera inscriptionum διγλώτων, quae barbaro more exaratae funt; vel enim. lingua Latina, sed Graecis characteribus, aut vicissim sunt omnino conscriptae; vel una eademque & Latinis vocibus Latino tino Graecoque charactere, & Graecis vocabulis, Latinisque litteris expositae. De his ergo omnibus disserendum a nobis est; atque de singulis investiganda est caussa, cur ita fuerint conferiptae.

& VIL

Anonymus auctor observationum in bilinguem lapidem Sexti Varii Marcelli, initio admonuit istiusmodi genus lapidum \*\*\* λυγλώτων maxime rarum & infrequens; quinimmo addit, pene dixerim nullum qui sepulcralis sit, praeter illum quem Graecum & Latinum refert SPONIUS (21) ad hanc diem exftitisse, saltem integrum, qui in eadem verba varietate linguarum inscriptus effet. Plura videntur heic ab anonymo scriptore affirmata, quorum aliqua haud fatis probari nobis possunt. Primo enim generatim. loguutus de πολυγλώτως lapidibus ait, hoc genus maxime rarum & infrequens; propterea paullo post ex eo quem existimavit lapidum defectu, mentionem fecit dumtaxat sepulcralis lapidis Gordiani, de quo Capitolinus & alterius non sepulcralis, qui ad Annibalem pertinet, ut narrat Livius (22). Verumtamen. plurimos nos collegimus ex Grutero, Muratorio, aliifque auctoribus, qui in lucem iam prodierant ea aetate, qua anonymus ille suas conscripsit in eum lapidem observationes. Quod vero ait de πολυγλώτδος lapidibus sepulcralibus pene nullum reperiri, hoc pariter falsum est, si generatim loquamur de inγραφαϊς fepulcralibus, quae duplici lingua conscriptae sint, qui cumque tandem sit verborum sensus; at si anonymus affirmet ferme nullum esse sepulcralem lapidem, qui duplici lingua & in eadem verba, in eamdem videlicet significationem conscripum, eidem scriptori lubentissime assentimur. Nam neque. lapis sepulcralis, quem ipse egregie illustravit, κατά λέξιν Graece redditus accuratissime est; quod tamen sieri potuisse suo loco demonstrabimus.

#### s. viiI.

Illustrandi vero sunt Rhenfredius & P.Georgius (23). Hic sapientissime plura iaciens sundamenta, quibus innixam voluit Palmyrenarum bilinguium inscriptionum, quae in Capitolio asservantur, interpretationem, ait: si interpretatio utriusque Palmyre-

myrenae inscriptionis easilem reddiderit sententias, quae in Graeca & Latina, (quibus subscriptae illae sunt) exstant, ea vera erit exacte perfecta. Sicque ex more gentis vetuftissimo, licet bilinques, eaedem tamen omnino erunt epigraphae. Vera dixit vir clarissimus tum quoad Palmyrenarum interpretationem, de qua infra erit dicendum; tum quoad veterum morem inscribendi bilingues in eadem sententia ἐπιγραφάς. Neque enim asseruit Georgius, omnes plane ac fingulas veterum bilingues inscriptiones eius generis esse, ut omnino, aut fere omnino eumdem sensum. exhibeant. Noverat enim, ut arbittor, plures esse ex antiquis bilinguibus iniquapais, quae etsi ad eamdem rem in monumento expressam pertineant, diversas tamen omnino continent sententias; ut plerumque sunt Latino-Graecae inscriptiones sepulcrales, quarum Latina describit defuncti nomina, aetatem, ac similia; huic autem haud raro additur tetrasticon, aut versus aliquis Graecus in eiusdem defuncti encomium. Sunt etiam alia eius generis Graeco-Latina monumenta, foluta oratione conscripta, quorum una pars Graece, altera Latine est exposita. Sed de his suo loco infra agemus. Quamobrem hinc etiam vel illustrandus, vel emendandus est Rhenferdius (24) qui canonem hunc statuit: in litteris Palmyrenis indagandis, & ipsis adeo inscriptionibus explicandis periculum facturi, ante omnia supponimus, quod eruditissimi quique agnoscunt, illiterati etiam ex titulo crucis Christi tribus linguis Hebraica, Graeca, & Romana inscripto scire possunt, inscriptionem barbaram eumdem sensum exhibere, atque Graecam. Eruditissimi quique agnoscunt sane plures esse bilingues inscriptiones eamdem sententiam diversis linguis exprimentes; at norunt etiam plures esse bilingues, quae diversis continentur sententiis licet ad rem camdem spectantibus. Quod autem de Graeco-Latinis certo constat, cur contingere fortasse idem non potuit etiam in Graeco-Palmyrenis, ac similibus? Adde etiam, quod sicuti quandoque in eadem marmoris facie binae conscriptae reperiuntur eiusdem linguae inscriptiones omnino diversae, ita aliquando, ut suo loco dicamus, bilingues funt, nempe Graeco-Latinae eadem ratione in eodem lapide insculptae occurrunt, quae aullam prorsus commonmonstrant inter se cognationem. Cur ergo & idem contingere posse negabimus in Graeco-Palmyrenis?

S. VIIII.

Specimen nunc exhibere praestat bilinguium inscriptionum quae eumdem, aut fere eumdem sensum praeseferunt. Melitensis celeberrima inscriptio Phoenicio-Graeca, si interpretationem' sequi oporteret, quam tradidere Michael Fourmon-Tius (25), vel aliam a Monachis Maurinis (26) propositam., ad rem eamdem pertinere quidem posset; sed diversa omnino exhibet animi sensa in Phoenicia atque in Graeca lectione. At cl. BARTHELEMYUS (27) qui rem omnem diligentius, atque ingeniosius est perscrutatus, eruditissime probavit eumdem plane sensum in utraque contineri; hoc tamen exiguo discrimine observato, quod in utraque diversa quidem sint nomina eorum, qui monumentum Herculi dicarunt, & nomeu ipsum Herculis in priori sit Phoenicio-Tyriense. At cl. auctor animadvertit, privatos in oriente consuevisse bina gerere nomina, aliud orientale, aliud vero Graecum; quae confuetudo lucem monumento affert clarissimam. Est etiam quaedam in Phoenicio titulo formula, quae implicite tantummodo in Graeco continetur. Bina funt etiam Romae celeberrima bilinguia monumenta, alterum quidem Graeco-Palmyrenum, alterum vero Latino-Palmyrenum. In priore inscriptio Palmyrena est Graecae interpretatio κατά λίξιν, sed verba seu sententiae utrobique non eamdem obtinent sedem; atque in Palmyrena mensis Hebraicus, in Graeca Macedonicus eidem respondens recensetur. In altetero autem inscriptio Latina Soli dicata habet nomina propria. corum, qui monumentum dicarunt; sed in Palmyrena eius in--terpretatione, his filentio praetermiss, eorumdem dignitas declaratur. P. Georgius Eremita Augustinianus, vir ob reconditam eruditionem amplissimam cum singulari animi moderatione coniunctam spectatissimus, qui has Musei Capitolini inscriptiones egregie prae aliis illustravit (28) inquit: in illa ( Latina ) Ti. Claudius Felix , & Claudia Helpis , & Ti. Claudius Alypus fil. eorum Calbienses de Cho. III., quasi hi soli ex hac gente fuerint, qui votum solverint. At in hac nostra (Palmyrena.) R2 Cal-

MONUMENTA GRAECA Calbienfium, & Palmyrenorum comitia, ceteris tacitis, peculiaribus nominibus, generatim indicantur. Verum ille ex Palmyreno charactere hanc proposuit interpretationem: Ara sacra Malachbelo caussa solvendi voti. Magi antistites Cohortium Calbiensium, & Palmyrenorum celebrarunt libentissime solemnia consecrationis; Itaque si licet arctiorem inter utrumque Latinum Palmyrenumque titulum cognationem admittere, argui ut arbitror poterit, supra scriptos in Latina ἐπίγεαφη fuisse Magos Antistites Cohor. tium Calbiensium & Palmyrenorum. Neque enim pugnat inter huiusmodi antistites, sive facerdotes feminam quoque recenseri; quum tot aliarum seminarum, quae sacerdotio apud gentiles fungebantur, exstent in antiquis monumentis exempla. Ceterum interpretatio ipsa est quidem accurata, verum non za. τὰ λέξιν, fed quoad fignificationem.

Celeberrimum quoque bilingue monumentum Veliternum Sex. Varii Marcelli aliquod praesesert discrimen Latinam inter & Graecam inscriptionem. Latina enim, quae primum in urna illa occupat locum, siglis adnotata habet sestertia diverfa, quae pro diversis procurationibus accipiebat Sex. Varius Marcellus, quae quidem in Graeca desiderantur, sicuti pariter Soemia in Latina, iniquaon dicitur c. F. Caii filia, quod prae. termissum est in Graeca eius interpretatione. Hac de re anonymus auctor (29) observationum in illud monumentum scribit: Quod in Graeca versione lapidis desint litterae C. CC. CCC. nullum facessit negotium. Graecus enim auctor compendiariae illius Latinae notae, qua stipendia designantur, sortasse ignarus, omittendam. eam censuit, ut omisit ... Soemiae titulum C. F, vel certe, si eas litteras novit, noluit tamen illius in Graecam inscriptionem traducere, quod nulla forte ei Graeca vox in promptu esset, quae Latinae satis apposite responderet. At de notis stipendiorum omissis a Graeco interprete eadem videtur inquirenda ratio, ac de omifsis verbis Soemiae nomini in Latina additis. Quis vero sibi suadeat, non potuisse quam facile Graecae interpretationis auctorem abs Latini tituli auctore, vel ab alio quolibet Latino Velitris degente siscitari earum notarum significationem . Urna

enim

enim illa ita dispositas habet Latinam Graecamque inscriptionem, ut certe primus monumenti auctor utramque in ea voluerit exprimi. Quare ipse quoque curavit magnore, ut accurata fieret Graeca Latinae inscriptionis interpretatio; adeoque ut Graecus interpres facile intelligeret earumdem notarum fignificationem. Quo semel constituto, verosimile ne est, Graeco scriptori in promptu minime fuisse voces l'AIOT OTLATEPA, quibus redderet notas c. F.? Plures certe funt Graecorum lapides, in quibus similes exprimuntur dicendi formulae; ut our big dicam in tractatu de Graecorum nominibus. Idem dic de aliarum notarum interpretatione. Rarissime quidem habentur in-Graecis invegaçui, stipendiorum notae; habentur tamen bis apud DAWKINS UM, eiusque socios editores libri inscripti: les ruines de Palmyre; nam in in in jagaquis Graeco Palmyrenis xvI. & xvIII. legimus aliquem Juniagior. Itaque alia etiam excogitanda videtur praetermissae interpretationis caussa, quae verosimilior appareat. Arbitrari nempe liceat, neglectas sestertiorum. C. CC. CCC. notas vel quod Graecum non ell Auxuvagio, vel quod Graeci in suis i zu per qui, non solerent addere stipendia, quae ex publicis muneribus perciperent, qui eadem administrabant; aut neglectas fuisse, quod parum intererat Graecos scire illorum. munerum stipendia; quum praesertim parum interesset etiam Latinos; nam inter tot eorum huius generis vetustos lapides vix unum affert auctor illarum adnotationum, in quo additum fuerit muneri stipendium. Ex oscitantia vero petendum videtur, quod notas alias c. r. Graecae non reddiderit interpres.

S. xI.

MARTORELLIUS (30) quum animadvertisset in Graeco-Latino marmore Titi Imp. deesse Latinam munerum gymnicorum interpretationem, ita Mazochium emendat, suamque proponit opinionem: Si vero gymnastica munera Latialiter reddita minime. vides, ne sidem magno viro praestes, factum ab Neapolitanis ob spatii caritatem; sed eo quod vocum egentissimum sit Latium, ut vin... Graecam, ac potestatem adsequatur; quis enim Latine vel multis verbis dicat à yarobethaze; ne ipse quidem eloquentissimus MAZOCHIUS; quare potius suit Neapolitanis Graecanicas voces praeteriisse, quum Lati-

Latina confecta, atque nil respondentia scalpere. Affirmat quidem in primis MARTORELLIUS, ab aliquo Neapolitano Latinae loquutionis haud satis perito peractam illius Graecae iniversità interpretationem; quod tamen quomodo probari possit non video. Sed verosimilius certe est, eamdem perfectam fuisse a. Romano viro, vel ab aliquo Neapolitano, cui incomperta non esset Latinae linguae in hisce muneribus exponendis consuetudo. Quod si quaedam Graecorum voces non satis apte ad Latinam linguam transferri possent, tunc si voluisset auctor Latinae interpretationis ipsas in eamdem inserere, Graecas posuisset Latinis characteribus & inflexione, ut alia Graeca plura. in Latinam linguam funt translata. At vocem quidem ITMNA-ZIAPXHZAZ poterat, ut fecit Tullius (31) reddere Gymnasiarchus. In Latina autem i wiyeson apud Muratorium (32) est vox AGONOTHETA, itemque in alia apud GRUTERUM (33). Itaque allata ratio ex Latinae linguae pauperie Martorellium non iuvat. Quare aliam si licet excogitare, arbitrari etiam possumus praetermissa fuisse ea nomina in Latina interpretatione, quod etsi quidam Rom. Imperatores eo munere perfuncti aliquando fuerint, id tamen non videretur Romanae gravitati omnino convenire, ut Imperator ille qui in eo monumento laudatur, ut PONT. MAX. COS. ET CENSOR, diceretur etiam Gymnasio & ludis Praesectus. At de his quidem iam satis multa.

S. xil.

Pauciora igitur dicemus de alio genere inscriptionum, quae diversis linguis diversam ita praeseserunt sententiam, ut omnes tamen ad eamdem rem, eumdemque sermonis σκοπον pertineant. Sunt aliquae Latinae, quibus Graeca tantum additur brevis formula, aut brevis sententia. Sic praeter allata superius (34) en pauca alia exempla. In Latina sepulcrali apud Gruterum (35) legitur ΓΡΗΓΟΡΙ ΧΑΙΡΕ ΟΡΕΣΙ ΑΕΙΜΝΗΜΩΝ; in alia pariter Latina sepulcrali (36) ΕΤΔΡΟΜΙ; in alia quoque eius seneris (37) ΧΑΙΡΕ ΝΙΚΑCΙ ΥΤΕΙΑΙΝΕ ΝΙΚΑCΙ: quae formulae positae sunt ad latera eius sem lapidis; sicuti alibi pariter cernere est apud eum Gruterum (38). Alias huius modi Graecas formulas in Latinis επιγραφαίς habemus apud Muratorium (39). Italetiam

etiam in quibusdam Graecis lapidibus apparent Latinae quaedam formulae, ideo forsan additae, quod auctores inscriptionum easdem nescirent exprimere Graece. Sic apud GRUTE-RUM (40) in fine Graecae ἐπιγεαφῶς votivae dicitur Ex voτo. Sic apud Muratorium (41) ex oracvlo, & alibi (42) L. D. D. D. Praeterea haud raro in Latinis inscriptionibus longiores obtinent Graecae sententiae carminibus exaratae in laudem defuncti; cuius moris exempla cuique facile occurrunt. Quandoque Graeca inscriptio adiunctam habet aliquam soluta oratione. fententiam. Inter Capitolinos recensetur a Francisco Eugenio GUASCO lapis inscriptus AII HAIM METAAM ZEPATIAI KAI ZYNNAOIZ ΘΕΟΙΣ, quibus Λ. ΚΑΣΣΙΟΣ ΕΥΙΥΧΗΣ plura offert dona; tum. vero post Graecam i aryandir legitur Latine PERMISSV C. NISENI MA-RVLLI PONTIFICIS. In primo musei volumine scripsit Guascus, binas huiufmodi inscriptiones in una tantum tabula inscite ab aliquo marmorario fuisse connexas; quod Mazochius, & Gru-TERUS Latinam tantum attulerint, forte quod eorum aetate nondum fuerint in eodem lapide insculptae. At in postremo eiusdem musei volumine, in quo iterum, sicuti in primo suerat pollicitus, eamdem Graecas inter in eau collocavit, in eau verba PERMISSY C. NISENI &c. haec animadvertit: non enim licebat donaria Diis offerre, nist permittente Pontifice; ibique addidit etiam, hanc a REINESIO obtruncatam, Latina parte penitus omiffa, quod Latinam ad Graecam minime pertinere incuriose censuerit. Hoc igitur loco fatetur Guascus, non inscite ab aliquo marmorario fuisse simul hasce inscriptiones in eadem tabula coniunctas. Nobis vero maxime probatur ratio, quam ipse attigit; quod nimirum haud liceret fine Pontificis permiffu donaria Diis offerre. Sed cur haec permissio non Graece, sed Latine addita ut superiori Graecae inscriptioni? Arbitror id factum ad retinendam Romanae religionis dignitatem auctoritatemque; sicuti ad fervandum reipub. Rom. splendorem atque iurisdictionem Graece interrogantibus Latine respondebant Rom. magistratus; ex quo pariter natae sunt bilingues quadam inscriptiones; qua de re dicendum erit inferius (43). Quamobrem probari nobis nequit bilinguium quarumdam inscriptionum ratio a Mo.

a Morisano (44) excogitata; quod nimirum Diis romáois bilingues politae fint inique , quasi eos utraque lingua prosequi oporteret. Quae quidem coniectura nullum habet, eui innitatur, fundamentum. Itaque ab bilinguium inscriptionum caussas investigandas progrediamur.

S. XIII.

Prima igitur, ac forte quae magis late patet, ob quam. conscriptae sunt δίγλωτίω ac πολύγλωτίω inscriptiones, ex eo repetenda est caussa, quod earum auctores cuperent, ac vellent magnopere easdem innotescere aut compluribus, aut omnibus si fieri posset, qui ad ea loca appellerent, in quibus monumenta illa excitata fuere. Atque hoc primo quidem fuadet ipfa re-Cta ratio ex linguarum institutione desumpta; ut cuique satis patere arbitramur. Tum vero id magis magisque confirmant historica monumenta. Ouum Hyrcanus Iudaeorum Pontifex atque Ethnarcha, sicuti narrat FL losephus (45) a C. Iul. Cae. fare petiisset, ut amicitiam cum ipso instauraret, Imperator huic assensus est, atque Sidoniis decreti exemplar misit, dequo etiam ita praecepit: βέλομαι δέ και Έλλικς ικαι 'Ρωμαϊκί έν δέλο τω χαλκή τέτο ανατεθήναι: Volo etiam, ut Graece Latineque tabulis aereis mandetur. Huius vero bilinguis decreti caussam ex eodem Iosepho intelligere possumus (46). Nam ipso auctore idem. Imperator aliud decretum reddidit in Iudaeorum favorem, aereamque tabulam decreti iussit poni pluribus in locis izuszaραγμένην γράμμασι 'Ρωμαϊκοίς τε κού 'Ελληνικοίς, inscriptam litteris Latinis, & Graecis nempe ut διατάγματα πίμλαι στανταχά, mandata. passim divulgentur. Ita alio in loco (47) apud eumdem losephum Marcus Antonius Triumvir Tyriis scripsit decretum, de quo inquit, βέλομαι όμας φροντίσαι, έν' αυτό είς τας δημοσίης ένταξητε δέλτες γράμμασι 'Ρωμαϊκοίς και Έλληνικοίς, και έν τῷ ἐπιφανες άτφ ἔχητε γεγραμμένον, όπως ύπὸ σάντων άναγινώταισθαι δυνήσεται, volo, ut illud in tabulas publicas litteris Latinis Graecisque referatis, idemque scriptum reponatis in loco maximae illustri, ut ab omnibus legi possit. Narrat quoque idem FL. Iosephus (48), quod in templi secundi vestibulo paribus disiunctae intervallis constitutae fuerant siλαι, τὸν τῆς άγνείας προσημαίνεσαι νόμον αὶ μεν Ἐλληνικοῖς αἱ δὲ 'Ρωμαϊzoic.

κοίς γράμμασι, μη δαν άλλόφυλον έντος τε άγιε παρίναι, columnae ingressuros de lege munditie praemonentes, aliae Graecis, aliae Latinis litteris, nemini licere alienigenae in locum sanctum intrare. Quod etiam alibi apud eumdem scriptorem inferius (49) dictum reperitur. Eamdem cauffam recenfet lul. Capitolinus (50) dum iple ἐπιγραφὴν aliam πεντάγλωτίον, excitatam refert in honorem Gordiani III., qui in Persidis finibus obiit : Gordiano, inquit, sepulcrum milites apud Circeium castrum secerunt in finibus Persidis, titulum huiusmodi addentes, & Graecis, & Latinis, & Perficis, & Iudaicis, & Agyptiis litteris, ut ab omnibus legereture DIVO . GORDIANO . VICTORI : PERSARVM , VICTORI . GOTHORYM . VICTORI . SARMATARVM . DEPVLSORI . ROMANARVM . SEDITIONVM . VICTORI. GERMANORVM. SED. NON. VICTORI. PHILIPPORVM.... quem titulum evertisse Licinius dicitur, eo tempore, quo est nactus imperium, quum se vellet videri a Philippis originem trahere. Quamobrem idem ferendum quoque est iudicium de Annibale, qui, ut narrat T. Livius (51), quum aetatem transegisset prope-Junonis Laciniae templum, ibidem aram condidit dedicavitque. cum ingenti rerum abs se gestarum titulo Punicis, Graecisque litteris insculpto; quod contigisse dicitur anno ante Christum CLv. Simili de caussa titulus crucis IESU CHRISTI D.N. litteris Hebraicis. Graecis, & Latinis conscriptus suit; de quo paullo post breviter differemus. Itaque & de aliis plurimis bilinguibus, seu nolylinguibus monumentis eadem excogitanda est caussa; licet non omnium plane eadem censeri possit; ut suo loco erit a. nobis animadvertendum.

#### S. XIIII.

Supradicta igitur de caussa impositus est cruci D. N. Iesu Christi titulus tribus linguis conscriptus. De ordine, quo tres in eo linguae dispositae fuere, aliqua apparet dissentio inter Evangelistas Lucam, & Iohannem. Ille enim (52) ait: erat autem & superscriptio scripta litteris Graecis, & Latinis, & Hebraicis. Iohannes (53) vero inquit: & erat scriptum Hebraice, Graece, & Latine. Vel uterque, vel unus saltem ex hisce scriptoribus nullam in sua historia habuit rationem ordinis, quo trilinguis illa in spanni fuit conscripta. Honoratus Niquetus (54) putat verosi-

S. XV.

dum tribus linguis antea recensitis,

Quandoque bilinguia monumenta, ut funt nummi ipsi Nyλωτία, demonstrant unius nationis in aliam imperium, sh mulque etiam argumenta funt linguarum, quae in ea natione vigerent, in qua percussi suere. Si nimirum in aliquam unius nationis devictam urbem inducta sit a victoribus alterius nationis colonia; tunc utique necesse est, ut in eadem urbebinae exstiterint linguae saltem ad magnum aliquod temporis intervallum. Quamvis enim victores aliquando voluerint &

Digitized by Google

novas

novas leges, novamque linguam in devictas urbes inducere: id tamen nonnisi post longum aetatis intervallum obtinere. poterant. Aliquando autem victoribus ipsis satis fuit Imperium in devictas urbes retinere, non mutata earumdem lingua; ita ut si postea contigerit linguae permutatio, alteri sit prorsus cauffae adscribenda; quum nempe unius populi pars alteri ita... numero praevaluerit, ut paullatim unicus veluti effectus sit. Ex recensitis porro caussis intelligi facile potest, cur apud SEGUINUM, & TRISTANUM habeantur nummi, qui ex una parte exhibent Latina Traiani nomina in aversa autem praebent Graeca urbium in quibus percussi sunt, ut AIKTYNNA, vel KOINON KPHTΩN. Huius generis occurrunt etiam antiqui aliquot Macedonum nummi habentes hinc MAKE, seu MAKEAONON, illinc vero AESILLAS proprium Latini viri nomen. Intelligitur etiam, cur aliquando in eadem nummi area & inscriptione permixtae simul fint ex duplici lingua voces ac litterae; ut in nummis Carrenorum, & Philippensium, atque etiam Damascenorum, in quibus legitur COL. DAMA. METPO, colonia Damascus Metropolis in nummo Treboniani Imp. in gaza Reginae Christinae; & in altero Aemiliani apud Patinum, & Vaillantium AAMACCO COAONIA MHTPO s. c. Nimirum primi generis exempla integram adhuc utramque linguam, alterius vero generis iam collabentem unam ex iis demonstrant; qua de re infra adhuc erit dicendi locus.

S. xvI.

Bilingues inter iniquadis collocandam esse reor celeberrimam inscriptionem Sigeam. Quamvis enim duplex ea ita appareat, ut eadem Graeca lingua fuerit utraque conscripta; attamen altera quidem antiquioribus, altera vero minus antiquis Graecorum litteris exarata est. Quamobrem iure merito censuit Chishullus posteriori aetate additam marmori suisse eiusdem significationis imiquadir, characteribus post Simonidem usitatis conscriptam. Videtur quidem, recentiorem hanc iniquadir conscribi debuisse post illam, quae primo antiquioribus litteris suerat exarata, quum tamen eidem anteposita sit; at hoc ipsum probare potest, inscriptiones illas diversis plane temporibus

ribus in eodem marmore fuisse insculptas; quum enim antiquior ἐπιγεωφὶ fere in medio lapidis fuerit inscripta, rudioribus etiam oculis rectius apparere debebat, superius recentiorem. potius quam inferius esse conscribendam, ne vacua omnino conspiceretur eiusdem lapidis pars superior. De Herodis Attici columna seu inscriptione Graeco vetustiori charactere, secundo Ecclesiae saeculo conscripta, satis prudenter (in dissertatione, quam rur Osa edemus in vetustissimam hospitalem. tesseram Borgianam ) subspicati sumus, bilinguem illam suisse exaratam, ita ut in alia columna vel Latina, vel faltem Graeca, communi tunc charactere, alia quoque inscriptio eiusdem. prorsus cum Graeca vetustioribus litteris inscripta esset significationis. Ex aliis pariter bilinguibus imigrapais aut certo scimus, aut non temere subspicari cum viris eruditis possumus, diversis temporibus alterutram fuisse conscriptam. Id vero iudicare possumus ex pluribus circumstantiis; sed potissimum, si licet, ex historicis monumentis earum regionum, in quibus huiusmodi polylingues inscriptiones primum excitatae sunt, tum etiam ex eo ordine, quo in lapidibus aliisve monumentis funt dispositae. Qua propter ex hac postrema observatione. certo sane novimus, Veliternam iniquagni Sex. Varii Marcelli Graece Latineque conscriptam fuisse eadem prorsus aetate; quum ita in urnae illius facie dispositae sint, ut nullo modo singi possit, excogitatam posteriori aetate fuisse alterutram inscriptionem. Ex his ergo argumenta habere possumus, quibus ex bilinguibus i arypapais probetur fuisse in aliqua urbe bilingues aut incolas, aut advenas; aut contra.

#### S. XVII.

Itaque inscriptiones bilingues seu polylingues argumento quandoque sunt, in urbe illa in qua excitatae primum suere, vel exstitisse incolas, vel advenisse advenas polylingues. At quandoque etiam in alium sinem conscripta dici debent quaedam monumenta, ut de antiquis nummis disserendum est. Dominicus Diodatus (56) de nummorum linguis generatim itassituit: priscis, inquit, nequaquam id moris suit quod nostris regibus modo est, qui nummos plerumque non vernacule, sed Latines inscri-

inscribunt. Illi qua lingua vulgo utebantur, eadem numismata inscribebant; ut ex iis non modo qui cuiuscumque populi sermo fuerit, sed etiam quae eius sermonis origines, quae matationes & incrementa. certissimis veluti fatentibus testibus. Similia dixerat Spanhemius (57) cui innixus est Diodatus. Contra vero scriptor alter, cuius nomen memoria excidit, putat Latinos nummos in urbibus linguam aliam loquentibus cufos fuiffe, ut honor deferretur Romanis, qui in iisdem civitatibus aliquod exercebant imperium. Ita etiam censet doctissimus Iohan. Bernardus de Ru-BEIS (58) qui DIODATUM refellens existimantem Palaestinae vernaculam linguam Macchabaeorum aetate fuisse Graecam, sive Hellenisticam, respondet nummos ac numismata esse argumenta imperii, eaque praetorum auctoritate cusa suisse; proptereagie mirum non esse, quod iis temporibus, quibus Palaestina Latino Graecoque parebat imperio, nummos quoque. ac numismata Graece, Latineque percussa suerint. Quamquam vero observat etiam iisdem temporibus, Simonem illustrem virum ex Antiochi privilegio, de quo mentio est in Macchabaeorum libris (59), nummos ac numismata suo nomine percussisse Hebraica, seu Syro-Chaldaica lingua conscripta: quae quidem genuina esse fatentur Soncietus (60), Iohan. Bapt. Prilesz-KYUS (61), CONRIGIUS HERMANNUS, apud Ugolinium (62), & HARDUINUS apud eumdem (63). Itaque si admittenda foret Diodati opinio, consequens inde foret nummos bilingues argumenta semper esse, quae probarent duplicem linguam apud populos, apud quos cusi fuere, usitatam fuisse; quum ex antea observatis repetenda ex alio fonte sit caussa bilinguium huiusmodi nummorum.

#### S. xviil.

Ad hoc fere genus bilinguium inscriptionum pertinent illae, quae continent aliquam Graecorum petitionem Graece expositam, ac praeterea Romanorum responsionem Latinis verbis expressam Sponius (64) habet Graeco-Latinum Smyrnaeorum monumentum, quod huiusmodi est: prior eius pars Graeca est epistola, sive supplex libellus Sextilii Acutiani ad Antoniuum Imp. petentis antigraphum cuiusdam sententiae a

D. Ha-

D. Hadriano in eius favorem latae: huic Latinis, paucisque verbis pro imperii maiestate respondet Antoninus concesso Romae figillo, ul non maii &c. Tum vero Graeco sermone testes latae sententiae recensentur septem vel octo; ac demum Latina lingua publicis duobus scribis praecipitur sententiae seu constitutionis legitima editio. Haec observavit Sponius; nihilque aliud praeterea; neque enim rationem reddidit, cur Latina positasit Graecis petitionibus responsio. Sed illa in promptu est ex TRIPHONINI L. decreta ff. de re iudicata in qua ita statuitur: decreta a praetoribus Latine interponi debent; quae quidem lex supponit, agitari caussas coram hominibus exterarum nationum, quibus danda essent Rom. magistratus decreta; secus eadem lex frustra omnino fuisset excogitata. Sed quoad Graecos ipsos testatur Valerius Maximus (65) nonnist Latina iis danda fuisse a Romanis responsa; ut nimirum hac ratione Latinarum litterarum augeretur splendor, atque in nationes omnes effunderetur. En Valeril Max. verba, quae rem mirifice declarant: Magistratus vero prisci quontopere suam populique Rom. maiestatem retinentes se gesserint, hinc cognosci potest, quod inter cetera obtinendae gravitatis indicia, illud quoque magna cum perseverantia cuftodiebant, ne Graecis umquam nisi Latine responsa darent. Quinetiam ipsa linguae volubilitate, qua plurimum valent, excussa, per interpretem loqui coyebant; non in urbe tantum nostra, sed etiam in Graecia & Asia: quo scilicet Latinae vocis honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur. Consulendi praeterea sunt, qui huic testimonio adnotationes adiecere. Servata non videtur hniusmodi Romanorum consuetudo in alio Smyrnaeo monumento, apud eumdem Sponium (66); in quo quidem monumento habentur fasti synodi Mystarum; tum vero epistola pariter Graeca M. Aurelii ad ipsam synodum Mystarum, qui eidem de nato eius filio gratulati fuerant; ac demum altera Graeca epistola Antonini Pii ad synodum eamdem. Verum hoc adscribendum est Smyrnaeis illius aetatis, quibus magis cordi fuit suis popularibus notam facere totam illam historiam, quam. Romanorum consuetudinem servare; quam forte etiam ignorarunt eius monumenti auctores.

S. xviiil.

#### S. XVIIII.

Sicuti vero diversa plane sunt hominum ingenia in rebus quamplurimis; ita & ex hoc ipso fonte petenda fortasse sunt aliqua bilinguia monumenta. Quemadmodum ergo qui extera. aliqua lingua delectatur, eamdem & in fermonibus, & in scriptis suis facile usurpare solet; sic eruditus forte aliquis ex veteribus quopiam extero idiomate delectatus, eodem usus pariter est in excitando aliquo publico monumento ad perennem posterorum memoriam; licet in eius urbe nec incolae, nec advenae eamdem adhibuerint linguam. Propterea ut omnibus, faltem civibus suis innotesceret, quod publici iuris faciebat monumentum, illud extera, patriaque simul lingua exarandum curaffe dicendus erit. Ita forte de Herode Attico subspicandum, ut superius dictum a nobis est. Ad hoc pariter inscriptionum genus referri debent plures Graeco-Latinae, aut Latino Graecae apud Romanos conscriptae; in quibus quidem aliud Graecis, aliud Latinis vocibus exprimitur; & in. quibus pauca aliquando funt Graeca verba, tamquam formulae aut solemnes, aut Graecis quibusdam auribus gratissimae.

S. XX.

Ex hoc more inscribendi bilingues in monumentis plurimis inizeapas fortaffe orta est quorumdam verum poetarum Latinorum consuetudo exarandi carmina litteris Siz Adiflais. PLAU-TUM enim novimus Punicos versus in Poenulo conscripsisse. Ausonrus autem qui floruit faeculo IIII. quum Graece effet eruditissimus, plura habet carmina Graeca Latinis diversa methodo intermixta. Nam tetrastichon xxvIII. & xxxII. ita compofuit, ut hexametra Latinis, pentametra Graecis versibus constarent: contra vero epigramma xxxx. habet hexametra Graeca, pentametra Latina; praeter postremum, cuius utrumque hemistichium Graecam vocem continet. In carmine cccl. feptem Sapientum dicta Graece identidem inferuit, ac Latine eadem interpretatur. In elegia coccul. plures digessit Latinos versus, tum post hemistichium Latinum aliud Graecum cum pluribus aliis pariter Graecis adiunxit. Demum carmen ccccl. mira varietate Latini Graecique sermonis distinctum est; nam vix unus

unus est versus omnino Graecus; ceteri Latinis Graecisque vocibus sunt compositi; quinimmo quandoque etiam vocemunam ex utraque lingua constare voluit, & modo Latinae terminationem Graece, & vicissim exposuit. Sic Cicero, sic alii veteres Latini auctores saepe Graeca verba, Graecasque sententias in suis scriptis inseruere; quod sane quandoque ad absconditam quamdam scribendi rationem, quandoque vero ad solam Graeci termonis delectationem usitatum ab iisdem suiste comperimus.

. S. xxI.

Ex iis ergo, quae hucusque dicta a nobis sunt, consequens profecto est, bilingues aut polylingues inscriptiones argumentum semper non esse, quod probet, eius urbis populos apud quos primum repertae sunt polylingues inigeapai pluribus aliquando linguis usos fuisse; quam quidem consequutionem. arbitror satis probatam ex Gordiani 111. Imp. titulo apud castrum Circeium ad Persidis fines a militibus posito atque tot linguis inscripto, quot certe in Perside minime obtinebant. Refellendus ergo est loseph Chaudius Guyot de Marne (67), qui veterem ἐπιγςαφὴν Melitensem Punicis, ut ait, Graecisque litteris insculptam illustrans scribit, coniici posse, ut marmor illud clare demonstrat, non modo linguam Punicam in usu suisse apud Melitenses ea aetate, qua excitata est inscriptio illa, sed Graecam gaoque iisdem tum samiliarem suisse. Resellendus, inquam, Guyorius non quoad coniecturam in se ipsa consideratam, sed quod nullam aliam meminerit caussam bilinguium inscriptionum, prater eam quam ipse commemorat, ex qua deinde, ut suo loco dicemus, aliquam eiusdem inscriptionis epocham determinat. Neque enim ullum pondus est in coniectura ad epocham stabiliendam, nisi aliae perpendantur bilinguium inscriptionum caussae, ita ut verosimilior saltem commonstretur altera ex pluribus, quae fingi possunt eadem de re hypotheses. Namque ut infra dicemus (68), fieri etiam potest, ut Graeca. inscriptio, tamquam Punicae interpretatio posteriori aetate, qua in desuetudinem abierat Punica lingua, addita monumento suerit, quo semel constituto actum prorsus esset de Guyoril opinione. S. XXII. s. xxiI.

Hinc vero illustrandi vel emendandi sunt CAPACIUS, & MAZOCHIUS, ac MARTORELLIUS ipse, qui eosdem reprehendit. Quum enim Neapoli inventa fuerit bilinguis, nempe Graeco-Latina invreage Titi Vespasiani, hinc CAPACIUS, & MAZOCHIUS, qui in ea erant opinione, ut putarent Neapolim fuisse Romanorum coloniam, ex ea bilingui inscriptione suam sirmari sententiam existimarunt. CAPACIUS (69) ait: ex Graecis Latinisque. characteribus Romanam diiudica coloniam, MAZOCHIUS (70) autem inquit: Verum, si quod res est, fateri volumus, consuevit hoc in. Graecis urbibus, ac postea in dignitatem coloniarum provectis, ut Graeco-Latinas inscriptiones facerent; mox vero ad Capacil opinionem confirmandam ait, Romanorum moris fuisse rem unam. pluribus linguis inscriptam proponere; ac demum id constare e titulo crucis Christi. MARTORELLIUS (71) vero ad haec scribit: tantum abeft, ut πολυγλώτοις titulis, qui in aliqua urbe visuntur, eam fa-Etam coloniam credas, ut potius contrarium diiudices: etenim scimus, Hierosolymorum cives Tiberii aevo suis legibus quamplurimis adhuc victitantes, nec coloniae nomenclaturam adeptos, quod sub Hadriano accidisse constat; rely > willow epigraphen cruci affixisse praesidem scimus, ut in maxima ac frequentissima advenis urbe ab omnibus perlegeretur. Addit etiam: insulam Cyprum numquam legimus coloniam invectam, nummum autem Graecolatiarem Cyprii ferierunt; de quo supra diximus. Quamobrem ex lor. Capitolono, de Gordiano III. loquente, probat marmora πολύπλωτία conscripta fuisse, ut ab omnibus intelligerentur; atque ex aliis veteribus demonstrat, Neapolim plures Romanorum etiam nobiliorum. voluptatis caussa confluere consuevisse; ut rationem reddat, ob quam Graeco - Latinae inizeapai ibidem fuerint excitatae. C. xxIII.

CAPACIUS ergo dum ait, Neapolim ex Graecis Latinisque characteribus illius iniques Romanam diiudicandam esse coloniam, in eo errat, quod videtur generatim statuere, bilingues inscriptiones in aliqua urbe excitatas certo argumento esse, urbem illam suisse alterius coloniam. Etenim & si quandoque haec suerit caussa, cur inscripta sint bilinguia monumenta, ea tamen

tamen tamquam unica huius bilinguis scriptionis ratio minime defendi potest; ut antea demonstratum a nobis est. Hinc etiam atque simul ex suis principiis refellitur Martorellius. Quum enim tituli ωολύγλωτίοι, fatente ipfo scriptore conscripti fuerint, ut ab omnibus perlegerentur; verosimillimum est, aliquando excitatos in iis urbibus fuisse, in quibus erant coloniae, praesertim iis temporibus, quae proxima essent coloniarum deductioni; tunc fiquidem urbs σολύγλωτίω fuerit necesse est, si colonia deducta alterius fuerit linguae ab illa, quae in ea urbe, in quam inducta fuerit, obtinebat. Itaque ex eo quod bilingues exaratae fuerint in jeapai in iis civitatibus, in quibus nulla deducta est colonia, minime consequens est, ut scribit Marto-RELLIUS, contrarium potius ferendum esse iudicium. Nam ex eo quod allata bilinguium inscriptionum exempla ad eas pertineant urbes, quae colonias numquam noverint, consequens minime est, non potuisse eadem bilinguia monumenta in aliis urbibus excitari, in quas coloniae deductae fuerint; neque enim ex antea dictis contradictoria est ratio. Quinimmo promptior est caussa excogitandi in his urbibus bilinguia monumenta, quum in iisdem paratior fuerit occasio eadem conscribendi. Quoad hucusque recentita veterum bilinguium inscriptionum genera, utile erit observare plures infimae aetatis lapides de γλώτθες, qui in hac urbe iacent, quos diligentissime collegit eruditissimus Praesul Stephanus Borgia, quosque pollicetur & in lucem editurum; nam earumdem ປ່າງໄຜ່າງໃໝ່ inscriptionum... idem prorsus systema est ac veterum, quas illustravimus; ac praeterea ex ipsarum observatione aliquid elici poterit, quod antiquioribus lucem praebeat.

#### S. xxiiiI.

Aliud tandem est bilinguium inscriptionum genus, quod ex alio fonte suam ducit originem. Sunt nempe inscriptiones haud paucae Latinae characteribus Graecis expressae, vel Graecae Latinis; sunt vero quaedam tum vocibus, tum characteribus Graecis Latinisque permixtae ita, ut in aliqua ex his vocibus permixti quoque sint Graeci Latinique characteres. Unum saltem utriusque generis exemplum afferre oportet, antequam.

in huiusmodi moris caussam inquiramus. Ac primo quidem sit postremi generis inscriptionum exemplum ex Morisano (74), qui inter marmora Regina hoc habet:

D. M
FABIA SPERATA
SAAAVSTIS
AGATHOCLES
OCAERODIOS

ATOIC EHOHCAN

Diis . manibus
Fabia . Sperata
Sallustis
Ayathocles
o re) pod G.
sauroic saonae

D. M
Fabia Sperata
Salluftis
Agathocles
qui & Rhodius
fibi ipfis fecerunt

Prioris vero generis en primum exemplum, quod nobis suppeditat idem Morisanus (75) AIBERE MAZIMIAAE COIOTTE AMANTISSIME DEKIT EN MAKE. Atque hoc quidem Latinum Graecis characteribus expositum. En vero aliud vicissim Graecum Latinis expressum (76) d. ivlia politice doese osiris to psycron hydor, sive det tibi Osiris aquam frigidam. Plura alia huiusmodi affert, aliaque indicat idem Morisanus. Recte vero observat, quod aliis quoque eruditis viris probatum est, supra allatas intypada, vel alterutrius, vel utriusque linguae proximum protendisse interitum. Fatetur etiam, plurimos eorum lapidum scriptos a plebeiis hominibus, quibus vulgares de trivio voces in deliciis sive in usu potius erant; ex iis tamen ea ratione corruptis inscriptionibus iure colligit alterutrius saltem linguae declinantis ac pereuntis indicia.

J. xxv.

Postquam diversas bilinguium inscriptionum caussas perscrutati sumus, animavertenda est etiam methodus, qua in lapidibus illae conscribi consueverint. Itaque inscriptio alia post aliam in linea verticasi exarata cernitur; atque fere omnes hac ratione in marmoribus collocatae reperiuntur: sed aliquando alterius inscriptionis interpretatio e regione ut ita dicam durento aliante inscriptionis interpretatio e regione ut ita dicam durento aliante inscriptionis interpretatio e regione ut ita dicam durento aliante inscriptionis interpretationis interp

γράφε exculpta est, in linea nempe horizontali, ut sunt inscripriones Latina & Graeca in urna Varii Marcelli, & altera Graeco Latina apud Lancellottum Castellium (75); aut alia fingulari prorsus methodo, alternis nempe lineis inscripta est in lapide, ut Latino-Graeca apud Sponium (76) Dianae Ephesiae, & Imperatori Caesari dicata. Praeterea in quibusdam lapidibus, qui Latinas continent inscriptiones, hinc inde ad latera, ut alibi superius observavimus, insculptae sunt Graecae voces, tamquam folemnes formulae. Iamvero in iis bilinguibus, quarum una est alterius interpretatio, observandum est etiam, quandoque interpretationem adeo esse accuratam, ut voces vocibus in eadem linea, eodemque lineae loco insculptae fuerint; at saepissime in accuratis etiam interpretationibus, & linearum diversus est numerus, & diversa quoque vocum collocatio; quod quidem maxime perspicuum est in taipe ozic Graeco Phoeniciis, aut Graeco Palmyrenis, & Latino-Palmyrenis, atque etiam in Etrusco Latinis, ob ingentem linguae & characterum diversitatem. Observandum quoque est, aliquando in inscriptionibus Graeco-Latinis, aut Etrusco Latinis saepe Graecam, Etruscamve Latinae praepositam esta; sed quandoque etiam vicissim insculptas suite. Atque hoc sane argumentum quandoque esse potest regionis, in qua insculpta est inscripcio, ita ut quae primo exaraca est insegui indicet ipsius urbis sive regionis linguam; ut sunt plures Latinae sepulcrales, quibus additum postea est distichon, seu tetrastichon Graecum; atque ut innuit Latino - Graeca Sex. Varii Marcelli. Verum plerumque ex bilinguibus ἐπιγραφαίς ea praecedit, quae lingua illa scripta est, qua ut propria loqueretur auctor monumenti. Aliquando fortasse etiam ex aliis caussis, quae nobis incompertae esse possunt, hic vel ille inscriptionum ordo retentus est. Quod paullo ante diximus de ordine i auyesφων in διγλώτδος lapidibus fervato confirmari optime potest exemplo recentiorum lapidum Armeno-Latinorum, ex quibus plurimos in hac domina urbe habemus in aede & circa aedem. s. Mariae Aegyptiacae; quorum aliqui primo Armenam, tum Latinam, alii vero primo Latinam, tum Armenam continent inter-

interpretationem. Atque haec quandoque est marà xigu, sed plerumque aliquid amplius in alterutra deprehenditur. Existimabam vero, scriptam aliquando in hisce lapidibus primo Latinam imi paon, quod Italus effet, qui monumenti construendi auctor fuerit. Verumtamen inter illos bilingues lapides vidi aliquos positos ab ipsis Armenis, in quibus tamen lapidibus primum scripta est Latina inscriptio. Quoniam autemprimus tribuitur locus linguae illi, quam monumenti auctor existimat dignitate praestantiorem; hinc intelligimus cur Itali Latinam Armenae praeposuerint inscriptionem; tum vero id etiam censere possumus de aliquibus Armenis, qui Romae. commorantes, paullatim in eam venerint opinionem, ut arbitrati fint Latinam Armena lingua excellentiorem. Idem fere dictum esto de pluribus aliis διγλώτδως lapidibus recentioribus diversarum nationum, quas in hac ipsa urbe quisque potest confulere.

#### S. xxvI.

Postquam egimus de polylinguium im 17. papar generibus, causfis, & methodo; videndum nunc de bilinguium, seu polylinguium inferiptionum aetate. Atque hoc quidem in fermone plura funt, quae inquiri ab ἀρχαιόλογίας amatoribus possunt. Primo nempe siscitabitur aliquis, qua aetate coeperit usus polylingues interapação conscribendi; tum vero a nobis forte potulaverit, an ex aliqua polylingui inscriptione colligi possit eius aetas. Nos pauca dicemus, quae ex certis principiis statui poterunt; cetera coniecturis erunt investiganda. Ad primum ergo quod pertinet, illud certum principium est, coepisse in urbe aliqua morem conscribendi polylingues ἐπιγεαφάς, postquam. in ea vel habitarent populi, qui diversis uterentur linguis, vel ipfa urbs tanti effet commercii, ut ad eamdem diversarum linguarum populi convenirent; nisi etiam velis aliquem civem exterae linguae studiosum aut a se ipso, aut ope viri alicuius, qui exterae linguae esset peritus, inscriptionem. bilinguem excitasse. Ergo ex eo principio illud tantummodo quoad polylinguium imiyeapar antiquitatem certum est, ferri iudicium posse generation de aetate, quae fluxit post infti\_

institutum huiusmodi qualecumque commercium. Iamvero iudicium hoc eius generis est, ut aliae quidem inscriptiones eodem tempore polylingues excitatae fuerint, aliae vero ita ut primo una tantum lingua; labentibus vero temporibus alia etiam lingua inscriptio eadem insculpta sit . Inscriptionum, quae ad primum genus pertinent, exemplahabes in illis, quas fupra commemoravimus s. xIII., & XIIII. nempe iπιγραφην fecundo Hierofolymitano templo inscriptam., alias Annibalis, & Gordiani III. aliamque crucis Iesu Christi servatoris nostri appositam. De alterius generis inscriptionibus quaestio est inter eruditos. Ut certum huius generis exemplum censemus nos proferre posse inscriptionem Sigeam, quam bilinguibus adnumerari aliqua ratione posse superius animadvertimus §. xvI. Quum in eo lapide res eadem antiquiore, simulque minus antiqua orthographia fuerit narrata, arbitramur cum Chishullo posteriore aetate additam fuisse iniquativ scriptam ea orthographia, quae tunc ita obtinebat, ut vetustior omnibus incolis satis nota non esset. Ita etiam contingere potuit, ut posita primum veteri aliqua ἐπιγεαφή, subsequutis temporibus, quaecumque tandem intercesserit caussa, immutata. fit urbis seu provinciae lingua, aut eius urbis seu provinciae populi bilingues vel polylingues effecti sint; ac proinde oportuerit aliam addere eidem monumento imijecom, quae efset vetustioris interpretatio. Itaque si huc revocare velimus sermonem de Punico - Graeca Melitae inscriptione, conie-Eturam aliam Guyotil coniecturae possumus opponere. Illeenim coniectando inquit, Punicam Graecamque linguam Melitensibus fuisse familiarem ea aetate, qua excitatum est illud monumentum; proindeque excitatum suisse post conditas Syracufas, quod Melitenfes Graecam non noverint linguam nisi postquam a Graecis inhabitata est australis Siciliae pars, ex qua & mores & lingua in Melitensem insulam processere; Graecam vero inscriptionem insculptam fuisse, quum Melitae floreret eius linguae studium, quod Graecus eiusdem impa ons character nitidissimus sit. Verumtamen Graeca illa inscriptio insculpi potuit multo etiam postquam exarata est Punica, cui addi addi potuit tamquam illius veteris, ac forsan non amplius samiliaris Melitensibus linguae interpretatio. Quod enim arguit Chishullus sactam a Sigeensibus tantummodo ob immutatamlinguae orthographiam, hoc multo sane magis sieri potuit, ob veteris patriae linguae aut interitum, aut desuetudineml. Quam quidem coniecturam magis confirmat opinio Guyotil existimantis, Graecam inspersivi insculptam non suisse antiquioribus Melitae temporibus. Ceterum rationem, qua haec innitur illius sententia, haud omnino sirmam agnoscimus; potuit enim insculpi inspersivam a Graeco aliquo iam peritissimo artissee Siculo ex iis, qui cum Melitensibus commercium inierint.

Postremo ex iis, quae hucusque observata a nobis sunt, breviter indicari possunt utilitates, quae ex polylinguium inscriptionum theoria nascuntur. Ac prima quidem atque praestantior ea est, quam initio attigimus; nimirum alicuius ignotae eruditis linguae interpretatio. Sicuti enim quaedam ex bilinguibus monumentis i aiyeapà; continent, quarum una est alterins interpretatio vel omnino, vel fere κατά λίξιν; ita ex inscriptionibus Palmyreno-Graecis, vel Palmyreno-Latinis compertus nunc fatis est, qui autea erat aut prorsus ignotus, aut inmaximam quaestionem vocatus Palmyrenus character; ex quo etiam dignoscitur vetus Palmyrenorum lingua. Id intelligere. poslumus ex Dawkinsio, eiusque sociis Palmyrenarum antiquitatum editoribus, nec non ex Barthelemyo, & P. Georgio, quos superius cum laude recensuimus. In iis porro bilinguibus iπιγεαφαίς, quae funt fere καλά λίξι discrimen omne plerumque positum est in additis nominibus, ut in Graeco Palmyrenis observavit P. Georgius, sive in mutata corum inflexione, ut in Etrusco-Latinis, sicuti animadvertit Lanzius. Quamobrem Perezius (77) iure improbavit rationem, qua celebris scriptor DE Boze in illustrandis duobus coffurae insulae nummis, Phoenicio altero, altero Latino, illius nomen ignotis characteribus expressum ex Latinis litteris, quasi singulos singulis inutroque numismate respondere oporteret, explicare instituit. Quandoque etiam discrimen est in dignitatibus, muneribus,

officiisque, in alterutra additis vel omissis, ut nos adnotavimus in Latino-Graecam Veliternensem, & in Graeco-Latinam Neapolitanam, aut similibus in rebus erit investigandum. Ex quo quidem lumen aliquod interpretibus difficiliorum bilinguium inscriptionum illucescere poterit. Ex his vero intelligent etiam, quaenam bilingues im yeuqui diversas in rem eamdem contineant sententias si agatur de lingua, quae ex bilinguibus κατά λέξιν inscriptionibus declarata ab eruditis suerit. Ex iis pariter, quae superius dicta sunt, aut certo constabit populos aliquos fuisse vel eadem, vel diversa aetate bilingues; aut faltem suspicio aliqua hinc oriri poterit, quae in historiae investigationem inducat. Denique, ut alia praeteream, quae attendenti ex antea observatis patere poterunt, ea deducitur ex bilinguium inizeapar fystemate utilitas, ut ab errore caveamus, quem in HARDUINO reprehendit VAILLANTIUS. Ille (78) nimirum in nummo Titi Imp. in quo legitur CAESAREA. LIB. PAA, postremas hasce litteras OAA, quae pariter habentur in simili nummo Caracallae apud Tristanum (79) interpretatus est aeram Dxxxl., quae utique eadem in Tito & Caracalla, ut monuit VAILLANTIUS (80) statui neutiquam potest. De hac revidendus est Spanhemius (81). Pauca haec de polylinguibus iniquação a nobis observata eruditos excitare poterunt ad rem. accuratius pertractandam.



(1) DAW-

- (1) DAWKINSTUS &c. les ruines des Pal- (27) BARTHELEMY. memoire de l'origine
- (2) BARTHELEMYUS. reflexions fur l'alphabet, e sur la langue dont en se servoit autre fois a Palmere.

(3) GEORGIUS . de inscriptionib. Palmoren. musei Capitolini.

(4) MARTORELLIUS. thec.calamar. lib.11. cap.vl. par.iiil. num'viiil.

(5) VETERANUS. Sebetbi vindiciae cap. ını. a.nı.

(6) MARTORELLIUS. I. I. lib. II. cap. v. p.il. num.mil.

(7) Cicero . pro Rabir . post . cap.x.

(8) MARTOREELIUS. thec. culamar. lib.11. cap.vl. p.l. §.x.

(9) Corsinius . tom.I. sembol. Florentia. diff.ml.

(10) ZACCARIAS . inflitut. antiquar . lapidar. lib.11. cap.x.

(11) MARTORELLIUS. thec. calamar.

(12) NORTSIUS. de epoch. Syro-Maced. diss. Il. cap.III.

(13) VAILLANTIUS. Seleucidar. Imp. sive bistoria reg. Syr.in Antiocho 1111. & vII. & Alexandro 11.

(14) VELASQUEZ. ensago sobre los alphabeto de las letras desconocidas, tab.vIIII. xv. & xvI.

(15) Stephanus Terrerius. Palaeograph. Hispan.

(16) Perezius. del alphabetho y lengua de los Fenices &c. in calce operis Salustii vernacula lingua editi.

(17) ZACCARIAS . ifiituzione antiquario numismatica p.I. cap.x. n.xI.

(18) VAILLANTIUS . t.III. numism. Imp.

(19) DIODATUS. de Christo Graecae loquente p.l. cap.I. prop.1111.

(20) IGNARRA. de palestra Neapolitana.

(21) Spontus. miscell.erudit.antiq.sect.x. n.xxxvil.

(22) Livius . lib.xxviiI. cap.xxxxvI.

(23) GEORGIUS. de inscriptionib. Palmyrenis &c. hypotesi 111.

(24) RHENFERDIUS . periculum Palmerenum, initio.

(25) FOURMONTIUS. academ. Corton.t. 111. diff.nI.

(26) MAURINI M. nouveau traité de diplomatiq. tom.I. pag.656.

de Cbinois.

(28) Georgius . l. l.

(29) AUCTOR observation. in sepulcralem lapidem Sex. Varii Marcelli .

(30) MARTORELLIUS. thec. calamar. lib, f. cap.v. p.I. n.viiil.

(31) TULLIUS. ver.IIII. cap.XXXXII.

(32) MURATORIUS. N. Tb. DXXVI, 1.

(33) GRVTERUS. CCCCLXXXXVIIII. 6.

(34) §. 111.

(35) GRUTERUS. CCCCXX. 2.

(36) IDEM. CCCCLXXVIIII. 8.

(37) IDEM . DLXIII. 7.

(38) IDEM . CCCCXXIIII. 5.

(39) MURATORIUS. N. Tb. DCLXVII. 4. MCCXXXXI. II.

(40) Gruterus . LXXXXVIII. 6.

(41) MURATORIUS . N. Tb. XXXI. 2.

(42) IDEM, vel GRUTERUS. MXXXVII. 5.

(43) S. XVIII.

(44) Morisanus.marmora Regina p. 125.

(45) FL. IOSEPHUS. archaeolog. lib. xIIII. cap.x. num.2. 3.

(46) IDEM .

(47) IDEM . lib.x11. n.s.

(48) IDEM . de bello Jud. lib.v.cap.v.n.2.

(49) IDEM. ibid. lib.vI.cap.II. n.4.

(50) IULIUS CAPITOLINUS. in Gordian.

(51) T. LIVIUS . lib.xxv111. in fin.

(52) LUCAS. cap.XXIII. v.38.

(53) IOANNES . cap.xvIIII. v.20.

(54) NIQUETUS. de tit. crucis lib. I. cap. xI.

(55) DE ROSSI. della lingua propria di Christo &c. dist. 11. S.xxxx111.

(56) DIODATUS. de Christo Graece loquente pag.84.

(57) SPANHEMIUS. diff.11. §.1. t. 1. pag 61.

(58) DE ROSSI. della lingua propria di Crifto &c. diff.11. 6.xxxx11.

(59) MACCHABAEOR. lib.I. cap.xv. n.6.

(50) SOUCIET. dissertat. critic ar. p. 104.

(61) PRILESZKY.annal.comp.Reg.Sgr.p.79.

(62) UGOLINUS . thefaur. antiq. Hebraic. t. xxv11I. paradox. num. Hebraic. cap.

(63) IDEM. ibid. exposit. de dup. num. Sa*marit.* col. 1066.

(64) SPONIUS . mlscell. erudit. antiquitat. fect.x. n.LxxxxII.

(65) VA-

#### MONUMENTA GRAECA EX MUSEO NANIO. 154

(65) VALERIUS MRX. lib.11. cap.11.

(66, Spontus. ibid. n.LXXXXII

(67) GUYOT DE MARNE. academ. Corton. t.I. diff. II.

(68) (. xxvI.

(69) CAPACIUS . biftor. Neapolit. lib. I. cap. xvii'.

(70) MAZOCHIUS . tab Heracl.

(71) MARTORELTIUS. thec calamar. lib. II. cap. v. p. 11. n. 1111.

(72) MORISANUS . marm. Regin. p.126.

(73) IDEM. ibid. pag. 136.

(74) IDEM . ibid, pag. 137.

(75) CASTEILIUS . inscription . Siciliae &t. cl.11. n.v11.

(75) SPONTUS . itin. t.II. pag. 123.


(77) Perfectus, del alphabeto y lengua de los Fenices; ad calcem Sallustii Hispanice redditi pag.360.

(78) HARDUINUS. feled. oper. p.39.

(79) TRISTANUS . t.II. p. 168.

(80) VAILLANTIUS. num. Colon. p.I.p. 135.

(81) SPANHEMIUS . disf.x. n.3. p.604.



MONU-

### MONUMENTA LATINA ADNOTATIONIBUS ILLUSTRATA

: ·

### ΣΥΝΟΨΙΣ

#### ADNOTATIONUM

#### IN MONUMENTA LATINA.



#### IN MONUMENTUM L

#### IOVIS O. M

- S. I. Tatuitur eius lectio.
- \$.11. Uni tantum Iovi posta sunt monumenta, licet theologi ethnici plures Ioves agnoverint.
- S.IIL Disseritur de eius cognomine Maximi;
- S. IIII. Tum de alio Aeterni.
  - S. v. Recensentur alia cognomina, quae Iovem, ut supremum omnium Deorum faciunt, quaeque aliis etiam tributa sunt Dils, quum de iisdem singulariter loquuti sunt poetae.
- S. VI. At quum de omnibus aut pluribus sermonem babent, Iovem semper omnibus praeponunt.
- S. VII. Ratio redditur cur, quae foli Iovi convenire videntur laudes aliis tributae fint Diis, quos semper Iove inferiores existimarunt.
- S. VIII. Grammaticales quaedam adduntur observationes.

#### IN MONUMENTUM IL

#### APOLLINIS BELENI.

- S.I. Ex eo confirmatur veterum Aquileienfium in boc numen religio.
- §. II. Ad bunc Deum revocandi sunt antiqui lapides Belieno, Belleno, Bellino inscripti;
- \$.111. \$.1111. At recedendum est a REINESIO, & BERTHALDO, quorum alter

58

alter Abellionem, alter Volianum cum Beleno confundurz = J. v. Volianum vero PITISCUS immerito Apollinem facit.

# IN MONUMENTUM III.

## MERCURII.

S. I. L. Volceius Sevir Mercurio monumentum ob honorem excitas se dici potest, quod Deus ille haberetur tamquam dux legeum

S. III. Atque aliis praeterea de caussis, quae cum viris magistratum ge-

S. IIII. Refelletur PASSERIUS quoad explicationem signi IIIII seviratus.

# MONUMENTUM IIII.

## NYMPHIS SACRUM.

S. I. General Gum Nympharum nomen haud certo indicat Nymphas a Zearum praesides. Quae in hoc monumento recensentur, forte eze eius circumstantiis ad boc genus pertinere ostenduntur.

S. II. Que incertum sit, an in bac entyquon legendum sit Q. SILVIUS an SPF; de utraque lectione aliquid attingitur, ac primo in E erpretamur speculator, quum de milite ibi babeatur sermo;

S. IIII. Choo

— ica militihusaue Reloicis aliaua adnotantur.

Bica, militibusque Belgicis aliqua adnotantur. S. V. Verb present.

FL FL

Digitized by Google

#### IN MONUMENTUM V.

#### NYMPHIS AUG. SACRUM.

- §. I. Caussae proponuntur, ob quas oriri potest de huius inscriptionis volida dubitatio.
- \$. II. Quoad cognomen Aug. tributum Nymphis refellitur PASSE-RIUS.

#### IN MONUMENTUM VI.

#### M. CARMEII.

- S.I. Aliqua adnotantur de beneficiario consulis legionis.
- S. II. Inquiritur in consulem, qui in bac iaiypaph desideratur.

#### IN MONUMENTUM VII

#### C, ALLII.

Emendatur buius lapidis ἀπόγεαφον, quod babet REINESIUS.

#### IN MONUMENTUM VIII.

#### T. SEPTUMII.

- S. I. Quatuor indicantur culinae significationes.
- S. II. Sed ex bis nulla verosimilius videtur apta ad buius monumenti illustrationem.
- S. 111. Alia inquiritur eius vocis significatio. Adversus MAFFEIUM defenditur a voldac subspicione vetus Tiburtina inscriptio.
- §. IIII. Aliud affertur vetus monumentum, ex quo cum superiore collato apparet culinae nomine significari sacri aedificii partem.
  - S. V. Inquiritur, cui nan usui inserviret illa culinae species. Resellitur SCALIGER, ac vera ostenditur Tiburtinae inscriptionis lectio.

S. vI.

160

5. VI. Culina definitur sacri aedificii pars, in qua parabantur sacrificiorum carnes, ac sacerdotum aliorumque epulae.

S. VII. Ad boc genus revocantur aliae veteres inscriptiones Graecae,

& Latinae .

S. VIII. Inquiritur in dictionem qulinam pro culinam. FRANCISCUS IACOBUS DU BREUL male VARRONEM de culinae nomine dicentem interpretatur.

S. VIIII. Denique refellitur P. BONADA, quoad culinae significationem, atque ad numerum veterum inscriptionum, quae culinam,

referunt.

IN MONUMENTUM XII.

Disseritur de solemni voce DEFUNCTUS.

IN MONUMENTUM XXXI.

Serme est de formula HABITAT IN AETERNAM DOMUM.



## MONUMENTA LATINA

I.



## ADNOTATIONES.

**S.** I.

Uamvis inter veteres Iovi inscriptos lapides nullus mihi occurrerit, qui eius nomen iisdem... omnino siglis praeseserat, quibus in hoc monumento enuntiatur: attamen ex pluribus huic similibus primum inscriptionis versum legendum esse arbitror: Deo sansto Iovi optimo maxi-

mo. Si oporteret siglis tantum insistere, simulque opinioni Macroeil (1), qui Deos omnes, ac praesertim Iovem eorumprincipem ad Solem referri debere contendit, poteram quidem

fic ea interpretari: Deo Soli Iovi opt. max; at quum nullum huiufmodi ex tot antiquis infcriptionibus viderim exemplum, quum praeterea ex huius monumenti circumstantiis nil erui possit, quod interpretationem hanc reposcat; ideo aliam seligendamputavi, quam plura commendant vetera exempla.

S. 11

Iamvero Ioves plures in priscis Graecorum litteris invenimus, inquit Tullius (2): nempe loves tres numerabant ii, qui theologi nominabantur, ut idem auctor scribit (3). At in gentilium religione hanc illorum theologorum opinionem nil prorfus potuisse, ex veteribus diiudicari potest monumentis. Nullum ex iis, quae prope funt innumera, apparet, in quo facta sit unius ab altero Iove distinctio. Itaque veteres ethnici, dum de religionis praxi agebatur, theologos non magis faciebant, quam philosophos de Diis disputantes. Quum de religione agitur, aiebat CICERO (4), T. Cornucanium, P. Scipionem, P Scevolam pontifices maximos non Zenonem aut Cleantem, aut Chrysippum fequor; habeoque C. Laelium augurem eumdemque sapientem, quem potius audiam de religione dicentem, quam quemquam principem. Stoice um. Quum igitur in omnibus veterum monumentis, quae Iovi inscripta prope, ut diximus, sunt innumera, unius dumtaxat Iovis sit mentio; argumento est hanc de unico Iove, quae in populos manavit, fententiam, ex pontificum aliorumque facrorum iudicum doctrina fuisse profectam. Atque hinc forte ut inanis refellitur illa gentilium theologorum, tive philofophorum de multiplici Iove opinio. Haec enim ex eo orta est, ut arbitratur NATALIS COMES (5), quod multae nationes natum apud fe hunc Deorum principem gloriarentur, teste Pau-SANIA (6), qui ait, longum & difficile esse, populos enumerare, qui lovem apud se in lucem editum & educatum affirmarunt. Adde vero, totam mythologiam fabulam effe vix aliquo historiae lumine illustratam; atque hinc intelligimus, quam variae de unius numinis ortu excitari potuerint quaestiones, ex quibus paullatim in multos dispertiri facile potuit, qui unus idemque initio fuerit. Idem dictum esto de Apolline, Mercurio, & Venere, de quibus fermo est in monumentis, quae postea

postea afferemus, ac de aliis pluribus gentilium numinibus. Mercurium autem unicum fuisse demonstrare adgressus est Fourmontius (7), unicam vero Venerem alii.

#### S. 111.

Ad Iovem, ut revertatur oratio, observare lubet, eius cognomina optimi, & maximi quibusdam aliis minoribus Diis ad-Tcripta ab ethnicis fuisse. In nummo Adulitano apud Chishut-LUM (8) legimus METIZION OEON APHN, maximum Deum Martem. Reinesius (9) lapides habet dicatos mercurio. MAXIMO. CONSERVATORI . ORBIS , & MATRI . MAXIMAE . CERERI . FRUGIFE-RAE; DONIUS (10) vero DIANAE MAXIMAE. Aliquibus numinibus utrumque simul lovis elogium tributum est. Sic apud Caloge-RA (11) est marmor inscriptum D. O. M. IANO. Inter Sponil (12), & Gudil (13) inscriptiones altera est DEO. PENINO. OPTIM. MAX., inter Muratorianas (14) vero, atque Donianas (15) MATRI. DEVM; OPTIMAE. MAXIMAE confecrata. Verumtamen inter omnes Deos unum ethnici existimabant maximym; ita apud Muratorium (16) est dicata inscriptio DEO. QVI. EST. MAXIMVS; quem interpretari possumus Iovem, nisi velimus lapidem suisse positum ab aliquo philosopho, qui magnopere dubitaret, quinam inter tot ethnicorum Deos revera esset maximus.

### S. ml

Iuppiter praeterea in hoc Musei Nanii monumento dicitur Aeternus. Ex gentilium vero theologis alii quidem Iovem carere principio & fine, femperque exsistentem dixere, ac sui ipsius creatorem; alii autem natum & sepultum censuerunt, ut superius adnotavimus; alii non principio quidem, sed fine aeternum venditarunt; alii denique principio simulque fine eum carere censuerunt. Sed de his videndus est Ezechiel Spanhemius (17). At non solus suppiter dictus est ab ethnicis aeternus, verum & alia numina. Omitto inscriptiones, quae somno aeternali, qvieti aeternae, secvritati aeternae sunt dicatae; in promptu enim sunt aliae genio aeternali apud Sponium (18), & Lunae aeternae apud Reinesium (19), & Muratorium (20). Illud vero observandum heic est, huiusmodi honoris titulos, separatim quidem aliquos, numquam vero omnes simul aliis numi-

## 164 MONUMENTA GRAECA

numinibus in Latinis monumentis adscriptos reperiri. Unicum vero est insorer exvperantissimus, quod hucusque soli Deo Iovi tributum novimus a Latinis in lapide apud Sponium (21).

§. v.

Verum apud Graecos vates hoc ipsum ἐπίθετον, aliaque praeterea, quae ad solum Iovem pertinere videntur elogia honoris plenissima, aliis quoque numinibus communia sieri solent. Sic apud Callimachum (22) suppiter quidem dicitur παννπέρτατω, omnium excellentissimus, quod idem est atque exverantissimus; ted alii pariter Dii, ut admonuit Spanhemius (23) dicuntur ΰπατοι ab Aeschylo: quae quidem vox ὑπατω, teste Ioh Scapula sit per syncopen vocis ὑπέρτατω. Si quod vero elogium est, quod sovem distinguere videatur a ceteris numinibus, tamquam supremum Deorum omnium, illud certe prosert Homerus (24) qui cecinit:

Toiot de μύθων πρχε πατηρ ανθεών τε Θεών τε Hos ita compellat pater hominum atque Deorum

Hesiodus (25) vero.

\*Ο τσον φέρτατός ές ι Θ: αν κράτει τε μέγις 🔾

Quum sit praestantissimus Deorum & imperio maximus. Virgilius (26) quoque:

o qui res hominumque Deumque

Aeternis regis imperiis & fulmine terres.

At hoc etiam omnium splendidissimum elogium aliquibus minoribus Diis videtur adscribere vetus poeta sub Orphes nomine delitescens. Namque (27) Saturnum sic laudat:

'Αϊθάλης μακάρων τε Θεών σατής ήδ'ε και ανδρων

Ardens beutorumque Deorum pater, atque hominum. Somnum vero ita extollit (23):

\*Υπνε αναξ μανάρων πάντων θνήτων τ' ανθρώπων

Somne rex beatorum omnium, mortaliumque hominum.

Quod pariter fecerat Homenus (29) iisdem fere verbis:

Ύπνε αναξ πάντων τε Θεῶν πάντων τ' ἀνθρώπων

Somne rex omnium Deorumque, hominumque.

De Hercule vero idem Pseudorpheus (30):

Nap-



Πάμφας: παγγενέτως, σανυπέρτατε σᾶσιν άξογέ:

Omnia edens, omnia creans, praeftantissime omnium auxiliator.

De Pane autem cecinit (31):

Παντοφυής, γενέτως ωάντων, πολυώνυμε δαϊμον, Κοσμοκράτωρ, ἀυξητὰ, Φαέσφορε, κάςτιμε Παιάν. Oinnia generans, creator omnium, celeberrime daemon, Rector mundi, auctor, lucifer, fructuose Paean.

Omitto alia in hoc genere plurima.

s. vl.

Quamvis vero haec ita se habeant, ut videantur Deos illos pares omnino facere cum supremo omnium love; attamen
ex ipso Pseudorpheo colligitur ratio, ob quam tantopere laudata sint ea numina, & ab eocem ita extollatur suppiter, ut
nemo alius ex Deorum numero. Postremum hoc nunc demonstremus, tum de altero loquemur. Itaque vates ille in priori
hymno (qui inscribitur inxi votum) ad Museum primo illummonet, ut discat sacrificiorum operationem, tum vero Deos
omnes invocat, quorum primum compellat sovem: Zeo βασιλεῦ
suppiter rex; hymno autem in hunc Deum ita ipsum commendat:

Παντογενέθλ', άρχη πάντων, πάντων τε τελευτή.

Omnium generator, principium omnium, omniumque finis. Inter carmina vero L. Apuleil hoc habetur ex Pseudorpheo latine redditum, quod inter Graeca eiusdem non legitur:

Primus cunctorum est, & Iuppiter ultimus idem.

sunt ex love cuncta.

Cunctorum rex est, princepsque & originis auctor. Itaque vates ille de Iove cecinit, quod de aliis numinibus nonitem; eumque primum omnium evidenter facit, quum primum omnium in eo carmine ad Museum invocat.

S. vil.

Mirum porro non est, Saturnum quoque nuncupari Deorum, hominumque patrem, quum ex mythologia omnes iamnorint, eumdem dici magni Iovis parentem. Somnum vero mortalium, beatorumque omnium regem ideo appellat Pseudorpheus, quod ille sit

Σώμα

Σώματα δεσμέυων έν άχαλκεύτοισι πεδήσι.

Corpora vincens in aere carentibus vinculis.

Iovem ipsum somno indigere existimabant veteres, ut tradit Nonnus Panopolyta (32):

Μίμνα Ζευς ατίνακτ Ο όσον χρόνον ύωνε κελεύας.

Manet Iuppiter immotus, quantum tempus somne iubes. Somnum etiam ita apud Homerum laudat luno, ut ab eo obtineat, quod maxime optabat. Verum somnus ipse ita Iunoni respondet, ut commonstret, agnoscere se Iovis in Deos omnes imperium; pollicetur enim, se in quemcumque sempiternorum numinum immissurum esse somnum, praeterquam in Iovem, nisi ipse iusserit (33):

Ζηνὸς δε κα αν έγωγε Κρονίον Φ ασσων ίκοιμην, 'Ουδε κατευνήσωμ' ότε μη αυτός γε κελέυοι.

Iovem autem non ego Saturnium prope adivero, Neque soporavero, quando non ipse quidem iusserit.

Hercules vero παγγενέτως dictus est ab eodem Pseudorpheo, non ob vim creandi ex nihilo omnia, sed ob postremum auxilium, quod praestat tamquam omnium pater, ut interpretari licet vocem illam ex iis quae sequuntur, in quibus dicitur, omnium auxiliator praestantissimus. Denique quibuscumque laudibus vates ille Deum Panem esserat, eumdem non essicit supremum Deorum omnium numen; quinimmo ab eo illum distinguit, quum statim post recitatas laudes aliam addit, qua ipsum cum Iove comparat, ut magis magisque esserat. Itaque Pseudorpheus ita de Diis loquitur, ut quum de singulis laudes canat, eosdem videatur super omnes alios extollere; quum vero plures simul cum Iove commendet, hunc ceteris omnibus excellentiorem commonstret. Ac de Iove satis.

### S. viil.

Paucissima remanent in hac inscriptione adnotanda. Nomen in versu quarto ita persici potest, ut sit Statilius, vel Rutilius, vel Atilius, vel aliud simile. Quoniam vero quinti versus initio binae supplendae sunt litterae IV., ut habeatur cognomen Tertius; ideo & in versu quarto videntur forte deesse binae tantum litterae; proindeque vel Rutilius, vel aliud simile no-

Digitized by Google

men

men erit adscribendum. Elegans vero est in versu sexto illud Libiens; cui quidem simile prorsus est aliud Doliens, quod inveteribus inscriptionibus legimus apud Boldettum (34), Lupium (35), Muratorium (36), & alios; ast nullum aliud vidi illius vocis vel in veteribus monumentis, vel apud antiquos scriptores exemplum. Iamvero usitatior formula omnibus exploratissima est libens merito; ex hisce tamen duabus vocibus, ut perspicuum est, necessaria non videtur illa merito, sicuti alia libens. Quinimmo in hac contineri intelligitur alia; nequenim quisquam sponte seu libens ponit monumentum nisi illi, qui idem prorsus mereatur. Sicuti vero ethnici precantes Deos, eisque vota nuncupantes, poscebant magnopere, ut libentes vota acciperent, ut ex Brissonio (37) novimus; ita & ipsi curabant magnopere, ut constaret se lubentes concoepta vota. Diis solvisse.

- (1) Macrobius. Saturnal.lib.I.cap.xvII. & feqq.
- (2) TULLIUS. de nat. Deor. lib.iil. num.
  - (3) IDEM . ibid. num.xxI.
  - (4) IDEM, ibib. num.II.
  - (5) NATAL. COMES . mytholog. lib. II. cap. I,
  - (6) PAUSANIAS. in Messeniacis.
  - (7) FOURMONT. le Cadet.
  - (8) CHISHULLUS . antiquit. Afat. pag. 78. lin. 25.
  - (9) REINESIUS. Silloge veter. inscription. cl.I. num.xxxII. & xxxv.
  - (10) DONIUS. antiq.inscript. cl.I. num. xxxviii.
  - (11) CALOGERI. opusc. t.xxxxvil.
  - (12) SPONIUS. mifcell. erud. antiq. sect.
  - (13) Gudius . inscript antiq. Lill. 6.
  - (14) MURATORIUS . N. Tb. xxxII. 6. xxxx. 4.
  - (15) DONIUS. infeript. antiq. cl.I. num. ct.xiiiI.
  - (16) MURATORIUS.N.Tb.MDCCCCLXYII.1.

- (17) SPANHEMIUS. observat. in CALLIMACH. bymn. in Iovem n.6. & seqq.
- (18) SPONIUS. l. l. fect. III. n,LXVII.
- (19) REINESIUS. l. l. cl.I. n.CCLXXXVI.
- (20) MURAPORTUS. 1. 1. xxy111, 1.
- (21) SPONIUS. 1.1.
- (22) CALLIMACHUS-bymn.in Iovem v.g1.
- (23) SPANHEMIUS. in bunc loc.
- (24) Homerus . *odys*. A.
- (25) Hesiodus . theogon. v.49.
- (26) VIRGILIUS . Aeneid. lib.I.
- (27) ORPHEUS . bymn. in Saturnum:
- (28) IDEM . bymn. in Somn.
- (29) Homerus . Iliad. E. v.233.
- (30) ORPHEUS . bymn. in Hercul.
- (31) IDEM . bymn. in Panem.
- (32) NONNUS PANOPOLYTA. Diongfiacor. lib. Aa. v. 187.
- (23) HOMERUS.
- (34) Boldettus , osservazioni sopra i Cemeterii .
- (35) LUPIUS . faggi dell'accademia de' nobili Convittori &c.
- (36) MURATOR. N Tb. MDCCCCXXXXVIIII.
- (37) Brissonius de formul lib.1.cap.Liil.

1 T.

ı I.

APOLLINI
BELENO
AVG
C. VOLVSIVS

#### Y (0)

## ADNOTATIONES.

#### S. I.

E Apolline Beleno copiose eruditeque disseruerunt prae ceteris Reinesius (1), Phi ippus a Turre (2), & P.D. MARTIN (3). Pauca ego addam, quae observanda supersunt; quaeque in Reinesso ipso, Berthaldo, ac Pitisco sunt emendanda. In primis monumentum hoc, cuius folam inscriptionem attulit Muratorius (4), Venetiis apud Comites Savorgnanos exfistentem, novimus Aquileiae repertum; adeoque efficit ut novo argumento confirmetur, cultum a veteribus Aquileiensibus fuisse Apollinem cognomento Belenum; atque huiusce municipalis numinis verum nomen Belenum potius esse, quam Belinum; ut in quibusdam aliis lapidibus legitur, a Philip-PO A TURRE (5) collectis · Quatuor enim ex iis tantum praeseferunt Belinum, ceteri vero Belenum, uno excepto, de quo mox dicturus, illum Beleno asseram. Quae deinde numina cum Beleno non esse confundenda, studebo pro viribus oftendere.

## §. 11.

Unicus est igitur inter eos lapis, qui eiusdem nominis hanc habet inflexionem:

FILIE-

# BILIENO NALVIVS • PINTITVS

REINESIUS (6) qui antea hunc protulerat, veretur heic mendum esse, & 1 pro E a quadratario exsculptum. Philippus A Tur-RE dubitanti Reinesio nec affentitur, nec quidquam de hac re definit. Mihi vero persuasum est, nomen illud ita inslexum esse ex vulgari idiotismo. Maxima enim analogia, quae intercedit inter Beleno & Bilieno ob maximam, quam inter se habent affinitatem litterae E & I, ut scribit VARRO (7), tum etiam. locus, ubi repertus est lapis, nimirum Aquileiae, ubi praecipue Deus ille colebatur, dubitare non finunt, quin eae voces eumdem Aquileiensium Apollinem denotent. Ex eodem. pariter fonte peti poterit, quod in aliquibus huiusmodi inscriptionibus modo insculptum sit duplici littera L, BELLENVS, vel mutata E in 1, BELINUS, & duplicata L, BELLINVS. Nec obstat, quod unicum sit exemplum 78 BILIENO; alia enim exempla demonstrarent quidem id, quod mihi persuasum est; sed ex eo quod illa defint, non sequitur reiiciendam esse meam. de idiotismo illo opinionem, quam ex intima rei natura satis ostendi.

## S. 111.

At quemadmodum tueor, Bilienum diversum non esse Beleno; ita contra existimo, in errore versari Reinesium, & Berthaldum, quorum alter Abellionem, alter vero volianum idem esse putant cum beleno. Reinesius ita sententiam suam exponit (8): Arverni in lapide Claramontano (apud Gruter. xxvII-2.), & convenae Novempopuloniae (ibid.4.5.) ubi cum interace nominatur Abellio, quem Norici Illiriique a. Gallis Transalpinis in Italiam per saltus ignotae antea viae transgressis (ex Livio) ibi sati traditum sibi an exerci Belinum adpellavere; subinde retenta prima vocali, Apellinem & cum quarta Apollinem utraque nomenclatura eumdem Dominum, seu Deum Solem significantes. Haec Reinery Sius,

sius, qui errat in primis quoad lapidem Claramontanum; in. nulla enim Gruteri editione legitur ABELLIO, vel ABELLIONI, ut in aliis (apud eumdem Gruterum num. 4.5.6.) fed perspicue. BELENO. Deinde quo innixus fundamento tam fecurus definit eam nominum metamorphosim? Plura adhuc ipsi essent probanda ex historia, ut saltem opinionis verosimilitudo aliqua. exlisteret; quid vero ipsi faciendum, ut rem veluti certam suaderet ? Sed hoc non insuetum omnino est Reinesio, leves coniectationes pro certis sententiis ex tripode eductis venditare. Similis in hac re mihi videtur Reinesius recentiori cuidam scriptori Anglo, SILVESTRO O-HALLORAN (9), qui praeter ceteras etymologicas divinationes, quibus probet Graecos a. fuis originem ducere, observat eliam, apud hos Beal Solem fignificare; quum vero apud Graecos Sol coleretur nomine "HAIGE, vocem hanc ab altera Beal exortam effe fine ulla dubitatione pronuntiat, quasi nil clarius, nil evidentius. Hunc propterea auctorem iure redarguunt Ephemeridum litter. Rom. scriptores (10).

S. 1111.

Quae Remesso placuit, eamdem fecutus est viam Berthal DUS (11). Hic Deum VOLIANVM, cuius mentio est, in quodam Nannetensi lapide, eumdem esse ac BELENVM putat ex eo. quod potuerit lapsu temporis ex Beleno sieri Belienum, tum vero Velianum, ac denique Volianum, Ingeniosa certe coniectatio. At si ingenio indulgendum est in deducendis non dicam. etymologiis, sed verborum veluti genealogiis, facile quidem obtinebitur quidquid subtilis rerum investigator sibi propofuerit. Quid igitur vetat Volianum diversum fuisse numen. a Beleno? Num quia silentibus antiquis scriptoribus ignoratur, quis fuerit Volianus, propterea licebit ex criticae regulis ad notum Deum Belenum revocare illum ignotum, vel pro Voliano sumere, ut seci, Reinesius (12) audacter ? In adnotationibus repetitae editionis Gruteril haec adduntur: THOMASINUS legit Volumno; sed male contra lapidem. Vide nummum Neronis, & Offaviae apud TRISTANUM. BERTHALDI coniecturam videtur quidem augere nomen illud BILIENVS, quod ipsi fuit ignotum tum; at par non est ratio de Aquileia, ac de totis Galliis, in quibus idem Belenus Apollo colebatur. Enim vero potuit iis temporibus in Galliarum provincia coli peculiariter Apollo Belenus; & praeterea in eius provinciae urbibus topicus alius Deus; ut Nannetensium existimo cum Donato (13) Deum. Volianum. At lapis bilieno dicatus, & Aquileiae repertus per se clamat nil aliud-esse, quam Belenum, adeo in eademurbe notum, ut etiam aliquando sola initiali littera b indicatus suerit, ut Philippus a Turre (14) factum arbitratur in hoc lapide:

M. HOSTILIVS
AVCTYS
Indi VIR
B. S. D.

Et Donius (15) in alio, in quo legitur donno B. Hinc tamen pari iure minime deducitur, Bilienum quoque alium existimandum esse numen a Beleno distinctum; vel si idem sit cum Beleno, eumdem pariter cum hoc esse Volianum. Dispar enim ratio apparet: in oculos nempe minima incurrit, quae sit mutatio a Beleno & Belino in Bilienum; magna vero quae ex Beleno, vel Bilieno in. Volianum. Praeterea illius sactae mutationis praebet sundamentum locus, in quo repertus est lapis Bilieno dicatus, ubi nimirum certissime constat cultum suisse Belenum, ut patrium numen; de Voliano autem non item.

\$. v.

Nec moror Pitiscum (16), qui Volianum illum ideo Apollinem, non vero Mercurium esse diiudicat, quia Ausonius, Tertullianus, aliique passim Apollinem, nusquam Mercurium ab Armoricis cultum testantur. At scriptores illi Apollinem commemorantes hanc habent mentem, ut Deum illum. exhibeant, qui praecipue ab Armoricis coleretur, aliorum tamen Deorum cultum ab Armoricis ditionibus minime excludunt. Quis vero sibi suadeat, eos populos tunc temporis uni-

co fuisse numine contentos ? Quis umquam dixerit, unicum. Deum ab Eleusiniis, Phrygiis, Epidauriis &c. suisse adoratum, eo quod Minucius Felix (17) scripserit: Eleusinios Cererem, Phrygas Martem, Epidaurios Aesculapium, Chaldaeos Belum, Aftratem Syros, Dianam Taurios &c. peculiari religione. coluisse? Quin addit postremo, Gallos Mercurium. Sed aliis quoque Iulil Caesaris, Tertulliani, & Minucil testimoniis probat eruditissimus Paciaudius (18) Mercurium a Gallis cultum: & paullo post P. D. MARTIN (19) tam ex veteribus scriptoribus, quam ex monumentis ipsis idem ex instituto demonstravit. Illud ergo Pitiscus nimis propere deduxit ex Auso-NIO, TERTULLIANO, aliisque quod ipsi non tradunt, nec tradere poterant. Unicum Deum a populis idololatris cultum vix invenies tunc, quum ex cultu Solis idololatria exordium. fumpsit. Ratio enim, ob quam divinum aliquod numen inmaiori planeta excogitarunt, non multo post gentibus suasit, ut Lunam aliosque innumeros Deos a rebus nobilioribus ad infimas usque effingerent, atque venerarentur.

んだっくだっくだか

<sup>(1)</sup> REINESIUS. filloge antiq. inscription.
cl.I. ad num.LI.

<sup>(2)</sup> PGILIPPUS A TUPRE. de Diis Aquileiens. inter monumenta veter. Antii.

<sup>(3)</sup> P.MARTIN..la religion des Gaulois &c.

<sup>(4)</sup> MURATORIUS . N. Tb. xxIII. 4.

<sup>(5)</sup> PHILIPPUS A TURRE . 1.1.

<sup>(6)</sup> Reinesius. folloge antiq. inscription. al.I. num.xxxI.

VARRO. de lingua lat. lib.v.

REINESTUS . 1. 1.

<sup>(9)</sup> O HALLORAN. an introductio to the fudes &c.

<sup>(10)</sup> EPHEMERIDES . litt. Romanae ann. MBCCLXXII.

<sup>(11)</sup> BERTHALDUS. de aro. cap.xxviI.

<sup>(12)</sup> Reinesius . folloge antiqu. inscriptionum .

<sup>(13)</sup> DONATUS. Supplement. ad thefaur.
MURATORII.

<sup>(14)</sup> PHILIPPUS A TURRE. monum. veter.

Antii dissert. de Bel FNO pag. 270.

<sup>(15)</sup> Donius. Inscript. antiq. Goril VIII.74.

<sup>(16)</sup> PITISCUS. V. VOLIANUS.

<sup>(17)</sup> MINUCIUS FELIX.

<sup>(18)</sup> PACIAUDIUS dissertazione soprauna statuetta di Mercurio §.11.

<sup>(19)</sup> P MARTIN. . la religion des Gaulois chap.xiiil. & seqq. usque ad xx.

III.

MERCVRIO
AVG. SACRVM
L. VOLCEIVS LF
SILVESTER ITTL VIR
OB H

#### T (0)

## ADNOTATIONES.

S. I. Uum hic Lucius Volceius Lucii fil. Silvester Sevir monumentum Mercurio Augusto posuerit ob honorem, nempe Seviratus; intelligitur etiam, cur ipsi Mercurio potius quam alteri numini illud facrum voluerit. Qui enim magistratum aliquem gerebat, ut Volceius hic Seviratum in aliquo municipio, Mercurit ope, ut ferebat ethnicorum religio, maxime indigebat. Mercurius enim dicebatur ήγεμόνιω, ut scribit Phurnutus (1), ως αυτώ είς ων σαν πράξιν ήγεμόνι χρησθαι, και άυτου όιτ 🕒 έν ταις βυλαίς είς την Sessas huãs avazorto. dux nimirum, quafi eius opera in re omni uti conveniat: & quasi etiam in deliberationibus & consultationibus in meliorem semper nos traducat sententiam. Praeterea, ut est apud eumdem mythologum, νόμιο δε λέγεται, τῷ τῆ ἐστανοεθούσει νόμο είναι προς ακτικός των ως έν κοινωνία ποιητέων · διά γουν όμόνιαν μετήχθη και έπδ την των λόγων επιμέλααν, legum antiftes eft, qued lex caftigando eaimperet, quae in civitate aut communione aliqua seu facienda, seu vitanda funt . Propter fingularem eius concordiam etiam orationis cura ipsi commissa est . Quod postremum affirmat etiam Macro-BIUS (2), dicens de Mercurio: Scimus autem vocis & sermonis potenpotentem, & alibi (3) mentis potentem, inquit, Mercurium credimus appellatumque ita intelligimus άπὸ τῶ ἐρμηνένων, idest ab interpretando.

S. 11.

Sed Mercurius dictus est etiam ayopai @ forensis. Quod quidem nomen a voce ayonà, vel ayonì a foro deductum vel forum. fignificet, ut est locus vendentium & ementium, vel ut est iudiciorum locus, sive curia, in utraque significatione huc referri potest. Mercurius enim ut avogaio multis in locis colebatur; fuitque Phari Achaiae urbe in medio foro Mercurii barbati simulacrum, quod ibi ut putat Eustathius, divinum quiddam sit & consultationi destinatum. Atque haec de Mercurio άγοράιφ longiori fermone refert Lilius Gyraldus (4), qui etiam unico sermonis contextu laudat Phurnutum dicentem de Mercurio: λέγεται δε και άγοραιο, πρώτο, εικότως επίσκοπο, γάρ των άγος αζόντων, dicitur forensis primus, iure; est enim inspector eorum, qui in foro versantur. Hae autem si in sensu Eustathil refert GYRALDUS, ea sane interpretetur oportet de foro, ut est iudiciorum locus. At Phurnutus in altera fignificatione apoguor usurpat, ut ex iis, quae statim post recitata verba sequuntur, manifestum esse potest Inquit enim emptiones namque & venditiones μετά λόγε πάντα ποιών δεόντως, citra orationis praesidium. contrahere nequimus; έντευθεν, prosequitur, κω των έμπομών έπιςάτης ἐδοζεν είναι, και εμπολαίο, και περδώο επωνομάσθη, hinc & mercaturae praeses esse visus est; & mercatorum curam gerentem, & lucrosum, seu lucri auctorem eum appellarunt. Ita Pollux (5) de mercatoribus agens inquit : TETWY d' va Deol Idio, o intodat 3. Equis, nel o azopaco, istorum Dii proprii sunt Mercurius mercatorius & forensis. At quoniam magistratum gerens in urbe seu loco alio supremum, de mercatura recte instituenda plurimum essedebet follicitus; ideo & ob hanc rationem potuit Sevir Volceius Mercurio monumentum confecrare, ut eius experiretur in hoc etiam auxilium. De altera autem τε αγοράνε significatione. satis dictum est supra. Atque hae quidem habendae sunt potiores caussae, propter quas ille, qui magistratum iniit, Mercurio ponere monumentum cogitaverit.

S. III.

Addere heic etiam libet, Mercurium appellatum esse xouvòr communem, de qua appellatione vide Anthologiam (6), Aristidem Rethorem (7), ac Theophrastum (8). Insuper Mercurius, ut gratiae largitor xapitos otnic cultus est apud Samios, Plutarcho (9) teste; & iuxta Homerum (10) Mercurius ille est,

ός ρά τε πάντων "Ανθρώπων έργοισι χάριν καὶ κῦδ 🚱 οπάζα.

qui quidem omnium

Hominum operibus gratiam & gloriam largitur.

Demum ipte Mercurius existimatus est maximus conservator orbis, ut in veteri lapide apud Reinesium (11). Atque hinc etiam clarum sit L. Volceium, qui seviratus honorem adeptus est, iure meritoque monumentum Mercurio Augusto consecrasse. Sic alii pariter vel ob seviratum, vel ab alterius magistratus honorem eidem Mercurio aut monumenta, aut donaetiam consecrarunt; ut videre est apud Gruterum (12), & Muratorium (13), immo in ipso locupletissimo Museo Nanio, apud Donatum (14).

S. 111I.

Postremo emendandus heic est Passerius (15), quoad vetus signum seviratus, quod ita luid vir solet indicari, ut etiam inhoc, de quo disserimus, monumento. Ille enim, quum in aliquibus in 19e acci quatuor tantum virorum nomina descripta legerit, quibus deinde additum est illud signum suid, arbitratus est legendum quatuorviros, & numerum illum esse tautummodo quaternarium inter binas hastas hinc inde maiores, tamquam, ut ipse ait, in custodiam. Ingeniosa coniectatio, quae videtur omnem auserre difficultatem. At quomodo sese expediet Passerius, si illi proponam monumentum, in quo quinque tantum sunt nomina descripta, & post haec illud idem signum suid? Monumentum non aliunde mutuum accipio, quam ex ipso ditissimo Museo Nanio; quodque resert emendatissime Donatus (16):

MER-

MERCVRIO . AVG. SACR
M. VLPIVS . AVG. LIB. NEDYMVS
C. POLLIVS . ALBANVS
T. VETVLENVS . T. L. ABASCATVS

T. VETVLENVS . T. L. ABASCATVS
Q. CORNELIVS . AVGVSTALIS
L. VOLCEIVS . CERDO
ITTIL VIRI . M. M. OB. HON

Adde etiam binas alias huiusmodi inscriptiones, quas ex eodem Museo Equitis Nani attulit anonymus auctor in quadam litteraria Ephemeride (17); nimirum:

#### GENIO PLEBIS

- L. SEPTIMVLENVS . VITALIS
- Q. LVSIVS . ACRABANVS
- Q. IVLIVS . DAPNVS
- M. CVRVIVS . SPORVS IIIIIIVIRI
- OB. H. M. M

L. Lysivs Corpio

L LVSIVS QVINTO

L. LIB. THYIR

M. M. OB. H

In quarum altera quinque pariter tantummodo scripti sunt sexviri, in altera vero tres dumtaxat quatuorviri. Nihil est prosecto, si quid video, in hisce impraçuis, quod Passerso esfugium aliquod suppeditare possit. Quum ergo in his legerenon liceat quatuorviri, vel duumviri; certe sexviri, & quatuorviri erit legendum.

mL.

<sup>(1)</sup> PHURNUTUS. de nat. Deor. cap. xvil.

<sup>(2)</sup> MACROBIUS. Saturnal. lib.I. cap.xiI.

<sup>(3)</sup> IDEM . *ibid*. xxI.

<sup>(4)</sup> GYRALDUS . fintagm. Deor. viiil.

<sup>(5)</sup> POLLUX . lib.viiI. cap.iI. fegm. 15.

<sup>(6)</sup> Andhologia.lib.viil.epigr.cxxxxiiil. (7) Aristides . lib.il. cap.xiiil.

<sup>(8)</sup> THEOPHRASTUS. charact. περ.βδελορ.

<sup>(9)</sup> PLUTARCHUS.

<sup>(10)</sup> Homerus . odeff. ⊖. v.318.

<sup>(11)</sup> REINESIUS. fylloge autiq.inscription. cl.I. num.xxxII.

<sup>(12)</sup> GRUTERUS. LI. 3.

<sup>(13)</sup> MURATORIUS . N. Tb. L. 4.

<sup>(14)</sup> DONATUS. Supplement. ad N. Tb. MURATOR. pag. 27. nnm. 2.

<sup>(15)</sup> PASSERIUS. offervazioni fopra alcuni monumenti del MUSEO NANII fez. I. pag.xxxx.

<sup>(16)</sup> DONATUS . supplement. ad N. Th. MURATOR. pag.xxvII. num.2.

<sup>(17)</sup> MEMORIE per servire all'istoria letteraria per il mese di Novembre 1759.

#### 111I.

NYMPHIS. S SILVIVS. SPF CENT. COH. I. BELc CVRA GENS

Uibusnam Nymphis monumentum hoc sacrum voluit de-\_ dicavitque Quintus Silvius Spurii fil. Centurio Cohortis primae Belgicae? Num Dryades, an Oreades, num Nayades, an Hamadriades, an alias colere sibi proposuit? Arbitror divinationis munus, quo Nymphae ipsae iuxta ethnicos gaudebant, forte necessarium nunc esse, ut eas divinemus, quas ille excogitavit: nisi tamen omnes quascumque Nymphas hoc generico nomine intelligere oporteat, cum Nympharum species minime distinguat. Neque enim apud veteres reperio, ex tot quae celebrahantur ab ipsis Nymphae, aliquas fuisse, quae κατ' ίξοχήν dicerentur Nymphae, atque hoc folo nomine a ceteris distinguerentur. Video quidem omnia fere, quae habemus antiqua monumenta, Nymphis aquarum dicata effe, ut observarunt apχανόγολοι; at ideo novimus huiusmodi Nymphis ea consecrata... quia in ipsis inscriptionibus vel symbolis, vel aliis circumstantiis monumentorum aliquid sane est, quod clare hoc manifestat. Etenim vel lapis inscriptus NYMPHIS. SACR. repertus est prope locum, in quo continebantur aquae, ut ille quem refert Gorius (1) quem de Nymphis aquatilibus & fontanis intelligit, quod inventus sit prope balnea: vel dicatus est NYMPHIS ZLYM-

LYMPHISQ. OB. REDITVM AQVARVM, apud Gudium (2) vel cum fon-TIBVS coniunctae funt, apud eumdem (3); aut NYMPAI KPI-NAIAI, Nymphae fontinales dicuntur, apud FAERETTUM (4) aut NYM-PHAE, quibus pro SALVTE alicuius politum est monumentum, sicuti apud supradictum Gudium (5). Alia vero sunt monumenta, quae habent Nympharum sculptas imagines, vel cum inscriptione, quae earum speciem declarat, ut ex ipso Museo Nanio pulcherrimum refert Paciaudius (6) monumentum, cum iaiγραφη huiusmodi: ΟΙ ΠΛΥΝΗΣ ΝΥΝΦΑΙΣ κ. λ. Lotores Nymphis, & ex eodem Museo aliud Passerius (7) primum, ac deinde ipfe. Paciaudius (8), in quo tres monumento apparent Nymphe cum cannis palustribus. Ita aliud reperio apud Donium (9) NEPTVNO. ET. OMNIBVS. NYMPHIS dicatum, cum anaglypho, in quo expressae sunt Nymphae binae in mari sedentes; hinc vero errasfe videmus Passerium (10) qui ait, tres semper in hisce monumentis adesse Nymphas. Iamvero apud eumdem Donium (11) & apud Sponium (12) funt lapides nymphis. nyminibys, atque nym-PHABYS dicati, in quibus tres apparent Nymphae, vafe aquam effundentes. Haec ergo omnia, ac similia monumenta per seipfa demonstrant Nymphis aquarum dicata esse.

S. 1I.

At pauca alia, quae nec ex inscriptione, neque ex symbolis ullum habent huiufmodi indicium, si ignoretur locus ubi eadem primo posita fuerint; ignorare oportebit, an Nymphis aquarum, an aliis eadem fuerint dicata. Quid enim vetat, quominus Nymphis alterius speciei ea dicaverint gentiles ? Go-RIUS (13) observat, quod quum in foederibus & iuramentis Nymphae post Curetas nominentur, non aquarum praesides, sed Bacchi nutrices effe intelligendas. Illud vero quod magis rem conficit, est vetus monumentum apud Muratorium (14) Nymphis DRIADIBVS dicatum; quod & si singulare prorsus sit, quod ego sciam; ostendit tamen, non omnia quae Nymphis dicata sunt, de Nymphis aquarum esse accipienda. Quod si quis contendat eas, quae tantum appellantur in inscriptionibus Nymphae, ideo Nymphas aquarum praesides esse intelligendas, quod aliis Nymphis additum sit cognomen; qui haec dixerit, velim animadververtat, hoc forte ad veritatem accedere, si in se ipsa spectetur res; verum nobis adhuc incompertum esse, an aliae etiam praeter aquarum Nymphas aliquando in inscriptionibus appellarentur solo Nympharum nomine, quod ex iis, quae circumstabant, innotesceret iam earum genus. Hoc vero Musei Nanil monumentum, quod illustramus, fortasse pertinet ad Nymphas aquarum. Primo enim a Sponio (15) affertur cum haec adnotatione: in insula Bracchia Dalmatiae, vulgo Brazza, ad sontem. Verosimile est autem primo illic repertum; sed evidens id nobis non est.

## \$. 11**I**.

Itaque ad alia progrediamur, quae remanent in hoc monumento observanda. Ne autem incerta pro certis venditemus, animadvertendum est, dubiam esse huius monumenti lectionem versu secundo. In autographo, quod heic attulimus, dubium est, an legendum sit spe, an sp. f. Ita in Diario (16) quodam, in quo haec habetur inscriptio, legitur spe. Quare iuxtautramque lectionem tentanda est a nobis interpretatio. Si primam seligamus, quoniam de milite sermo est, illud spe promptum est interpretari speculatore. In Cohortibus autem suisse speculatores explorata res est. De his vero non est, cur loquemur; quum de iisdem prae ceteris eruditissime disseruerit Ioh. Wilh. Gellingius (17).

## S. 1111.

Ad alteram lectionem quod pertinet, afferri potest celebre Plutarchi (18) testimonium, quod huiusmodi est : ἐςιν ὁ Σπόρι. τῶν πρώτων ὀνομάτων... ἔσιν ἔν καὶ ὁ Σπόρι. τῶν διὰ δυοῖν γραφοριών τοῦ σ΄, καὶ π΄. γράφεσι δὲ διὰ τέτων, καὶ τὰς ἀπάτορας, σίνε πάτρις οἰτε ἄνευ πατρὸς τῶ μὲν σίγμα τὸ σίνε τῶ δὲ π΄ τὸ πάτρις σήμαινοντες. τέτο ἔν τὴν πλάνην εποίησε, τὸ διὰ τῶν ἀυτῶν γραμμάτων τὸ σίνε πάτρις, καὶ τὸν Σπόριον γράφεσθαι. Sourius praenomen est ... Spurius quoque duabus litteris indicatur SP. Iifdem litteris etiam nothos significant S.P., nimirum sine patre; quae res errori ansam praebuit, cum Spurius (praenomen) ex incerto patre natus iisdem elementis notaretur, ut quoque Spurii usurparentur. Ergo in errore versatur Fabrettus (19) qui contendit, non modo ex antiquis lapidibus, sed Z 2

etiam ex ipso Plutarcho Spurii praenomen omnibus; qui extra legitimum matrimonium nascebantur, commune esse. Plutarchus enim perspicue admodum testatur Spurium praenomen esse, idest sicut sunt cetera Romanorum praenomina; illudque distinguit omnino a nothis. Itaque in prima significatione, quam tradit Plutarchus, sicet intelligere litteras sp. f. nostri huius monumenti; neque enim in ea aliquid est, quod nos iubeat ad aliam significationem consugere. De hac autem magna lis est inter de Iohannem VITA (20), & Mazochium (21), quos consule, si libet.

#### §. v.

Iamvero pauca alia in hanc inscriptionem sunt adnotanda. De Cohortibus Belgicis nulla plane sit mentio in tot, innumerisque antiquis lapidibus, quos apud inscriptionum collectores habemus. Ergo ex hoc solum plurimi aestimanda haec est inscriptio, quae cohortem primam Belgicam, nobis primo exhibet. Legionem tamen Belgicam, ad quam veluti pars pertinebat cohors illa, memoratam video a Spartiano (22), qui de Did. Iuliano scribit: Post praeturam legioni praesuit in Germania vigesimae secundae primigeniae. Inde Belgicam sanste iamdiu rexit. Belgas vero ad militiam aptissimos describit C. Iul. Caesar (23) his verbis: Horum omnium (nempe Aquitanorum, & Celtarum) fortissimi sunt Belgae; propteres quod a cultu atque humanitate provinciae. (Galliae) longissime absunt, minimeque ad eos mercatores saepecommeant, atque ea, quae ad effeminatos animos pertinent, important.

## s. vI.

Quod postremo legitur curagens theatri, hoc pariter singulare est; neque enim simile aliud adhuc in antiquis lapidibus occurrit. Ex hoc ἀυτογράφω emendandus est Sponius (24) cum Iohanne (25) Lucio, ex quo hanc protulit inscriptionem, quam versu quarto legit cur. Gens; ex qua lectione ineptam suppeditavit eius dem Luci Interpretationem. Iamvero, quum Q. silvius suerit miles, de theatro sive amphitheatro Castrens, cuius ille curam gesserit, intelligenda erit haec inscriptio. Castrense quoddam amphitheatrum in Exquiliis commemorat P.Vi-

CTOR

CTOR (26). Alibi quoque alia exstitisse verosimile omnino est, praesertim ubi milites hiberna castra ponebant . Castra enim. hiberna erant, ut scribit Lipsius (27), quae per hiemem & in diuturna mansione militibus receptaculum, immo revera instar oppidorum saepe sternebantur, praesertim in finibus imperii, & ubi perpestuae stationes & praetenturae contra hostes. Quae quidem theatra ab ipsis militibus constructa putat idem auctor, qui de militum operibus haec adnotat (28). Plura etiam exempla: atque ea operae & structurae melioris; ut pontium, basilicarum, theatrorum &c., & quae talia perite & affabre facta: non quia olim in ipsis legionibus seorsim fabri: sed quia ipsi milites, aut aliqui inter eos, longo usu sic edocti & mixti fortassis aliqui ex professo tales; denique praeerat & di igebat praesectus fabrum. At tempore VEGETII quaeque iam legio habebat fabros lignarios, fiructores carpentarios, ferrarios, reliquosque artifices. Si autem omnes huiusmodi artes a militibus exercebantur, atque theatra ipfa, five amphitheatra ab iifdem construebantur; aequum erat profecto, ut & miles aliquis non. infimae conditionis, ut hic Q. SILVIVS. CENTURIO curam ipfius theatri gereret.

(3) IDEM . ibid. n.5.

(5) GUDIUS . l.l. Lvil. 7.

(8) PACIAUDIUS . 1. 1.

(10) PASSERIUS. l. l. pag.xxxx. & feq.

(11) DONIUS . 1.1. n.111I.

13) Gorius . l. l.

14) MURATORIUS . N. Tb.

(16) DIARIO. saggio critico della corrente letter. stran. t.11. par.111. pag.541.

(18) PLU FARCHUS. quaest. Rom.

(19) FABRETTUS.inscript domesticar.cap.I. pag.116.

(20) DE VITA. thefaur. antiquitat. Beneavent.

(21) MAZOCHIUS tabul. Heracl. pag. 288.

(22) AEL. SPARTIANUS. in Did. Iuliano.

(23) IVL. CAESAR. de bello Gallico lib. I. cap. I.

(24) SPONIUS. miscell.erudit.antiq.sect.11.

(25) Lucius . inscript. Dalmat.

(26) P. VICTOR.

(27) LIPSIUS. de militia Rom.cap.v. dialog.I.

(28) IDEM, ibib. dialog.XIII.

<sup>(1)</sup> GORIUS . inscript. Etruriae t.II. n.2.
(2) GUDIUS . inscript. ansiq. LVII. 6.

<sup>(4)</sup> FABRETTUS.domestic.inscript.pag.192.

<sup>(6)</sup> PACIAUDIUS · monumenta Peloponn, p.I. peg. 207.

<sup>(7)</sup> PASSERIUS. offervazioni fopra alcuni monumenti &c. del Museo Nanil pag, xxviil.

<sup>(9)</sup> DONIUS . infcript . antiq. GORII tab.

<sup>12)</sup> SPONIUS. miscellan. eruditae antiquitat. sect. 11. att. vII.

<sup>15)</sup> Sponius . miscell. erudit antiq. sed.

<sup>(17)</sup> GELLINGIUS. de speculatoribus veter. Rom. t. II. the sauri nov. theologico-philolog. pag. 405.

**V.** 



## ADNOTATIONES.

**c**. I.

Nscriptio haec Nyphis Aug. sacra ex Arbe paucis ab hinc annis in locupletissimum Museum Nanium translata est. De titulo Aug. erit infra dicendum; primo enim adnotandum est, quod aliquis forte dubitaverit, an inter genuinas recenseri eadem possit inscriptio. Periocha illa: QVAM NVLLVS ANTIQVORVM IN CIVITATE FVISSE MEMINERIT INVENTAM &c. videtur alicuius imperiti ac recentioris grammatici, qui elegantiorem hunc stylum, brevi inscriptioni parum consentaneum sibi essinxerit. Illud vero impendio, vel solitarie sumatur, vel coniunctum cumantecedenti voce inventam latini sermonis nitorem non habet. Suspicioni etiam pondus aliquod addunt litterae AE nexu ita E colligatae in versibus secundo & sexto; si pro eiusem inscriptionis yungiorium pugnare quis velit, reponet, haud raro vete-

res genuinas reperiri inscriptiones, in quibus latini setmonis canones desiderantur; in ipsis Graecis integrationia, haberi aliquando nexus litterarum vocalium; ut ex Gruteriano indice intelligi potest; neque enim in promptu sunt exempla latinarum inscriptionum. In his etiam, quae dedicationem aliquam continent, adnotatum aliquando videbis consules, mensem, ac diem, quibus earumdem peracta suit dedicatio. Huius vero sacta enuntiatur T. Pompeiano II. cos. Apud Theodorum Iansonium ab Almeloveen, habentur anno post Christiam claxiis. Consules Cn. Claudius Severus II., & M. Aur. Claudius Pompeianus; sed apud Pagium (1) M. Aur. Severus II., & T. Claudius Pompeianus. Consulatus alter T. Pompeiani in fastis minime occurrit.

**6.** 11.

Quod vero pertinet ad titulum AVG., qui in hac inscriptione Nymphis adscribitur, animadversione digna videtur opinio Passeri (2), qui explicans aliud ipsius Musei Nanil monumentum nymphis avgvstis dicatum, hoc refert ad aquas, quae vel impensis, vel sub auspiciis Augustorum conducebantur. Hoc tamen non videtur ex hac inscriptione posse comprobari, in qua dicitur aqua inventa impendio, nec perspicue indicatur, cuius sumptu eadem reperta suerit; videtur tamen inquista impendio Graecii Rusi, cuius volvntate dicitur inventa. Itaque assentior potius cl. Spanhemio (3) qui putat cognomen illud numinibus tributum nil aliud significare, quam venerabile numen.

<sup>(3)</sup> SPANHEMIUS. de praestantia & usu numismat. disf.xiI. p.iI. §.iI. n.2.



νĪ.

<sup>(1)</sup> PAGIUS . critic. BARONII t.I.pag. 167.

<sup>(2)</sup> Passerius . osservazioni sopra alenni monumenti del Museo Nanii sect. I.

pag.XXXX.

v I.

### AD (0) ~~

## ADNOTATIONES.

### S. I.

Arcus Carmeius beneficiarius consulis legionis primae adiutricis piae fidelis alicui numini, vel pluribus votum solvit libens merito. Alium beneficiarium consulis legionis primae Italicae protulit Antonius Zaccarias (1). Frequens qui dem est in antiquis monumentis beneficiariorum mentio; sed beneficiariorum consulis legionis alicuius nullum aliud novimus exemplume. De his autem opportunum est Livil (2) testimonium. Ut tribuni, inquit, militum seni deni in quatuor legiones a populo crearentur, quae antea per quam paucis suffragiis populi, relictis locis, Diestatorum, & Consulam ferme suerant beneficia.

### §. 1I.

Consul, qui in hac inscriptione desideratur, facile, ut arbitror suppleri in eadem poterit. In fastis enim septem vel octo alii recensentur consules, Titiani cognomine nuncupati; sed ex iis duo tantum cum aliquo Augusto consules processere: nem-

pe.

pè Tib. Fab. Titianus cum Fl. Leone Thrace A. III., & Tib. Fab. Titianus cum M. Iul. Philippo Aug. Iamvero quum in. hoc lapide nulla sit nota numerica consulatus; quum deinde consulatus Titiani cum Leone Thrace inciderit in annum ChristiccccxvI. seu in aetatem, quae nimis tarda est, si comparetur cum huius Inscriptionis stylo; propterea in ipsa Philippum substituere necesse est. De hoc autem consuli etiam possunt monumenta Sponii (3), Gruteri (4), & Reinesii.

S. 111.

Quum pauca haec verba scripsissem, cl. Praesul Borgia humanissime mihi communicavit Comitis Aurill Guarneril Ottonil dissertationem in hoc marmor nuper editam (5). Summa cum voluptate eam perlegi, admiratusque sum auctoris ingenium eruditionemque. Brevem habet ille sermonem degente Carmeia; longiorem vero contexit historiam legionis primae adiutricis piae sidelis ab Imp. Galba institutae; demum putat abrasum in hoc lapide suisse nomen Philippi Aug., odio militum Pannoniae, quae Dalmatiae limites attingit. Quamobrem ab eadem inscriptione erasum id omne arbitratur, quod ad ipsum Philippum pertinebat; propterea censet supplendas versibus quarto & quinto has voces pro salvte imp. H. Singula autem heic proposita adeo accurate prosequutus est Guarnerius Ottonius, ut nil prorsus supersit ab eo desiderandum.

<sup>(6)</sup> Dissertazione epistolare sopra un antica ara marmorea esistente nel-Veneto Museo Nani Venet. MDCCLXXXV.



viL

<sup>(1)</sup> ZACCARIA . marmor. Salonit. pag. xiiiI. num.v.

<sup>(2)</sup> Livius . lib.viiiI n.xxx.

<sup>(3)</sup> SPONIUS. miscell. erudit. antiquitat.

<sup>(4)</sup> GRUTERUS.CCCCVII.8.CCCCXXXIII.6.

<sup>(5)</sup> REINESIUS. Sylloge antiq-inscript. cl.vI.

v i I.

C. ALLIO. T. F. FAB. LVC
VETER. LEG. XX
C. ALLIO PRISCO. F.
ANN. X. ALLIA C. L. M. TI
PATRONO ET FILIO
VIVA BENEMERENTI
IN. FRONTEP 1 C P X
IN AGRO ILI 1 O

A-(0)~

Inferiptionem hanc protulit etiam Reinesius (1); sed non sine aliquo discrimine, quod heic adnotare praestat. Inprimo versu Reinesius legit c. f. in nostro autem ἀντογράφω est T. f. Titi filio: in versu tertio postrema littera f. est apud Reinesium positione contraria, fortasse typographi incuria: deinde versu quarto habemus ann. x. ille autem ann. x. In eodem. versu apud eumdem legimus c. allia. L. l. methe. Admitto cognomen methe, ut nostrum restituatur ἀντόγραφον; ast pro L. L. corrigendum videtur in Reinesiano c. L. Caj Liberta, ut in nostro legitur; haec enim dicitur posuisse monumentum patrono idest c. allio; adeoque restituendum c. L. Quod vero in nostri ἀντογράφω versu sexto exesis litteris legebatur, restituimus iuxta Reinesil ἀπόγραφον. Ex eodem pariter restituuntur bini postremi versus; siquidem illic legitur:

IN. PR. P. X. IN. AGR. P. XVI ET. C. ALLIO. VITALI. FILIO

Hoc

Hoc denique inter utrumque exemplar intercedit discrimen. quod inscriptio apud Reinesium sex continetur versibus, apud nos vero octo. Quod fuerit cognomen c. ALLIO, qui primo loco nominatur, divinare quidem poteris ex litteri Lvc. exempli caussa Lycymoni; at quis definire audeat? In paucis aliis deprehendi imperitum hunc & Romanis vix usitatum morem, quo cognomina siglis efferantur. Sed monumenta, quae publica. auctoritate excitata non funt, saepe erroribus scatent. Neque fane adprobaveris, quod in hac inscriptione post formulam Infronte pedes x. in agro pedes xvi. scripta sit : Et c. Alio &c., quod quidem ante ipsam formulam erat ex more, atque ex sermonis

fyntaxi conscribendum.

De gente Allia non est cur inquiramus, cuius generis eadem fuerit apud Romanos. Et si enim improbare non audeam eruditorum labores in investigandis Rom. familiarum meritis: plerumque tamen inutilem censeo huiusmodi inquisitionem. Nisi enim constet, quod sere impossibile est, de tota gentis alicuius arbore, ac de eadem ramorum origine, quid proderit alicui privato, cuius in ἐπιγεαφη aliqua mentio est, gessisse nomen familiae, quae vel generosum ortum habuerit, vel egregiis faclis reddita sit inter ceteras illustrior? Quot in urbe, aliisque Italiae civitatibus sunt familiae, quae nomen gentis de Auria gestant, quarum tamen aliquae ne in civium quidem ordine locum obtinent ? Quid proderit viro de Auria, qui navicularius est, quid inquam proderit dissertatio de gente Auria, nisi ipsi certo constet, se cum familia huius nominis principe aliquam habere cognationem? Ex quo fane intelligimus, aliud quidem esse opus, generalem conscribere aliquius antiquae gentis historiam, aliud vero esse, si eadem conscribatur ad alicuius imiγεαφίε, cuius ignorentur circumstantiae, tradendam ἀρχαιολόyou illustrationem,

vii].

<sup>(1)</sup> REINESIUS . antiquar. inscriptionum cl.vIII. num.y.

### vii I.

T. SEPTVMIVS
T. L. L. CHARITO
QVLINAM
D. S. P. F

### **(0)**

Uoniam nemo est, qui de Culinae apud veteres significatione ex instituto egerit; ideo opportunum mihi erit hanc tractationem aggredi, quae & huic, aliisque antiquis monumentis, quae identidem afferemus, & scriptoribus lucem aliquam poterit afferre. Itaque culinae significationes, quae apud veteres obtinuerint, quatuor tantum enumerat Pi-TISCUS (1). Primo nempe culina erat, quae nunc etiam vulgo apud nos intelligitur, de qua VARRO, quem infra laudabimus. Quare aliqui apud Vossium (2) dictam putant quasi calinam, ob ignis atque caloris perennitatem. Il. Latrinam significabat. III. Locum in quo epulae in funere comburebantur, ut scribit Festus Pompeius (3) quam quidem Pitiscus partem rogi appellat. IIII. Indicabat loca quaedam suburbana pauperum funeribus adfignata; quod affirmat Aggenus Urbicus (4) his verbis: Sunt in suburbanis loca publica, inopum destinata funeribus, quae loca culinas appellant. Aliqui demum, ut refert Vossius, dictam arbitrantur a colluvie; quae quidem interpretatio supponit iam aliquod ex supradictis culinarum generibus.

S. 11.

At nullum forte ex his nostro convenit monumento. Culina iuxta quartam notionem, quam affert Pitiscus, quoniam non privata sed publica auctoritate & procuratione institutaest,

est, ideo verosimilius saltem non privato, sed publico sumptu extructa dici debet. Deinde an culina haec fuerit aedificium. aliquod, an locus faltem maceria cinctus, an locus fuburbanus fine ullo aedificio vel maceria, plane ignoramus; quamquam hoc postremum videatur ad veritatem magis accedere. Si vero notionem feligas, quae fecundo loco posita est; quis divinaverit, eam heic obtinere? aut quis subspicetur, pro huiusmodi culinarum extructione monumenta fuisse posita? Ad primam vero & tertiam quod pertinet, quum tot fuerint harum specierum culinae, quot fere erant domus, quot fere sepulcra, cur tam raro huius reperitur facta in antiquis lapidibus mentio? quum aliorum aedificiorum, atque eorum praesertim, quae ad sepulcra spectant, ca minime sit insrequens. Neque. vero huc referri potest IACOBI SPONII (5) sententia, qui culinam in Herculis Saxani inscriptione, quam paullo infra exscribemus, commemoratam, putat fuisse locum templo proximum, in quo funebres pararentur epulae, haec, inquam, sententia amplectenda non est; neque enim demonstrari umquam poterit, funebres epulas paratas fuisse in aedibus prope templa constitutis, atque ad eadem templa spectantibus. Prope templa aderant culinae, in quibus parabantur victimae ad facrificia. & epulae post eadem sacrificia, ut suo loco erit a nobis dicendum; at quoniam mortui nullam cum templis habebant focietatem, propterea abfurdum videtur excogitare cum Sponio funebres epulas prope templa. Quinimmo novimus, veterum. fuisse morem, ut prope sepulcra ipsa illustriora adessent coenacula in eum, quem vult Sponius finem parata.

S. 11I.

Quae quum ita sint, notionem aliam investigare necesses, quae nostro huic monumento sit accomodatior. Consulenda est ergo antiquitas, quae certe clariorem, ut arbitramur, sucem suppeditabit. Duos autem videmus inscriptos lapides, in quibus ipsum culinae nomen expressum est: in aliis autem duobus vocem aliam huic omnino similem legimus, quam eiusdem esse notionis arbitror, ut instra dicemus. En primi generis monumentum, quod legimus apud Gruterum (6), & Vulpium (7):

HERCVLI . SAXANO . SACRVM

SER. SVLPICIVS . TROPHIMVS

AEDEM . ZOTECAM . CVLINAM

PECVNIA . SVA . A . SOLO . RESTITVIT

IDEMQ. DEDICAVIT . K. DECEMBR

L. TVRPILIO . DEXTRO . M. MAECIO . RVFO . COS

EVTYCHIVS . SER. PERAGENDVM . CVRAVIT

MAFFEIUS (3) Tiburtinum hoc monumentum vel ut spurium. reiicit, vel faltem in dubium revocat. Sed norunt iam eruditi, quam immitem in vetustos lapides auctor ille falcem immiserit. Ne Saxano quidem Herculi pepercit, cuius furdum ac durum nomen appellat; huic numini dicata effe aedem, zothecam, & culinam, eaque a servo ut ipse interpretatur, inverosimile putat; quaeriturque insolitam esse formulam peragendum curavit. Haec funt Maffeianae suspicionis argumenta; sed mihi quidem, & aliis, ut arbitror, admodum levia. Omitto in primis, quae. de Saxani cognomine Deo Herculi adscripto refert Vulpius (9), quaeque idem cognomen etiam a voleia defendunt. Durum ac furdum Saxani nomen quis neget? Num ergo ab aliquo sycophanta adinventum? Quot huiusmodi forent dicenda, si unicum delicatulae auris judicium expectandum esset? Quot propterea vel ut spuria habenda, vel in discrimen vocanda, praefertim si eorum lateat origo? Sed Saxani originem satis erudite indicavit Vulpius supra laudatus. Adde vero vel Herculem Saxanum alibi cultum fuisse, vel saltem alia haberi dicata eidem. monumenta, quae attulit Muratorius (10) quaeque Vulpio comperta esse non poterant. Quod vero simul cum aede dicata pariter fuerint Herculi zotheca & culina; quid inde ? Culinae nomine intelligi posse aedificium, quod aliqua ratione ad sacram aedem spectet, ex aliis monumentis infra adducendis constabit; ubi etiam de zotheca aliquid erit dicendum. Atque hoc quidem zothecae nomen fateor novum est; illud vero culi-

aat

nae parum usitatum. At ipso Maffelo iudice nulla hinc ratio dubitandi de veterum monumentorum γνησιότιτι fatis firma deducitur. Hoc immo utique praestant antiquae ¿wiyeaqui non leve. beneficium, ut novis vocabulis Graecam Latinamque linguam adaugeant. Idem dicito de formula peragendum curavit; quae & si inusitata, Latinae tamen linguae nec regulis, nec politiori stylo repugnat. Secus omnes, quae usitatae non sunt formulae, ex hoc tantum quod vulgares non lint, aequam dubitandi rationem praestabunt. Quod quantum a veritate aberret, norunt etiam ἀρχαιόλογοι non veterani. Postremo quae difficultas est in its verbis EVTYCHIVS. SER. &c. An forte servilem conditionem excedit alicuius aedificii procuratio? Quot nobiliora inter fervorum officia nobis proponit antiquitas? Sed quid vetat afsere, non servum intelligendum esse iis litteris ser. sed cognomen Eutychil figlorum more contractum, ficut in aliis inscriptionibus supra (11) observavimus? Ergo nulla est ratio, cur de huius monumenti yungibriti dubitemus; adeoque culina admittenda est cum aede & zotheca Herculi Saxano dicata.

S, IIII.

Aliud huiusmodi monumentum video apud Gruterum (12), & Philippum & Turre (13), quod his continetur verbis:

IVNONIBVS . SACRVM
M. MAGIVS . M. L. AMARANTHVS

ITTILVIR . ET

MAGIA . M. F. VERA . MAGIA . M. L. ILIAS
AEDEM . SIGNA . VIIII. PORTICVM
MACERIS . II. CVLINAM . ET
LOCVM . IN . QVO . EA . SVNT

V. S. L. P

Ex his, aliisque infra describendis perspicuum esse censeo, culinae nomine intelligi quandoque vel partem sacrae aedis, vel aedissium ipsi proximum, atque ad templum ipsum aliqua ratione pertinens. Coniungitur enim cum aliis sacris aedisiciis, & coniungitur tamquam sacrum; siquidem culina in altero mo-

## MONUMENTA LATINA

192 numento est pars voti soluti, in altero autem est locus numini dicatus.

Cui porro usui inserviret memorata in his inscriptionibus culina, nunc est a nobis inquirendum. Scaliger explicans illud, quod est in Virgilianis catalectis:

Neque in culinam, & uncta compitalia, duo tantum agnoscit culinarum genera: in unum nempe componit & culinas, in quibus funebres comburebantur epulae, & eas quae inopum funeri erant adfignatae: ad aliud vero genus refert culinas, quae erant in aediculis Herculis, ad quas, inquit, peregre profecturi sacrificabant: quod manisestum esse affirmat ex inscriptione Saxano Herculi dicata, quam nimirum primo loco exferipsimus; deceptus est enim ex aliquo illius lapidis άπογράφω, in cuius extremo versu ipse legit evtychivs . ser. PE-REGRINANTIBUS. CVRAVIT; quum tamen apud GRUTERUM (14) SPONIUM (15) & VULPIUM (16) perspicue legatur: PERAGENDVA CVRAVIT. Ergo decepti fuere tum SCALIGER, tum qui SCALIGE-RUM de culinae significatione differentem laudant.

Ad veritatem propius videtur accedere Philippus A Tur-RE (17) qui putat culinas huiusmodi fuisse loca, in quibus peractis facrificiis parabantur epulae. Cum Philippo A Turre consentit fere Vulpius (18) qui putat, culinam fuisse cellam coquendis facrificiorum carnibus, atque facris epulis tum facerdotibus, tum etiam populo praeparandis destinatam. Nequeid inverosimile videbitur iis, qui communem culinae notionem. perpendant, simulque memoria repetant veterum Romanorum ritus in facrificiis adhibitos; quique praeterea animadvertant, in primo Gruteriano lapide culinam cum zotheca coniungi: quae vox e Graeco fonte hausta, & si apud lexicographos minime occurrat, facile tamen prodit originem suam a vocibus Com & อีทันท , vel scribendum sit เอยที่นท vel เอยที่นท ; proindeque locum... illum generatim fignificat, in quo denitebantur animalia custodiae caussa. Zothecae mentio pariter est in alia inscriptione apud Reinesium (19). Sed fere affentior Maffelo (20) qui eam arbi

arbitratur fpuriam; funt enim in ipfa tot phantasmata, tamque insipienter depicta, ut nullus vindiciis locus esse videatur. Sal-MASIUS (21) vero & ipse observat in inscriptione Herculis Saxani zothecam iungi cum culina; eoque nomine intelligi putat cellam, in qua viva animalia servabantur, ac saginabantur ad facrificia. Quare zothecae nomine, VULPIQ (23) etiam auctore, intelligi potest locus, in quo nutrirentur victimae pro sacrificiis constitutae. Is vero locus vel cum ipso templo erat coniunctus, ut cogitare finunt Latina monumenta superius allata; vel erat prope facram aedem, ut constat ex alia Graeca. inferius exferibenda, atque ut opinatur laudatus Vul-PIUS, qui rationem addit, ut nempe ad manus semper essent, & in hospitum adventantium, & sacrificare volentium commoda. Culinam vero celebrioribus faltem templis adfuisse, in quibus frequentiora erant facrificia, promptum est iudicare. Sic cum celeberrimo templo Hierofolymitano coniuncta erant conclavia. plura; aliud quidem ad agnos in facrificiorum usum retinendos, alia ad abhuenda holocausta, & ad servanda plura sacrificiis necessaria, aliaque in quibus facerdotes, & ceteri qui a templo non discedebant, epularentur. Magnopere quidem mirandum videtur, nullum in promptu esse ex veteribus scriptorem, qui de templorum culinis mentionem aliquam iniecerit. At Hierofolymitani templi exemplum dubitare non finit, quin & Gentiles ipsi more tuo non habuerint additas celebrioribus faltem templis culinas tum ad facrificiorum ufum, tum ad facras facerdotum, aliorumque coenas . Itaque-Titus Septumius, sive Septimius Titi Libertus de sua pecunia aliquam huiusmodi culinam faciendam fortaffe curavit. Quod enim in inscriptione. nulla sit expressa sacri aedificii mentio; haec omissa dici potest, quod ex eo loco, in quo conlocatus fuerat inscriptus lapis, id perspicue intelligeretur: qui inscriptionum mos politioribus etiam obtinuit Romanorum temporibus.

S. vil.

Ex antea dictis vero licet inscriptiones alias Vulpio, & Philippo a Turre vel ignotas, vel ab iis non observatas ad hoc genus transferre. Huiusmodi est sequens inter Marmora Oxoniensia (23).

B b PEDI-

PEDIMVS . CONDIT
OR . SACRARI . VENERIS
CHENDIIS . CVM . PO
RTICVM . ET . COCINA
TORIVM . COST. IIVI
IIT . IN . TE . DONAVI

In qua quidem corruptissima inscriptione vox cocinatorium accipi potest pro culina sacra, quae sacrario veneris adiecta suerit. Ubi etiam observandum est, simul coniungi sacrarium, porticum, & culinam, sive cocinatorium; sicuti haec pariter simul iuncta sunt in superiori lapide ivnonibvs dicato. Aliud huius generis Graecum monumentum exhibet Lancellottus Castellius (24). In eo dum sacri cuiusdam agri desiniuntur limites, dicitur kata iepon ei ta kaakeia kata to maseipikon, iuxta templum, vel aerarium prope culinam; & paullo post ibidem simili ratione dicitur, addito nomine illius numinis, cui dicatum erat templum: kata to iepon tot asionadono tae kata kaakeiae ta soti successi suuta templum Apollinis, quod est prope aerarium, secus culinam. Forte etiam huc referri poterit Latinum aliud monumentum, quod est apud muratorium (25).

C. SVELLIVS . T F. AEMILI
T. BABBIVS . L. F
Q. SVELLIVS . Q. F
MAGISTRI . CELLAM . ET
CVLINAM . FACIENDA
CVRARVNT

Quum in hac inscriptione absolute positum sit MAGISTRI, hoc nomine fortassis indicantur facri quidam ministri, quales erant ma-

magistri fratrum Arvalium; vel forte etiam innuitur magistratus illius loci, ad quem pertinebat hoc monumentum. Atque haec quidem hucusque dicta, si certo non definiant, ut ingenue fatendum est, huius monumenti significationem, ea tamen sunt, quae ab aliis non observata, in hanc rem dici poterant.

Postremo quaedam grammaticalia observanda occurrunt, nec fane spernenda, utpote quae ad Latinae linguae nitorem pertineant. In nostra igitur imiyeaon scriptum est QVLINAM, pro CVLINAM. Notissima quidem sunt exempla vetera, in quibus pro littera c usurpatur alia o propter soni affinitatem; singulare tamen est in hac voce exemplum. Enimyero colinam veteres dixere coquinam non ut nunc vulgus putat, ut scribit Nonius (26) qui id confirmat duobus ex VARRONE, & PLAUTO exemplis, in. quibus dicitur colina. VARRO (27) autem scribit: In postica parte (domus) erat culina: dicta ab eo, quod ibi colebant ignem. Franciscus Iacobus du Breul, qui Isidori origines adnotationibus illustravit, arbitratus est (28) tunc vulgo dici consuevisse. culinam; immo verum priscumque nomen exstitisse, dictamque culinam eam domus partem (quia ut ait VARRO postica esset ) a posteriore parte animalis; sed mutasse priorem vocalem veteres honestati fervientes: idque VARRONEM ipsum vidisse, serioque dissimulasse; texisse etiam eleganti notatione eam foeditatem, quae verecundiores aures posset offendere. Ergo culina dicebatur tum ante-VARRONEM, & PLAUTUM, tum ante Nonium, fi hunc Isidori interpretem audiamus. Verum tantam loquutionis modestiam in grammatico Varrone, qui ex instituto vocum primaevas significationes tradebat, nescio an supponere quis debeat; ut reticere potius voluerit genuinam vocis etymologiam, aliamque. ex industria confictam nobis proponere, quam vocem leviter attingere vix delicatis auribus molestam. VARRO namque apud Nonium afferit culinam, quae posticam domus partem occupat, dictam ab eo, quod ibi colebant ignem; non ergo ait, ita dictam, quod effet postica domus pars: ac fatis verecunde id Varro dixisset, si innuere modeste voluisset eam vocis rationem, quam subspicatur laudatus Isidori interpres / Sed iste-ВЬо dum

#### 196 MONUMENTA LATINA

dum in VARRONE excogitatam laudat modestiam, non animadvertit, se de men dacio reum illum condemnare.

#### S. VIIII.

Reliquum est, ut coronidis loco observemus, inconsiderate dictum a Bonada (29) vocem culina in vetustis lapidibus frequentem esse; huic enim erudito viro vix cogniti esse poterant duo illi antiqui lapides a nobis initio descripti. In eo etiam errat idem auctor, quod ipsam vocem ad res sunebres sine ulla prorsus distinctione spectare existimaverit; hoc enimer ex antea probatis plurimum a veritate abhorret.

- (1) PITISCUS. lexic. antiq.Rom. v.culina.
- (2) Vossius. etymologic. hoc v.
- (3) FEST. POMPEIUS. hoc v.
- (4) AGGENUS URBICUS. de limitib. agror.
- (5) Sponius. voyage d'Italie &c. t. 111. pag.48.
- (6) GRUTERUS . XXXXVIIII.I.
- (7) VULPIUS. t.x. vet.Lat. p.I. pag. 118.
- (8) MAFFEIUS. art. critic. lapid. lib. III. cap.IIII. col.277. in append. N.Tb. MU-RATOR.
- (9) VULPIUS . l. l. pag. 121.
- (10) MURATORIUS . N. Tb. Exv. 6. MDCCCCLXxvIII. 8.
- (11) Pag. 187. A.
- (12) GRUTERUS . XXIIII. 2.
- (13) PHILIPPUS A TURRE.antiq. Aquileien.
- (14) GRUTERUS . XXXXVIIII. 3.
- (15) SPONIUS. vojage d'Italie t.11I.pag.47.
- (16) VULPIUS. vet. Latii t.x.p.I.lib.xvIII. cap.IIII. pag 118.

- (17) PHILIPPUS A TURRE. dissert. de Diis Aquileien. inter monumen. veteris Anii.
- (18) VULPIUS . l. l. pag. 122.
- (19) REINESIUS. cl.vIIII. num.LII.
- (20) MAFFEIUS. art. crit. lapid. lib. III. cap.111I. col.413.
- (21) SALMASIUS. Plinian. exercitat. in G. Iul. SOLINI Polyhistor. pag. 1209. col. 1.
- (22) VULPIUS . l. l.
- (23) MARMORA OXON. n.CXIII.pag.148.
- (24) LANCELLOTTUS CASTELLIUS inscript. Sicul. cl. v. 6. & seqq.
- (25) MURATORIUS . N.Tb. CCCCLXXXV.8.
- (26) NONIUS. V. culina.
- (27) VARRO. lib.I. de vita populi Rom.
- (28) FRANC. IACOB. DU BREUL. in cap.x. lib.xx. etymolog. IsiDORI.
- (29) BONADA. antholog. &c. vol. II. differ. vII. pag. 188.



Ault

viiiI.

SEX. CIPIO
C. FIL. SERG
FIRMINIANO
C 3 CIPIVS APER
PATER. T. P. I
ETEPVLO. DE
DEDICARI
G. CIPIVS. APER
CONSOBRIN
HERES. POS
L. D. D. D

X

P. PVBLICIVS
PHILETVS
VF SIBI ET
TERSINIAE PANTERAE
LIBERTIS LIBERTAB
POSTERISQ. EOR
H. M. H. N. S

xI.

x I.

xII.

D. M
M. FLAVIO
PRIMO
FLAVIVS. EPIC
TETVS. PATRO
NO. B. M

D. M
T. CVRIATIO
RVFINO
DEF. A. XXXVI
CVRIATIA. SO
TERIS. SOROR. FEC

Passerius (1) disserens de veteri inscriptione Musei Nanil, in qua legitur acellio. ianvario. Def. A. xl., ait se numquam. vidisse vocem der. vel saltem rarissime hanc in antiquis Gentilium monumentis occurrere, eo quod ominosa ab iisdem putaretur. At hic eruditissimus auctor facillime oblitus est alterius lapidis, quem paullo ante exscripsit (2), nempe AELIAE. TER-TVLLINAE. DEFUNCTAE. ANNORYM. XII. atque ignoravit Marmora Salonitana edita a P. ZACCARIA (3) qui observat, in iisdem Salonitanis at que in Dalmatis lapidibus faepissime eam vocem. reperiri, quique praeterea ibidem Muratorium reprehendit, quod ex sola voce Defunctus Christianas iudicaverit inscriptiones. At eamdem vocem legere est etiam in Oxoniensi lapide (4), atque in tribus aliis in historia Academiae Reg. inscri-Ptionum &c. (5) aliud apud Reinessum (6), aliud vero apud Muratorium (7), atque in hisce tribus locupletissimi Musei Nanil. Itaque nec Salonitani, nec Dalmatae, nec alii plures tenebantur eo praeiudicio, quod vox illa ominofa esset.

IIIX

<sup>(1)</sup> PASSERITS . offervazioni fopra alcuni monementi del Museo Nani sez. 1111. Pag. xxII.

<sup>(2)</sup> IBID. pag. XVII.

<sup>(3)</sup> ZACCRAIAS. marm. Salonit. pag. XII.

<sup>(4)</sup> MARMORA OXNN. num. vl. 77.

<sup>(5)</sup> Histoire de l'Academie Royal des infeription t.III. in opusculo inscripto: Recueil des inscriptions antiques.

<sup>(6)</sup> REINESIUS . follog. inscript. antiquer.

<sup>(7)</sup> MURATORIUS . MCLXXXIII. 8.

xIII.

xIIII.

L. CORNELIO . L. L SERAPIONI LITII VIPO C. LICINIVS
CASSIVS.SIBI
ET.SVIS.V.F

X V.

xvI.

D. M
C. VARI . BVRRI
C. VARIVS . LVC:FER
ET.VESTANA.VALENTINA
F. PIISSIMO . D. A. XXV
M. VII. D. XX

IISMO
QVI VICX
IT MECVM
AN. XXVIII
POSVIT VC
XOR MARITO
SVO

xvII.

D. M. S
AVRELIO
SYMPHORO
QVIVICXIT
ANNIS LXVII
MENSES VI
DIES XX

XVIII.

#### xviiI.

xviiiI.

D. M
PAMPEL
VALENTI
NO. IVL
FORTV
NATA. EX
PERMISS
DOMN. COL
PIISS

D. M
RETINIA . QVETA
RETINIO . FELI
CISSIMO . FRA
TRI . CARISSI
MO . QVI . VIXIT
PLVS . MINVS
ANNOS . XXV

X X.

xxI.

D.M
M. ANTONIO
HAMILLO
FECIT.FOCION
AMICO.B.M

P. ANES. S. CAL
SICVS. SEVER
ANN. L. HSE
FVNDANIA. A
GATHEMERIS
CONET. PLA
DOMENVS. CA
LAS PATR POSVE
B. M

xx1L

XXIIL

ATIVS PRIM ATIVS INGENVS APVLEIO MAXIMO MARITO AE.. SOB AN. L. AEL. SECVNDINVS FRATER SORORI CARISSIME. ET. ARMIFIO

mul.

#### xxIIII.

x x v.

Q- C O E L I V S Q. F. B A L B V S V E N E R V I C T

CLICINIO T. FIALAMO

xxvI.

IIVXX

D M

AVR MAXININE
QVE VIXSIT AN
NOS QVINQVACI
NTA CONIVCI. D
ICNISSIME MARI
TVS. PS

D. N
ANTONIE FA
LERNE NEPOTE
TCL. PROCVLO
FILIO EIVS DE AN. VIII
ANTONIE CLVCERE
FILIAE ET OCTAVIO PAPIRI
ANO NEPOTI DE. AN. VII
ANTONIAE INCIS MATER
INFELICISSIMA OB PIETATE
POSVIT

xxviiI.

XXVIIII.

FONATÆ PRIMITIVE
COIVGI DVLCISSIME
QVE MECVM ANNOS
ABVIT . XIV

D M SYMIOR IRIMAE SORORI BENEMER NTI

C c xxx

x x x.

 $x \dot{x} \dot{x} I.$ 

D.M
JNGENIANE
INFELICISSIME
PVELLE QVE VI
XIT ANNIII M
VII D II INGEN
-VVS ET RESPII-GT
A. AVI MISERI
FECERVNT

L. AVRELIVS. FE
BRVNDIS. VIXIT. AN
HABITAT. INAETE
DOMVM. VIATOR
VALE

**%. I.** 

Observanda est in hoc lapide formula: HABITAT. IN. AETER-NAM. DOMYM. De Aegyptiis scripserat Diodorus Siculus apud REINESIUM (1) τὸς τῶν τετελευτικότων τάφες ἀϊδες προσαγορώνσαν, ως ἐν อังใน ริเลระภิษ์ทรบท ออิท ฉัสตุอง นีเดียน, corum qui mortui funt, sepulcra. aeterna cognominant, sicuti in inferno permanentium ad infinitum tempus. Sic T. FL. IVLIANVS VETERANVS.,... DEDICAVIT MONVMENTVM SVVM SEMPITERNYM DIS MANIEVS SVIS; APIEPOZEN (est enim bilinguis iπίγραφη apud Sponium (2) MNHMΣΙΟΝ ΑΥΤΟΥ ΔΙΗΝΕΚΕΣ ΘΕΟΙΣ ΚΑΤΑΚΘΟΝΙΟΙΣ x. λ. Et apud Gruterum (3) AVIDIA. MA-XIMINA. DOMVM. AETERNAM. VIVA. SIBI. POSVIT. Et apud Do-NIUM (4) L. MAECIVS . MARCVS . REFECIT . AETERNA . DOMV . LIBER-TIS &c. & fimilia apud alios. Non folum autem Gentiles in fuis imizeaquis sepulcralibus, sed etiam Christiani simili formula saepe usi sunt, ut praesertim apud FABRETTUM (5) videre licet. Atque hic quidem auctor eruditissimus Mabillonium refellit, quod huiusmodi inscriptiones Christianorum quodam Gentilitatis mechanismo deturpatas existimet (6), ut sunt plures aliae, in quibus funt quaedam ex ethnicorum religione, quam antea professi fuerant, desumta; quae tamen excusatione aliqua. dodonari poffunt, atque in rectum sensum explicari. Ergo ipse FABRETTUS putat eam formulam ab omni Gentilitatis labe vel suspicione apud Christianos esse immunem; quod apud Ecclesiasten (7) dicatur: Ibit homo in domum aeternitatis suae; & in. Psalmis (8): Sepulcra eorum, domus illorum in perpetuum. Verum Iohannis de Vita (9) FABRETTUM non audit, sed MABILLONIO assentitur.

S.: 11.

Nos vero quid de Gentilibus, atque Christianis eam. ormulam usurpantibus dici possit, paucis inquiramus. Ac prino quidem de Gentilibus. Ex his plures immortalitatem aninae agnoverunt, ut probat prae ceteris Tobias Prannerus (10) .èd aliqui etiam negarunt (11). Alii pariter aeternam vel miseriam vel felicitatem futuram fassi sunt (12); alii in dubium vocarunt; alii demum utrumque inter fabulas recensuere (13). De resurrectione autem corporum vix aliquod indicium reperitur apud aliquem Gentilem Philosophum; ceteri hanc ut omnino impossibilem traduxerunt (14). LACTANTIUS (15) affirmat, quod non modo Prophetae, sed etiam vates, & poetae, & philosophi anastasim mortuorum futuram esse consentiunt. Ast novimus in primis, PAULLUM Ap. (16) Athenis de resurrectione mortuorum dicentem exceptum rifu a quibufdam fuiffe, ab alus vero ita auditum, ut nova saltem iis videretur de futura corporum resurrectione doctrina. Atque hoc quidem pertinet ad Graecos politiores, ut certe erant Athenienses; apud quos quum nova accideret doctrina illa, hinc intelligitur quid de ceteris sit iudicandum. De Latinis vero quis umquam proferri potest philosophus, qui satis clare de hac re sint loquuti? LACTANTIUS ipse paullo ante allata verba (17) ait poetas: veritatis huius arcana corrupisse, atque in modum commentitiae fabulacyprodidisse. Itaque ut aliquid eidem LACTANTIUS concedamus, & pauci admodum certe fuere, qui ex Gentilibus mutuam corporum re-· furrectionem leviter admodum indicaverint - Si antiquioribus Aegyptiis illa insederat de resurrectione opinio, in diversa plane fuisse alios minus antiquos ex allatis superius Droport verbis Cćo perperspicuum esse arbitror. Qui plura de his desiderat, consulere poterit eruditissimas Philippi Trenta I. C. (18) nunc Fulginatis Episcopi urbanas quaestiones. Quum igitur apud ipsos Gentiles nullum esset hac de re praescriptum dogma, cui assensum praebere omnes tenerentur; ideo quisque sua utebatur opinione, eamque ut placebat, in suis sepulcralibus monumentis expressam volebat.

S. 111.

Christianorum vero propria fuit semper resurrectionis sides. Atque huius sidei testimonium etiam reddere solebant, quum cadavera sepulcris commendabant. Huc enim spectat, sicuti observavit supralaudatus auctor, Christianorum consuetudo condiendi aromatibus cadavera, quam ipsi consuetudinem, ex quocumque tandem sonte acceperint, retinebant dumtaxat ad suturam corporum inscarr declarandam. Prudentuus (19) postquam de hac cecinit, inquiens:

Venient cito faecula, quum iam
Socias calor offa revifat,
Animataque fanguine vivo
Habitocula priftina geffit.

hac de caussa ait, maximani sepulcris curam impendi, atque myrrha corpus adspergi, nempetut corpora sabaeo medicamine servarentur (20).

Hinc maxima cura fepulcris

Honor ultimus accipit artus;

Et funeris ambitus ornat:

Candore nitentia claro

Praetendere lintea mos eft;

Aspersaque myrrha sabaeo

Corpus medicamine servat.

Hine etiam Augustinus (21) haec corporum medicamina & unguentaria; ut pietatis officia probat, eademque ad fidem resurrectionis adstruendam pertinere assirmat.

S. mil

S. IIII.

At cur ita credentes sepulcrum vocarunt AETERNAM DOMVM, in qua requiem haberent, ut in quadam Christianae puellae inscriptione in Anecdotis Rom. (22) dicitur: AETERNA DOMO RE-QVIESCIT? Testimonia illa sacrarum litterarum, quae laudavit FABRETTUS, forte non sunt adeo perspicua ut ex iis certi aliquid in hanc rem depromi valeat. Dicemus tamen, quae observari a nobis poterunt. Ergo illud Psalmi xuviil. de obitu impiorum intelligi potest: nam haec distingui ibidem videtur a iustorum morte. Etenim versu antecedenti legimus: Non videbit interitum, cum viderit sapientes morientes; quasi nempe mors sapientum, mortis nomine digna non sit; tum de impiorum. morte accipi potest, quod sequitur: Simul insipiens & stultus peribunt. Et relinquent alienis divitias suas: & sepulcra eorum domus illorum in aeternum. Quamvis enim iustorum quoque sepulcra. sint eorum domus in aeternum, idest in multum tempus, usque ad corporum refurrectionem, ut paullo infra dicemus; attamen de morte illorum impiorum. de quibus sermonem habet Psalmista, aptissime adhibita est ea loquutionis formula, quae maximam eorumdem miseriam potest significare. Sicuti enim. illi, dum hac lucis usura fruerentur, abundabant divitiis, ac propterea in altissimis habitabant palatiis, atque in laqueatis cubiculis, mollibusque quiescebant lectulis; sic ex opposito, ut ipforum futura post hanc vicam exprimatur infelicitas, squallidi foetidique sepulcri, veluti aeternae illorum domus habitatio commonstratur. Quod autem habet Ecclesiastes, non de impiis tantummodo, sed de omnibus generatim hominibus dictum ab eo est, qui omnium prorsus hominum sortem describit. Sed apud utrumque facrum scriptorem phrasis illa ita adhibetur, ut illius domus aeternitas nil aliud fane innuat, quam longiffimum tempus illud, quo a cuiusque obitu ad futuram omnium. humanorum corporum resurrectionem fluet. Nam Ecclesiastes quidem statim (23) addit: & revertatur pulvis in terram suam .unde erat; & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. Ita. Psalmistes (24) ait ibidem : Verumtamen Deus redimet animam meam

meam de manu inferi, quum acceperit me; aliaque huiusmodi habet similia. Ita locus uterque facrorum scriptorum ita declaratus est, ut non iuxta ethnicorum sententias, de quibus inferipturis quandoque iniecta mentio est, sed iuxta catholicae Ecclesiae dogmata intelligi a Christianis omnibus haud aegre possit. Ergo vel utrumque, vel saltem illum Ecclesiastis habere prae oculis potuere veteres religionis nostrae sectatores, quum in suis sepulcralibus iniquaris aeternae domus mentionem fecere.

S. v.

An vero ex prudentiae legibus licuerit Christianis ea uti in fuis monumentis formula, qua in fensum a catholica Religione alienum plerumque uterentur Gentiles; haec alia quaestio est ab ea, quae fuit Mabillonium inter & Fabrettum. Ceterum, si vera loqui velimus, quum Christianorum sepulcra omnino ab ethnicorum monumentis secreta essent, quum deinde etiam. nulla effet apud veteres Christianos arcani disciplina, quoad dogmata de futura corporum resurrectione, atque de animorum aeternitate, quae quidem dogmata & saepissime, & clarissime ac publice etiam praedicabantur, hinc sane intelligimus, nil periculi apud eosdem veteres nostros Christianos fuisse, si in suis monumentis eam adhibuissent formulam, & si eadem ab iis adhibita innotuisset etiam superstitiosae ethnicorum religionis fectatoribus. TERTULLIANUS quidem visus est aliquando corporum nostrorum futuram arásasu sub quodam mysterii velamine nobis proponere; sed plurimis aliis in locis adeo clare de eadem est loquutus, commemorato etiam exemplo refurrectione Domini Nostri Iesu Christi, ut nil magis exploratum, nil magis publicum apud Christianae Religionis sectatores esset, quam futurae corporum resurrectionis sides; tamquam praecipua in huiusce vitae angustiis pro Christi amore sustinendis fiducia. Quum igitur communis omnibus omnino Christianis haec esset fides corum mentibus, atque eadem. spes eorumdem animis alte infixa, quum deinde ex divinis Scripturis ipsi noscerent ab omni erroris labe immunem prorsus es-

se formulam illam, qua sepulcrum appellaretur aeterna domus; hinc nemo est, qui non intelligat, eam adhiberi fine ulla erroris subspicione ab iisdem potuisse; nec ullam esse caussam, cur putemus Christianorum inscriptiones, in quibus eadem. legitur formula aliquo gentilitatis mechanismo suisse deturpatas. Sed finge etiam, si lubet, verba quibus ea continetur formula, mutuasse ab ethnicis Christianos; nunc propterea ethnicismo deturpatas dicere licebit sepulcrales eorumdum inscriptiones? Si res ita se haberet, accusandae quoque essent divinae Scripturae, quae eisdem utuntur phrasibus. Itaque accufandi potius Gentiles, quod his similia plura ex nostris eripuerint scriniis, quam Christiani, qui ab eorum superstitionibus maxime erant alieni. Non inficiamur tamen, aliqua esse-Christianorum monumenta, in quibus ethnicismi aliquid. animo tamen non ethnico, fuerit inspersum, quod eius generis esset, ut vel aliquam ferre posset Christianam significationem, vel faltem ita adhiberi a tidelibus posset, ut eorumdem. incorruptae fidei minime repugnaret. Sed hac etiam de re praeclare dicturum arbitror nostrum Cateranum Marinium archivis Vaticanis praefectum in sua amplissima, quam sollicite parat Christianarum inscriptionum collectione, adnotationibus ac differtationibus illustrata, quam eruditi omnes, qui probe norunt eiusdem MariniI exquisitum ingenium, doctrinam optimam, eruditionem, diligentiamque prorsus singularem, toto animo cupiunt, exoptant, ac fere ab ipso iam flagitant.



(1) Res-

- (1) REINESISUS. infeription. antiq. cl.x11. num. LXXXXVII.
- (2) SPONIUS. miscell. erudit. antiquit. sect. x. num. xxvII.
- (3) GRUTERUS. DCCIII. num. 6.
- (4) DONIUS, inscript.antiq. cl.11. n.180.
- (5) FABRETTUS . inscript antiq. pag. 133. & feqq.
- (6) MABILLONIUS. ster, Italic.
- (7) ECCLESIASTES . cap. xII. v. 5.
- (8) PSALM. XXXXVIII. V. 10.
- (9) DE VITA. the faur. antiquit. Benevent. t.I. pag. 299. in notis.
- (10) TOB. PFANNERUS. fiftema theologiae Gentilis cap.xviiI. n.16. & feqq.
- (11) JBID. num.10. 11. 12.
- (12) IBID. cap.XXI.

- (13) IBID. num.4.
- (14) IBID. num. 2. 3. IBID. cap.xvittI.
- (15) LACTANTIUS. div. instit. lib. vII. cap. xxIII.
- (16) PAULLUS AP. ep. 1. ad Cor. cap. I. v. xviiI.
- (17) LACTANTIUS. ibid. cap. XXII.
- (18) PHILIP. TRENTA. Urban. Quaeft. pag. 154.
- (19) PRUDENTIUS. Cathemerinon. bymn. x. in exequ. defunctor.
- (20) IDEM . ibid.
- (21) AUGUSTINUS. de cura pro mortuis gerenda.
- (22, ANECDOTA ROM. t.I.pag.477.n.45.
- (23) ECCLESIASTES. cap.xil. v.7.
- (24) PSALM. XXXXVIII. V. 16.



APPEN:

Digitized by Google

## APPENDIX

IN QUA

## GRAECUM DECRETUM

THEODORO COMNENO DUCA
PRO METROPOL. CORCYRENSI ECCLESIA

ANNO MCCXXVIIII. EDITUM

COMMENTARIO ILLUSTRATUR

Dd

# 监狱 建原理 原金

N. 13. 34. 34. 3

1.0 45 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1

HOUR OFFICE TO OHORET

2320 TORING CARRYED CO

# ΣΥΝΟΨΙΣ COMMENTARII

#### IN DECRETUM

### THEODORI COMNENI DUCAE IMP.

#### (o)~

- S. I. D Ecreti hulus praestantia innuitur, & quae in Commentario pertractanda sunt, paucis indicantur; tum vero decretum ipsum communi Graeco charactere expressum, & Latineetiam redditum exhibetur.
- S. II. A qualibet subspicione voluice, idem decretum evidentissime desenditur.
- S. III. Discrimen praenotatur, quod inter buiusmodi decretum & vetera Graecorum ληφίσματα intercedit.
- S. IIII. Agitur de significatione vocum i βασιλάα με, quae babentur in nostro decreto.
  - S. V. Inquiritur, an Theodorl Comnenl Ducae Imp. nomen in editis Graecorum fastis reperlatur; quod quidem verosimile videri potest.
- S. VI. Plures eodem tempore Graecum ita tenuere imperium, ut alii quafdam tantum provincias, alii alias moderarentur, licet generale Imperatoris nomen ipsi gererent.
- S. VII. De Valerio Comneno Theodori Comneni Ducae proavo, & de Manuele eiusdem patruo aliqua adnotantur. Editum forte dici posset Manuelis, ineditum serte Valerii Comneni nomen.
- \$. VIII. Quaedam adnotantur de Georgio Corcyrensis Ecclesiae Metropolita, eruditis hucusque incomperto. Lux aliqua suppeditatur înedito MUSEI NANII Graeco fragmento ad huiusce decreti aetatem atque ad eumdem Metropolitam Georgium facile pertinenti.

  D d 2

  \$.VIIII.

S. VIIII. Graecorum medil aevi a fferuntur leges, quae lustae possessionis tltulum esse affirmant ipsius possessionis diuturnitatem.

S. X. Observationes in huiusmodi leges adduntur tum generatim, tum, quoad confirmationem bonorum Ecclesiae Corcyrensis sactam abs Imperatore Theodoro Comneno Duca.

S. XI. Recensentur bona ac privilegia eiusdem Ecclesiae in boc decreto expressa.

S. XII. De iisdem disseritur, îllustranturque paullulum voces ελευθεράα, αγιόσελοι, & δικία κληρικά.

S. XIII. Inquiritur demum, cur aureis bullis înfignitum fuerit buiusmodi decretum.



υπορίερωτα μο στη Κη Κυρωκα Η Βασιλοία με τι μώμος μα πομάμου αρφιρ Ο Κλεωρπροσελθών η Βασιλοία με εμεφαρίσερ αυτή τατή 6ΚΚ. 1010 αντού αποτεθημέρα έργραφα διαφορα ΔΚαιώματα Η Του Βα οιλικά χρυσό Βουλλα και Σοιπο . έλιπουρ μο Γουρ Τρ Βασί λεάρ μου ίρα το Κύροσ Σέξωρτας ταῦτα πορά Το Βασίλεασ ο 6 βε Βαγωθωσί περεμγιων Ε. προσεδέχ θη Γοιώ Η 44 παραν προτικά Νκαγα και you Ta HIN WHIT WKay whenta map Coe Buy Boon with wall of SE Kai mo 13 μων Τό Βασιλοίο μο (ωστεθ που κτον χρονον εχεσι (ωερίον κουμ πολυτία τορ εξό μα ματά τ Κορκυρασ κ κλησια έχορ η δθησαν το ια το Δικαγώματ. 20 κπρεπόν ετί "μα εθούν Βασιλέ θο ιλεσι πράξεστί σοφιλησ επικορή Βωσιλοσιάν ραραμηθασκων ταιαχιών τας προσαμαθη η Ησιμ αθαμασία Τοτοίσ μηχαμηθησεται Το μη εξημη . Ε αξωίαχρο ρωμι Δαπαρακέρ απορδα μάτορι δοσα τοι μικ ο ι μακιρίτοι Βασί λοστρρωμαίων εκόμοι π' Κερκυραία εφιλοπημήσαντο κκημοια Να χρυσο βέλλωμ προστατμε αυτίρ σίκρεται με Βασιλομ με ε α ελιτί Σεται αυτ 6σοι Κίζεται το 6 αποδεχεται 6 Διορίζεται ίνα το Βεβαιομ Και αστ νιδητωμητορ αποφέρορε Τα τοι αυτα Κ΄ πόσασ Σαμ 23, 60 και περιλη μοσο Δυ Τρ Εωσ παραπτή Βαση γρασμό αποτεθημός σε Βανίν παραπό Κ΄ Και ρψ βρ ΣΤερτωρ Τη Κορκυραμ μιθσορ 6 Τη Το Βα Γερίλο μα Το παραβά μωιχριεφεψες Η μοβοσίω επιτετατιζόρ Η έχοσι δε τ ληλωθείμα ατίχρυσοβε τε ανιανία Βοσιλε 6' προπαπτήσ Βασιλοάσων ωλ 318 \* Κυμμιο. Gπιβραθάωμ Κολο Ι'Κηπάσαμ 6' παμτοπέλας δίαμ 6' τομιθαμ Τοροίκουριο Δωρεα Εθαγούλ γων των ποροίκουν και το παροίκουν και το παροί KGate 4 ATO ("K" TIP A) OTHO and of Back ( and HILLS CLUST CULON SHIPTER BOIKYGY GONSAA KO E COOMS ON THE OIK OIKT () THINE TO MENT DE YOUR Kybλarg & OHNZ7/ Li Na a Come Jp DHλωθ J Xpi apaday με I mooth whomas

with Kupay "A BoH, 3 KTH Lica GITT λεβΑΤΤΗ ΚΑΙ ΤΟ GOLD ΚΑΙ Σαταγογελονών

(6 Τατ μιτ χ Υ 100 Υ (5 Ly λ € 10 (4 μασι) 5 (5 αυτο 7 λεβαδη μότηρω Το TIT & Taput & YIOU Y & I VA & 10 WWW. A DOOP TO GY SUATTO DE TOUR OF LOWER TO THE TAILED # Wilex To προ JOHUM CTONTING CHO TOO OF LOUNG TOO OF LOUNG TO WILL TO THE MORE STONE TO BOUND THE MORE WAS TOO BOUND TO A TOO OF THE MORE WAS TOO OF TOO OO OF TOO OO OF TOO OO OF TOO OO OF TOO OO OF TOO OF TOO OF TOO OF TOO OF TOO OF TOO OO. SAWPOC'ENX WITW 96 WITHIN

### COMMENTARIUM

#### IN DECRETUM

#### THEODORI COMNENI DUCAE IMP.

S. I.



Uum nobilissimi aurati Equitis ac Senatoris Iacobi Nani Museum locupletissimum veteribus omnis generis monumentis, praesertim vero Graecis, iisque rarissimis atque praeclarissimis abundet, quae & Graecis litteris, Graeciaeque historiae plurimum afferunt splendoris, tum ve-

ro Museum illud obtinet hoc etiam, licet sequioris aetatis, praestantissimum Graeci Romanorum Imperatoris decretum, quod plura suppeditat ad ecclesiasticam civilenque illorum, quae maiori egent luce, obscuriorum temporum historiam magnopere illustrandam. Nostrum ergo erit ea brevi sermone adnotare, quae in hoc ipso decreto animadversione digna nobis videntur. In primis vero, ne inanem susceptum esse laborem quis putet, demonstrandum a nobis erit, nullam esse caussam, cur de huiusce monumenti 10842 subspicemur. Disseremus deinde tum de personis, quae in eo descriptae sunt, nimirum de Graecis Romanorum Imperatoribus, ac de Corcyrensi Metropolita, qui forte omnes in tenebris adhuc laterent, niss hoc decretum in ditissimo Museo Nanio optimam sibi sedem comparasset; tum vero de materia ipsius decreti aliqua dicemus, nempe de confirmatione bonorum privilegiorumque Corcyrensis Metropolitanae Ecclesiae. In his autem breviter pertractandis, plures eiusdem monumenti voces éa, qua poterit ratione declarare conabimur. Ut autem omnibus perspicua sit eiusdem decreti lectio, illud heic communi Graeco charactere, atque cum Latina interpretatione describimus. Emendata saepe proponitur ἀυτογράφε lectio; aliquando vero eadem intacta est. Praeterea ut alii maiorem facilius addant huic monumento lucem, non modo solitaria & integra verba adiecimus, fed dimidiata etiam, quae a nobis legi potuere. SanΟ παμερώτατ Ο μητροπολίτης Κερχυζαίων και τη βασιλεία με τημώμεν Ο δια την αυτε άρετην ο κύρι Ο Γεώς γι Ο περοπελθών τη βασιλεία με ένεφάνισεν άυτη τα τη έκκλησία

αυτε αποτεθήμενα έγγραφα διάφορα δικαιώματα ήγεν βασιλικά χρυσόβελλα κου λοιπά. ελίπαρισε γεν την βασι-

λέαν με ίνα το κύρ. δεξονται ταῦτα παρά τῆς βασιλείας με, κỳ βεβαιωθώσι σερεμνιωτέρως. προσεδέχθη γεν παρά (βασιλείας με) ότι καὶ
δίκαια, καὶ
γὰρ τὰ δηλοθέντα δικαιώματα παρ ἐυσεβών βασιλέων μάλλον δὲ καὶ
προγόνων τῆς βασιλείας με συνετέθησαν καὶ τὸν χρόνον ἔχεσι. σύνεργον, κỳ

συνήγορον πολυετεία γὰς έξβτυ μακρά τε τῆς Κερκύρας ἐκκλησίας ἐχωρήσθησαν τὰ τοιαῦτα

10 δικαιώματα. διό καὶ πρεπόν ες είνα ευσεδών βασιλέων θεοφίλεσι πράξεσι 10 Θεοφιλής επικυρή βασιλεύς. Εν γαρ άνη βάσκωνται τὰ καλὰ Εν έκκαλώνται

σερός αναθήλησιν αθανασία τέτοις μηχανηθήσεται το .... εσ) ααξώϊα χεό-

νώ μη δαπανώμενα πανδαμάτομ. όσα τοίνυν οὶ μακαρις οὶ βασιλεὶς τῶν ρωμαίων ἐκεῖνοι τῆ Κερκυράια ἐφιλοτιμήσαντο ἐκκλησία διὰ

15 χρυσοβέλλων προςαγμάτων ευτών, δικαθται ή βασιλαία με , κα 15 απθομ-

ζεται αυτης εισοικίζεται τε , και αποσέχεται, και διορίζεται ίνα το 6ε-

κίνυτον ἀποφέρωνται τὰ τοιαῦτα κατὰ πάσας δαυμ... σης Ε περιλή ζεις ἀυτῶν καὶ ὡς παρὰ τῆς βασιλείας με ἀποτεθήμενα σεδάξωνται παρὰ τῶν

ρον έρχεντων την Κερμύραν νήσον, κα) το της βατεντίθεμα, τῷ γὰς παραδά 20 τη καθηκον έφεψεται ή της βασιλείας με έπιτεταγμένη ός γηλ. έχεσι δε τὰ 20 Επλωθέντα

δικαιώματα έτω κουσόθελλα τε αοιδήμε βασιλέως καὶ προπάππε τῆς βασιλείας με 'Ουαλερίε

τε Κομνήνε, έτι βραβέυιον καθολικώς πάσαν κα) παντοί έλευθέριαν, κα) τά μπο α-

	Sanctissimus Metropolita Corcyrensium & a maiestatemea pro-	
	pter eius virtutem in honore habitus	
	Dominus Georgius accedens ad maiestatem meam oftendit eius-	
	dem Ecclehae	
	fuae conscripta, quae in ea servantur instrumenta, scilicet regia diplomata aureis bullis insignita, & cetera huiusmodi: pre-	
	gia diplomata aureis bullis infignita, & cetera huiufmodi: pre-	
	catus tettur ejt mate-	
5	statem meam, ut auctoritatem accipiant isthaec a maiestate.	5
	mea 🕉 con-	
	firmentur stabilius. Approbata igitur sunt a maiestate mea.,	
	quod & aequa funt; namque	
	superius dicta instrumenta a piis Regibus, quinimmo & maio-	
	ribus maiestatis meae emanarunt, & tempus habent, quod ipsis	
	faveat & patrocinetur;	
	multum quippe ac longum in tempus Corcyrensi ecclesiae pro-	
	cesserunt isthaec	
10	instrumenta; quo circa decet etiam, ut piorum Regum religio-	10
	fis taElis	
	religiosus opituletur Rex . Si enim repubescant, quae praecla-	
	ra funt, fi revocentur	
	ad reflorescendum, immortalitas ipsis comparabitur, & sempi-	
	ternitas , ac propterea tem-	
	pore non absumentur, a quo omnia edomantur. Quotquot igi-	
	tur beatae memoriae Impe-	
	ratores Romanorum Corcyrensi indulserunt Ecclesiae per	
15	sua decreta aureis bellis insignita, haec sibi veluti propria vin-	15
	dicat maiestas mea, atque in sempi-	
	ternum largitur, inducit, & approbat, & decernit, ut firma	
	haec atque immu-	
	tabilia habeantur iuxta omnes & comprehensiones	
	suas, & tamquam decreta (seu reposita) a maiestate mea,	
	religiose serventur ab iis, qui pro tem-	
	pore regnabunt in Corcyrensem insulam Quod enim	
	ad tranf-	
20	gressorem spectat, illum sequetur maiestatis meae constituta.	20
	iracundia · Habent ergo suprascripta	
	E e infiru.	

2 I	8 APPENDIX.	
	μῶς ἐπιρεάζεσθαι τι τῶν τοῖς μητροπολίταις, ἔτε παροίκες, ἔτε κληρι-	
	xbg ste d'breuthy mu-	
	δε είς διαν δήτινα δελίαν, η δόσιν καθέλκεσθαι έτέρε χρόνε άκηνής ε Ga-	
25	δε είς διαν δήτινα δελίαν, η δόσιν καθέλκεσθαι έτερε χρόνε άκηνής ε δα- σιλέως κα) θειε της βασιλείας με κυρίε Μανεηλ. έννομαλαμβάνεται δω- ρεά πα-	25
	ροικίας ογδοήκοντα κα) οικία κληρικά τεσσαράκοντα, έτέρα δωρεά άγιω- δέλων	
	τριάκοντα, όμεία δωρεά έτερα αγιοδέλων τριάκοντα εκμνήμε (πραγενς) κα) δωρεά έκατον εί-	
	κοσι καροικίαι κατά διαφόρες καιρες δωρηδώντης (δωρηθέντα) τη εκ- κλησία δωρεά ( ετέρε εν απασιν δικίαις)	-
	κααπ εν τὸ τε να) έκ τε υπφησε τε ἀοισήμε βασιλέως Μανεήλ	
30	νοικ: ἐλευθεράματα εκα · · · όμε (ὅλων παροικίων) τῶν λεγομέ- νων δελευτῶν	30
	κατά τεσσαράκοντα τέσσαρας καθάσερ αν δηλωθέντα χρυσόβυλλα αναφαίνεται	
	τη τε βοιμοτος καὶ λανίε καραπλα κται	
	ωροσταγμάτων τε κυείε ιοδεκ Ουαλερίε βασι λείας με ἄρωσι	
	άδελφ προσεσι	
35	No. of the second secon	35
	ἀπογραμένη τέ κα) προβλήτε και τῆ χρυσοβάλλη	
-	κατ' ἀσφαλίασθαι τὸν τη των εκ εισασφ άυτών ιζεσαν	
	μηνὶ Ἰκνίφ (ἡμέρα) πρώτη έτα ς Ιλς Θεόδωρ	
40		40



	APPENDIX. 2	19
	instrumenta aureis bullis insignita celeberrimi Regis & proavi	
	maiestatis meae Valerii	
	Comneni hoc modo: confirmat ut arbiter, omnem universim.	
/	& ubique libertatem, atque ut nul-	
	lo modo iniuria afficiatur aliquid eorum quae ad Metropolitas	
	spectant, neque parochi, neque clerici, neque servitium, neque	
	in quamcumque aliam fervitutem, aut donationem pertrahant	
<b>^</b> -	eam quae facta est also tempore semper memorandi Re-	
25	gis & patrus maiestatis meae Domini Manuelis. Comprehen-	
	duntur in legitima donatione pa- roeclae octoginta , & aedes clericales quadraginta , altera do-	
	natio facrorum fervorum	
	triginta, fimilis altera donatio facrorum fervorum triginta	
	& donatio centum vi-	
	ginti paroeciarum quae diversis temporibus donatae sunt Eccle-	
	siae supradictae: & donatio alterius quoad omnes domus	
	clericales · · · · · · · · · · · · · · · · · · ·	
	clarissimi Regis Domini Manuelis	
30	💸 libertates . • • fimiliter omnium paroeciarum &	
	di&orum fervorum	
	ad quadraginta quatuor, ficut supradicta instrumenta aureis	
•	bullis insignita demonstrant	
	decretorum Domini Valerii	
•	maieftatis meae	
<b>.</b> -		
<b>3</b> 5		35
	mense Iunio, die prima, anni 6736 (idest Christi MCCXXVIIL)	
	Theodorus in Christo Deo	
40	Rex & Imperator Romanorum Comnenus Ducas.	40
		40
	CARDINA ART	1
	T A A	c -1

S. 11.

Propulfanda ergo in primis est, quae forte oriri in aliquorum mentibus posset, vel minima de Graeco huiusmodi decreto suspicio. Quum enim in ipso conscripti sint tum Theodorus Comnenus ex gente Ducaena, Romanorum Rex & Imp., tum vero eius Theodori patruus Manuel, ac praeterea etiam eiusdem. proavus Valerius Comnenus, tamquam Romani Reges & Imperatores; hi vero ad eam aetatem pertineant, qua eorum fasti completi apparent aliorum Imperatorum nominibus; propterea subspicari quis posset, non illos qui editi iam sunt, sed alios quos in hoc ipso decreto legimus, inter spurios esse recensendos. Qui enim in lucem prolati fuere iam ab eruditissimis viris, fua habent monumenta, quae nullum dubitationi aditum praebent; proindeque subspicionis ratio eos afficiet, quos in eodem nostro decreto commemoratos novimus. At duo sunt argumenta, quae omnem prohibent de huiusce decreti rollia dubitationem. Primo enim in huiusmodi Regum & Imperatorum. Graecorum ferie, sive potius in eorumdem feriebus haud raro eodem tempore, & hac ipsa nostri decreti aetate alios comperimus regnasse, non unitate imperii, sed temporis tantummodo; ut infra suo loco s. vI. ostendetur. Quamobrem, quum aetas ipfa & populorum factionibus, & potentiorum tyrannide plurimum abundaret, & omnia sursum deorsum perturbata cerneret, arguendum hinc est, diversos Graecorum Imperatores simul exstitisse, quorum quilibet diversas occuparet Imperii partes. Ex eo igitur, quod Rom. Imperatores, de quibus in nostro decreto mentio est, eodem tempore, ac sine imperii societate regnaverint, consequens minime esse potest, voltices illud fore accufandum. Neque vero ulla est dubitationis caussa, si quae in eodem continentur, attente a nobis perpendantur. Hoc enim decretum nil aliud praesefert, quam confirmationem bonorum quorumlibet ad Corcyrensem Metropolitanam Ecclefiam pertinentium; nec ullum in eo apparet novum, quod eidem Ecclesiae privilegium concedatur. Cogitandum ergo ne est, effingi ad simulationem ab aliquo sycophanta voluisse Imperatoris decretum, ex quo nullum augeatur eidem Metropoliticae ticae Ecclesiae privilegium? Maius quidem robur accipiebant Ecclesiarum bona ex Imperatoriis confirmationibus; sed ex ipsis Graecorum legibus, ut infra erit observandum, sirma iam. erant tum ex prioribus concessionibus, tum vero ex temporum diuturnitate, qua eadem possidebantur; ut illa iam possidebat Metropolitana Corcyrensis Ecclesia. Huc accedit etiam, quod in decreto hoc non modo expressa sint Imperatoris subscribentis, sed eius quoque patrui ac proavi, tamquam Graecorum. Imperatorum nomina, de quorum altero dubium est, an ex editis censeri possit, de altero certum est, ineditum illud esse. Num ergo subdolus eiusdem decreti scriptor auctoritatem aliquanteidem conciliasset, inscribendo Imperatorum nomina aut dubia, aut prorsus ignota? Inanis igitur ex eo sonte est suspicio de huiusce decreti rosea.

#### S. III.

Iamvero, quae in ipso decreto animadvertenda esse ducimus, paucis proponere nunc lubet. Ac principio quidem, si oculos vel raptim convertamus ad ea, quae in tractatu nostro de Atheniensium decretis adnotavimus, maximum sane constabit esse vetera inter & recentiora Graecorum decreta, nimirum. inter utrorumque systema discrimen. Quae enim Atheniensium decretis initia funt, nempe archontis ac magistratus nomina, tum vero temporis notae, haec omnia & finem huic decreto imponunt, & ordine prorsus opposito inscripta funt. Illa autem omnia, quae Atheniensium decretorum initio poni consueverant, ita funt comparata, ut ideam quamdam in audientium animis excitaverint, qua eorumdem decretorum auctoritatem. maiestatemque satis magnam conceperint, atque ideo plurimi fecerint ea, quae in ipsis decretis gravissime statuta fuere. Vetustiores Graecos imitati sunt Romani pariter vetustiores. At labentibus temporibus, corrupta, ac labefactata animorum. studiorumque cultura, sicuti aliarum rerum, ita & decretorum facies mutata plurimum est. Attamen, si vera loqui velimus, decretum hoc sequioris aetatis ita conscriptum cernitur, ut aliquam maiestatis speciem retinere videatur. Sed ad alia. progrediamur, quae in eodem observanda esse censemus.

g-uil.

§. 1111.

Antequam vero de Rege & Imperatore Rom. Theodoro Comneno Duca, qui hoc edidit decretum, aliqua adnotemus, operae pretium est animadvertere in voces illas βασιλεία με, ab eodem saepissime usurpatas. Amicus quidam Graecarum litterarum peritissimus, cui plurimum debeo quoad huiusce decreti lectionem interpretationemque, voces illas semper reddidit, Regina mea; ast mihi perpendenti, nullam hinc aptam oriri significationem, quinimmo faepius etiam ex eadem interpretatione eam nasci quammaxime perturbatam, suspicatus sum, quod deinde a Meursio & Ducangio observatum vidi, easdem voces reddendas esse maiestas mea. Sed mirum non est errasse amicum Graece doctissimum tot aliis optimarum artium studiis detententum, quum & alii vetustiores docti viri, sicuti narrat Meursius, veteris Graeciae significationem prae oculis habentes, vocem βασιλώα reddiderint imperium, aut regnum. Adnotat autem idem Meursius, illam Despotae, Sebastocratori, & Caesari, quamvis hi non essent Imperatores, communem pariter fuisse appellationem; hoc tamen usitato discrimine, quod de hisce loquentes auctores dicerent tantummodo ή βασιλέα ἀυτῶν, de Imperatore vero, aut ad Imperatorem fermonem habentes adderent dyla. Quod vero magis nosira interest, aliud est ab eodem scriptore acutissimo observatum discrimen, quod Imperator de se ipso verba faciens, modestiae gratia omitteret vocem άγία, atque dumtaxat diceret ή βασιλέια με; quod idem... auctor aliquibus probet exemplis; quibus & addi potest hoc nostrum decretum, in quo Theodorus numquam dixit i dyla βασιλεία με, fed tantummodo ή βασιλεία με.

**§**. v.

Nostrum igitur hoc decretum editum confirmatumque est a Theodoro Rege & Imperatore Rom. Comneno Duca, ut postremo versu legimus, in shas anno sex millesimo trigesimo sexto, a qua Graecorum epocha si subduxeris annos quinque mille quingentos & octo, habebis annum Christi MccxxvIII. In fastis Graecorum Imp. video Theodorum II. Angelum cognominatum, qui suit Iohannis silius, Constantini nepos, qui Impe-

Imperatoris titulum sibi vindicavit, & coronam Thessalonicae accepit anno MCCXXII., atque non multo post annum MCCXXX. Imperium in Iohannem filium transtulit. Idem porro Theodorus Angelus, antequam Imperator procederet, primum. Theodori Lascaris, decessoris sui, castra seguutus est, deinde Michaeli fratri notho, qui sub idem tempus Thessaliam, & Epirum antiquam, in qua continebatur etiam infula Corcyra, aliafque provincias urbefque invaferat, focium fese adiunxit. Nunc ergo illud tantum perspicuum est, Theodorum... nostrum Comnenum Ducam, convenire cum hoc Theodoro, qui habetur in sastis, quoad tempus, quo iste regnavit; tum. quoad nomen proprium Theodori, tum etiam forte quoad Corcyrae infulae dominatum, si excogitare velimus (quoniam. nothus eius frater Michael in Imperatorum numero minime refertur) Theodorum obtinuisse etiam in Thessaliam, & Epirum antiquam imperium. Contra vero Theodorus hic, qui in fastis nomen habet, dicitur ex gente, seu ex familia Angelorum, ille autem nostro huic decreto inscriptus, appellatur ex Comnenorum gente, atque ex Ducarum familia. Itaque, fi Theodorum nofrum Comnenum Ducam velimus, eumdem fuisse cum Theodoro Il. Angelo, de quo in fastis, oportebit agnoscere Theodorum nostrum ex gentibus simul atque familiis Angelorum, Comnenorum, & Ducarum. Insertas enim fuisse identidem. huiusmodi familias ex Graecorum Imperatorum fastis, atque pluribus eorum exemplis certissime novimus. Coniecturam. aliam nobis exhibet hoc nostrum decretum, in quo patruus ipsius Theodori Comneni Ducae appellatur solo nomine Manuel; quum tamen & hisce temporibus solerent Imperatores praeter nomen gerere etiam cognomen, & quum (si velimus eiusclem Theodori patruum esse eum Manuelem, qui in fastis recensetur) in iisdem dicatur Manuel Comnenus. Atque haec quidem coniectura ex eo augetur, quod in fastis apud Bandu-RIUM, & apud Ducangium desideretur adhuc nomen eius, qui fuit proavus Theodori illius Angeli, de quo in iisdem sastis. Si hunc putemus eumdem cum Theodoro Comneno Duca, cuius nomine nostrum infignitur decretum; iam habebimus quoque

que eum, qui hucusque ignotus suerat, eiusdem Theodort Angeli proavum, nempe Valerium Comnenum, qui in eodem decreto dicitur proavus Theodori Comneni Ducae.

S. vI.

Ceterum perturbatissima illa Graecorum Latinorumque tempora dubitare non sinunt, quin eadem aetate plures exstiterint Imperatores unitate temporis, & raro admodum unitate Imperii. Namque ut uno vel altero exemplo contenti simus, Theodorus Lascaris, qui a Michaele Autoriano Graecorum Patriarcha coronam accepit, Graecis praefuit annos xVIII. obiit anno MCCXXIL, adeoque regnum coepit anno MCCIIII. Praeterea Balduinus Balduini VIII. Flandriae Comitis & Margaritae Alfatic filius, qui primus Latinorum in Graecia imperavit, Imperator a xv. viris electus est anno MCCIIII., sed imperium cum pluribus sociis expeditionis partitus est, minimamque ipsius imperii partem. ipse retinuit. Insuper Robertus quidam Graecorum Rex apud BANDURIUM obiit anno MCCXXVIII. quo editum est nostrum decretum; atque apud eumdem BANDURIUM regnavit eius fuccessor Balduinus II., cui ob teneram aetatem primo datus est imperii socius eius socer Iohannes Briennius. Horum vero Imperatorum, qui secundo loco commemorati a nobis funt, ignorantur, quinam fuerint imperii limites. Divisae. ergo, si in primo saltem versemur exemplo, tunc erant imperii regnique Graeco - Latini partes, adeo ut quilibet eas teneret, ac potestate sua moderaretur, quas vel separatim. propriis armis audacter occupasset, vel cum aliis simul coniunctis viribus obtentas sibi postea divisisset. Sic etiam. eos Graecorum Imperatores, quos comperimus eodem tempore regnasse, deprehendimus etiam in diversis omnino Graeciae ipsius partibus imperium exercuisse; ut de Henrico illo Balduini fratre, ac de Theodoro Lascaris ex corumdem apud BANDURIUM historia possumus dignoscere. Verum sicuti nunc etiam Reges plures quamvis nullum habeant actuale dominium. exempli caussa in Regnum Hierosolymitanum, attamen codem ipfi tempore omnes titulo Regis Hierusalem gloriantur, illudque in publicis inscribunt monumentis; ita & Reges ac Imperatoratores illi Graeci licet vel minimam imperii partem possiderent, generoso tamen Rom. Reg. & Imperatorum nomine in ipsis publicis monumentis inscripto maxime gloriabantur. Mirum ergo non est, quod eodem tempore, quo illi aliquibus imperii partibus praeerant, regnaret quoque Theodorus Comnenus Ducas, ac Regis & Imperatoris Rom. sibi nomen in decreto vindicaret.

6. vII.

Iamvero, ut de hisce Theodori nostri antecessoribus aliquid adnotemus, evidens primo per se est, eius proavum Valerium Comnenum pariter fuisse Imperatorem, eamque antea rexisse imperii partem, in qua postea regnavit ipse Theodorus Comnenus Ducas. Siquidem in decreto vers. 21. legitur: ἔχεσι δὶ τὰ δηλοθέντα δικαιώματα έτ 🕟 χρυσόβελλα τε άοιδιμε βασιλέως κα προπάππε της βασιλώας με 'Ovaλερίε τε Κομήνε, habent vero superius dicta decreta aureis bullis insignita celeberrimi Regis & proavi maiestatis meae. Valerii Comneni, qui iam confirmaverat ut Imperator eiusdem Corcyrensis Ecclesiae privilegia. Mentio deinde est Domini Manuelis, avi eiusdem Theodori, de quo vers. xxIII. dicitur: η δόσιν κασέλκεσθαι έτερε χρόνε αμινήστε βασιλέως και θώε της βασιλαίας με κυρίκ Κομνήνκ, aut donationem pertrahant alio tempore semper memorandi Regis & patrui maiestatis meae Domini Manuelis, cuius tempore facta donatio videtur illa, de qua statim sermo deinde est in decreto ipso. Porro de Valerio Comneno, ut supra innuimus, nullum exstat in editis horum Imperatorum fastis vestigium. Manuelis forsan facta dici potest mentio, si hunc pariter, ut verosimile admodum videtur, ex Comnenorum seu gente seu familia ortum fuisse arbitremur. Etenim in iisdem. Graecorum fastis habetur Manuel Comnenus, qui regnum coepit anno MCXXXXIIII. atque e vivis excessit anno MCLXXX. Rarius quidem contingit, ut tanto aetatis intervallo distet nepos a patruo; sed quoniam etiam nostri Theodori Comneni Ducae. aetatem ignoramus, propterea minime repugnat, quin Manuel Comnenus fuerit Theodori Comneni Ducae patruus. Nam ad corum, timulque Valerii Comneni nomina quod spectat, mirandum minime est, patruum appellari in hoc decreto Manuelem tantummodo, & proavum Valerium Comnenum dumtaxat.

xat. Quum enim Theodorus Comnenus Ducas decreto inscriptus, bis in eodem consanguineos appellet Manuelem & Valerium Comnenum; hinc sequitur eiusdem gentis, familiaeve nomina iis omnibus communia fuisse. Itaque ex hoc illustri decreto tres habemus consanguineos Graecorum ac Romanorum Reges & Imperatores, qui successivis temporibus in eamdem Corcyram insulam exercuere dominatum; quod quidem ex aliis certis indubitatisque historiae Graecae monumentis constare nondum poterat.

s. vIII.

Sed ne compertum quidem nobis ex scriptoribus suerat, hisce temporibus Metropolitanae Corcyrensi Ecclesiae praesectum suisse virum sanctissimum Georgium, qui eiusdem decreti initio vers. Il. memoratur, postulans Ecclesiae suae bona ac privilegia a Rege & Imperatore Theodoro Comneno Ducaconsirmari. Huius forte Metropolitae Georgii mentionem habet ineditum fragmentum monumenti, quod ex ipso locupletissimo Museo aurati Equitis Nani, ad eamdem Corcyrensem Ecclesiam pertinens heic opportune subicimus:

ΥΠΕΗΕΓΑΙΛ ΔΙΠΡΩΤΟΘΡΟΉΩ ΩCΓΕ ΏΡΓΙΟ CTΡΟΆ ΠΙΈΣ ΩCΘΕΙΑCΙ ΣΙΜΗΘΕΡΙΕ ΕΙΩΟΥΓΑΡΙ

MHΛ APO HMIA

Φ VC E WC Y ΠΕ ΞΕ Ρ Υ

ITH C ΠΡΟΘΥΜΙ Η C ΛΟΓΟ C,

O ΠΡΟΜΗΝ Υ Ε ΙΜΟΉ Ο C.

MHCTÉIPE MHĐEPIEÉ TOYTÀPI NIĐOICOHWCE ÉWTEPITAC OIMAIBEPIWTOXPYCO OCYKOMISHCTHO

E Corcyra.

long: pal: Rom: sis

Tewe-

True enim legitur in superiori versu III. dextrorsum; in versu autem secundo habemus vocem πρωτοθεόνω; hanc fortasse aliquis existimaverit, in binas voces πρώτω θεόνω esse dispertiendam; ac propterea hoc primae sedis nomine forsan indicari ipsam Corcyrensem Ecclesiam, quae ut Metropolis insulae Corcyrae hanc obtinere poterat appellationem. Nos vero retenta eadem aut simili quoad rem ipsam significatione, arbitramur, unicam ex duabus compositam, quae medio aevo obtinebat, ad signisicandum eum, qui in primo inter alicuius provinciae Episcopos throno fedebat, nempe ipsius provinciae Metropolitam. Quod quidem exemplis confirmat eruditissimus Morisanus in egregio suo opere de Protopapis &c. Ita etiam antiquissimis Ecclesiae temporibus Metropolitani appellabantur primae Cathedrae, seu primae Sedis Episcopi. Quod autem versu v. dicitur μη σπέρε, μη Vepor , neque serat , neque metat , hoc fortasse referendum est ad versum vil., in quo legi potest κοιμαιθερίω idest κοιμητηρίω; ut nimirum fensus sit, vetitum hac lege esse, vel serere, vel metere ubi constitutum fuerat proxime ad ipsam Ecclesiam defunctorum coemeterium. Ethnicis etiam in more positum erat decernere, ne quis in lucis alicui numini facris aut serere, aut metere auderet; hoc enim maxime opportunum erat ad eam excitandam fanctitatis ideam, quam in iis lucis inesse indoctis suadebant callidi rerum facrarum iudices. At posita vera loci sanctitate, quae ex iustis Ecclesiae legibus in coemeteriis agnoscenda est, nil sane vetat, quominus exstiterit Corcyrae lex illa, de quanuper diximus. Sed haec a nobis proponitur dumtaxat tamquam levissima coniectura, cui fidere nos minime sinit fragmentorum natura. Dies fortasse, sicut de paucis aliis contigisfe novimus, reliquam pretiosi huiusce fragmenti partem proferet, ex qua iudicium ferri poterit, an Georgius iste fuerit Corcyrae Metropolita, an idem cum nostro Georgio, an vero ipsi homonymus in eadem dignitate constitutus. Vel ergo Georgius, de quo in hoc fragmento sermo est, idem fuerit vel alius a Georgio, qui in nostro decreto primum tenet locum, illud certum est, eumdem ex munificentia Senatoris & Equitis IACOBI NANII, nunc primo Gorcyrensium Episcoporum seriei addendum esse. Ff<sub>2</sub> S. VIIII.

#### S. VIIIL

Postquam vero de personis, quae in eodem occurrunt decreto, loquuti sumus; nunc de ipsa decreti materia aliqua. funt a nobis animadvertenda. In eo igitur, postulante Georgio Corcyrae Metropolita Theodorus Rex & Imperator Comnenus Ducas confirmat omnia eiusdem Corcyrentis Metropolitae Ecclesia iura ac privilegia abs maioribus suis eidem Ecclesiae confirmata. Hoc vero Theodorus Comnenus Ducas, qui in honore habebat Metropolitam Georgium अथे कोर वेपक्ष वेपकारे propter eius virtutem, se praestare ait, quod iura ac privilegia. illa non modo aequissima essent, sed ob id potissimum, quod diuturnioris temporis beneficio firmata iam essent, atque ut sua addita eorumdem cofirmatione immortalitas ipsis compararetur. Potissima igitur ratio huius confirmationis ex temporis diuturnitate ducta ex ipsis Graecorum legibus suam habet auauctoritatem. Sic in Basilicorum libro II. habetur lex xxxxI. his concepta verbis: ή παλαιά συνηθεία αντί νόμε κρατεί, και φυλάσσεται, inveterata consuetudo pro lege obtinet & custoditur. Eadem est & lex xxxxII., cui tantum additur, in δις εκ ές τιν ένγεαφω, in iis de quibus nil scriptum est. Quod pariter declaratur in lege xxxx1111. in qua haec habentur: καὶ τὰ μακρά συνηθεία δοκιμαθέντα καὶ ἐπὶ πολλες ένιαυτες φυλαχθέντα έχ ήτιω των έγγράφων κρατέσιν, etiam quae longa consuetudine comprobata sunt, ac per annos plurimos observata., non minus quam ea, quae scripta sunt, tenent. Atque hae quidem. leges generatim diuturnam quamlibet confuetudinem rationi non repugnantem approbant. Sunt vero in iifdem Basilicis aliae, quae ipsa privilegia ex eadem ratione confirmant, sicuti est lex Lis. quae his continetur verbis: n maxeà ournséa u donμασθάσα τάξιν έχα νόμε; κα) ότι τὰ σρονόμια δοθέντα οφφικαλίοις ή πόλεσιν, η προτέυεσιν, η συςήμασιν ισχυρά ές ι και βεβαια έις το διήνεκες ισχύοντα, diuturna consuetudo & probata vim legis obtinet, & privilegia, quae officiis, civitatibus principalibus, aut collegiis praestita sunt, rata. sirmaque in perpetuum sunt. Denique de Ecclesiarum privilegiis afferenda est lex v. Basilicorum lib. v. quae huiusmodi est: warre δε τὰ προνόμια, καὶ τὰς παραμυθίας άσωρρ έκ βασιλικής φιλοτιμίας ή καὶ καθ' έτερον οίνοσήποτε τόπον ταις άγιοτάπαις έκκλησίαις, ή έτεροις σεβαστοίς τόποις

παρισχέθη βεβαίως ἀυτοῖς διὰ πάντων Φηλατίέσθω, omnia autem privilegia, & solatia quae ex imperiali liberalitate, aut etiam alio quolibet modo sanctissimis Ecclesiis, aut aliis venerabilibus locis concessa sunt, firmiter ipsis per omnia conserventur.

§. x.

Ex hisce legibus, si primo tantum adspectu considerentur, inutilis videretur quaecumque veterum privilegiorum confirmatio. Si namque ea initio concessa alicui iure sunt, si eadem diuturni temporis possessione gaudent; leges illae perpetuam iisdem bonis ac privilegiis sirmitatem decernunt. Ast huiusmodi leges illud statuunt, quod recta naturalis ratio, si recte audiatur, omnibus clare praecipit atque suadet. Verum. quoniam haud raro ex quorumdam hominum malitia, atque ex eorumdem impotentia nobis ea per vim eripiuntur, quae legitimo possessionis titulo maxime commendantur, propterea plurimum sane interest, eamdem confirmari possessionem ab iis, qui in Repub. primas habent auctoritatis partes. Atque hoc quidem generatim de quorumcumque bonis dictum esto. Ceterum quum civilis societatis principes viri constituti pariter sint Ecclesiasticorum bonorum defensores optimi, quum praeterea tempora illa, ad quae hoc pertinet decretum, continuis variifque plurimum perturbata essent potentiorum virorum factionibus, atque proinde urbes illae incertos fere haberent dominos, ut ex iis, quae superius dicta a nobis sunt, colligere haud aegre quisque poterit; hinc sanctissimus ille Metropolita Corcyrensis Georgius prudenter admodum se gessit, accedens ad fuum Regem Imperatoremque Theodorum Comnenum Ducam, atque ab eodem postulans, ut Ecclesiae suae bona ac privilegia tam diuturno tempore iam possessa, suprema sua auctoritate validiora efficeret, atque hac ratione ab iniustis praepotentiorum incursionibus eo modo defenderet, quo fortiorem alium adhibere non poterat. Imperator autem Theodorus humanarum rerum vicissitudines optime perpendit, inquiens Verfu XI. αν γαρ ανηβάσκωται τα καλα, αν έκκαλωνται προς αναθήλησιν αθανασία τέτοις μηχανηθήσεται, si enim repubescant quae praeclara sunt, & si revocentur ad reflorescendum, immortalitas ipsis comparabitur, tur, & reviviscentia tempore non absumentar, a quo omnia edomantur. Quare prae oculis habens supra indicatas rationes, atque potissimum etiam suorum decessorum erga Ecclesiam, Deumque pietatem, non potuit quin Metropolitae postulationi acquiesceret, ac perpetuam, ut ipse ait, eisdem bonis privilegiisque sirmitatem auctoritate sua impertiretur.

S. xI.

Quae vero bona funt aut privilegia Corcyrensi Ecclesiae hoc decreto confirmata? Dolendum maxime, quod ἀυτόγραφον ipsius decreti corruptum haud parum habeat locum, in quo illa scripta fuere. Verumtamen ex iis, quae ibidem satis perspicua funt, non pauca nec parvi ponderis esse eadem intelligimus. Nam & Valerius Comnenus Theodori Ducae proavus confirmaverat iam eidem Ecclesiae (vers. xxII.) καθολικώς σῶσαν τος παντοϊ έλευθερίαν και τὰ μηθαμώς έσεικρεάσεσθαι τι τών τοῖς μητροπολήτοις, έτε παρόικυς, ετε κληρικύς, ετε δυλευτήν, μηδε είς οίαν δίτινα δυλίαν, ή δόση καθέλκεσθαι έτέρε χρόνε αμινής ε βασιλέως, και θείε της βασιλείας με κυρίε Μανεήλ έννομαλαμβάνεται δορεά παροικίας ολδοήκοντα κεψ δικία πληρικά τεσσαράκοντα έτέρα δωρεά αγιοδέλων τριάκοντα, όμοια δορεά έτέρα αγιοδέλων τριάκοντα . . . και δωρεά έκατον έίκοσι σταροικίαι κατά διαφόρες καιρές δωρηθέντα x. λ. omnem universim & ubique libertatem, & ut nullo modo iniuria afficiatur aliquid eorum, quae ad Metropolitas spectant: neque parochiae, neque clerici, neque servitium, neque in quamcumque aliam servitutem aut donationem pertrahant (factam) tempore. semper memorandi Regis & patrui maiestatis meae Domini Manuel. Comprehenduntur in legitima donatione paroeciae octoginta & aedes clericales quadraginta, alia donatio sacrorum servorum triginta; similis donatio altera huiusmodi servorum triginta... & donatio centum. viginti paroeciae diversis temporibus dono datae, &cc.

s. xiI.

Quid ideologiae nomine intelligendum sit, nobis satis compertum non est, nisi genericam quamdam significationem eidem voci hoc in loco subiectam supponamus; nimirum immunitatem a qualibet servitute, a quocumque pondere, cui assueta antea non suisset Corcyrensis Ecclesia. Peculiarem vero eiusdem vocis significationem adhuc desideramus in Du-Can-

Cangio, ficuti alia plurima, quibus augeri plurimum posset eius Lexicon mediae & infimae Graecitatis; in eo enim auctor ille peccasse videtur, quod nonnisi voces Graeco-barbaras collegerit, intactas vero reliquerit eas, quae licet ex optimis fontibus suam obtineant originem, diversis tamen, ac praesertim barbaris temporibus ad diversas prorsus a sua origine significationes postea translatae sunt. Quamobrem nec de-ระหาย, nec de ส่วเองะหาย, qui in hoc decreto commemorantur. auctor ille sermonem iniecit. In Latinorum monumentis medii & infimi aevi occurrunt servi Ecclesiastici; at qui appellarentur facri, nobis adhuc ignoti funt. Apud Gentiles aderant infolieλοι γυναίκες, mulieres Deo sacrae, de quibus STRABO, ac peculiari ratione impos son dicebantur templi Delphici ancillae. Ceterum, quum in eodem decreto confirmentur Corcyrensis Ecclesiae bona ac privilegia, promptum sane est, eo nomine. นำเองย์ อิเท eos fervos intelligere, qui adeo Metropolitae, feu Ecclesiae Metropolitanae donati a sidelibus fuere, ut eiusdem servitio, fortasse immediato essent addicti. Novimus enim & in occidente eum plurimum invaluisse morem, ut Monasteriis & Ecclesiis magnum donarent servorum numerum. Eorumdem servorum, qui Graecorum Ecclesiis praesto essent, originem. facile est divinare; sed de ipsorum natura, conditionibus, aliisque plurimis circumstantiis, quas novimus de servis Italiae. medii aevi, nil proferre possumus; quum antiquitates huius aevi Graecas adhuc desiderare oporteat. Iamvero & si plures fuerint media aetate significationes vocis a apoixía, indicabat enim aliquando fingulares Ecclesias, aliquando vero totam Dioecesim, ut apud Du-Cangium aliosque videre licet, exploratum tamen arbitramur, in hoc decreto eam intelligendam esse eiusdem vocis fignificationem, quam latino nomine nostris temporibus usurpamus; neque enim Corcyrensis Ecclesia, licet Metropolitana, tot unquam habuit Dioeceses sibi subiectas. Denique generatim tantummodo possumus percipere quid fuerint à núa na nelna, domus nempe peculiariter constitutae ad clericorum habitationem.; quod videlicet iuxta antiquiorem disciplinam, Corcyrenses Clerici in separatis ab aliorum civium domibus habitarent.

S. XIII.

### S. XIII.

Observandum denique est, hoc decretum, aliaque superiorum Imperatorum appellari χρυσύβελλα, quod nempe aureis bullis essent insignita. De hac voce Meursius, & latissime Du-Cangius; qui recenset etiam ea quibus argenteae, plumbeae. cereaeque bullae ad quoddam auctoritatis argumenium addi solebant. Sed nemo, quod ego noverim, affert ex veteribus scriptoribus rationem, propter quam aliqua aureis, alia vero argenteis, & ita porro aliis bullis infigniri consueverant. Quamobrem posito veterum de hac re silentio, illud videtur verosimilius coniiciendum, qualitatem materiae, ex qua conficiebantur bullae ipsae, aliquam huius saltem consuetudinis initio habuisse proportionem cum re ipsa, de qua edebatur decretum.; adeo ut nobilitati rei, de qua in decreto ipso ageretur, corresponderent aureae vel argenteae bullae; atque ita gradatim ad inferiores bullas fieret descensus. Quamobrem ex aureis bullis, quibus ornabantur aliqua decreta, pronum est colligere, rem de qua sermo erat in decreto, praestantioris prae ceteris naturae fuisse. Ouod fane maxime convenit decreto, in quo Metropolitanae Corcyrensis Ecclesiae bona & privilegia a supremis Reipub. moderatoribus, Graecis nimirum Romanorum Regibus atque Imperatoribus inviolabili auctoritate confirma. bantur.

# FINIS:

INDI-

# INDICES

IN HOC VOLUMEN
ATQUE IN ALIA

AD MUSEUM NANIUM

SPECTANTIA

A PASSERIO, PACIAUDIO, ET A NOBIS EDITA.



# INDEXL

SCRIPTORUM ET LIBRORUM

'Qui in hoc volumine laudantur', illustrantur, & emendantur.



# INDEX II.

RERUM ET VERBORUM NOTABILIUM

Quae in hoc volumine pertractantur.



INDEX III.

INSCRIPTIONUM

MUSEINANII.

Quae a Passerio, Paciaudio, & a nobis editae sunt.



Gg

# INDEX I.

Auctorum & librorum qui laudantur, illustrantur, & emendantur.

Iis qui tantum laudantur, nihil additum est; aliis vero qui illustrantur, vel emendantur, initia apponuntur carum vocum, nempe illustr. & emend.

Littera A initium, B medium, C finem paginarum commonstrabit.

### A

ELIANUS. 74. B. ABSCHYLUS. 164. A. AGGENUS URBICUS. vid. URBICUS. ALCMAN MELICUS.8 1. C. 82. A. AMADUTIUS. 18. B. C. 21. A. B. Anonymus auctor Danielis iuxta exx. 23. C. emend. 24. B. C. 31. B. Anonymus auctor observationum in lapidem Sex Van. Marcelle. emend. 129 A. 132 C. & seq. Anthologia. 175. A. Antiphanes. 103. C. Apollonius. 68. A. APULBIUS. 112. C. illustr: 78. B. 🔧 😅 🔠 😘 L. Apuleius 165. B. ARISTODES . 175. A. Aristophanes 48. A. Aristoteles. 11. B. 13. C. 109. B. Arnobius 75. A. 76. B. 85. C. illustr. 99 A. B. C. ATHENAEUS - 79: A. - 101. B. 102. B. C. 103. B. S. Augustinus . 41. A. Ausonius . 67. C. 85. C. 🦠 illustr. 86. A. B. C.

### В

BARTHELEMYUS. 123. C. 131. A. BARTHIUS. 108. A. Becchettius. 84 A. Begerus. 77. C. Bellorius. 102. B. 106. A. Bernartius. 99. B. BERTHALDUS. emend. 170. B. C. Bolderus 167 A BONADA . 196. A. Borgia Stephanus, 4. C. 25.B. 146.C. DE BOZE emend. 151. C. BOWERIUS . 123. B. DU BREUL FRANC. IACORUS. . JE TO A emend. 195. B.

Brissonius. 167. B.

# C

CALCIMACHUS . 101. A. 111. B.
CALOGERA . 163. A.
CAPACIUS . 1451 A.

Gg 2 IUL.

236 D N IUL. CAPITOLINUS. 129. B. 137. A. CARYOPHILUS. 91. Ci CASALIS IOH. BAPT. 67. B. Castellius Lancellottus . 148, A. 194. B. CATULLUS. 74. B. CAYLUS. 10. C. Chishullus . 49. A. 163. A. Cicero. vid. Tullius. CLEARCHUS. 79. A. CLEMENS ALEXANDRINUS. 8. A. 113 C. Comes Natales . 81. B. 82. C. 162 C. Conrigius Hermannus. 140. B. Corsinius . 4. B. 5. B. 6. A. B. 8. B. g. A. B. C. 10. B & feq. 30, C. 31. A. 54. A. 125. A. emend. 25. A. 42. C. 43. A. 24. B. & seqq. 50. C. & seqq. CUPERUS . 7. A.

 ${f D}$ 

AWKINSTUS: 113. B. 133. B.

DEMON. 109. C.

DEMPSTERUS. 6. C.

DESPEREZIUS. 100. B.

DIARIO. Saggio critico della corrente letteratura. 179. B.

DIO CHRYSOST. 25 C.

DIODATUS DOMINICUS.

emend. B C. 141. A.

DIODORUS SICULUS. 10. C. 81. A.

DIPHILUS. 103. B.!

DONATUS SEBASTIANUS. 171. A.

DONIUS. 163. A. 171. B. 175. B.

178. A. B.

E

CCLESIASTES. 203. A. / 205. C. / ELMENHORSTIUS. 99. A. Sex. Empiricus. 78. C. 1 Effemerides litterar. Rom. 120. B. E X I.

EPIHCARMUS. 13. C.

ERIPUS. 103. A.

EURIPIDES. 102. A.

EUSEBJUS. 7. C. 81. A.

EUSTATHIUS. 8. A.

F

ABRETTUS. 83. C. 106. B. 113.

A. 178. A.

emend. 179. C. 108. A.

FASOLDUS. 49. C.

FESTUS POMPHIUS. 188. C.

FLORIDUS IULIANUS. 86. B.

FOGGINIUS. 113. A.

FOURMONTIUS. 14. A. 163. A.

emend. 131. A.

FRERETUS. 79. C.

emend. 80. A.

FRONTINUS. 65. C.

G

ALEOTTI NICOLAUS. 81. 4. Gallianus, 25. B. GALVANUS. 67. B. Gellingius Ioh Wilh. 179. B. A. Gellius. 86. B. P. Georgius 123.C. 131.C. 151.C. illustr. 130. A. B. ' GOGUETUS. 28. C. 22. B. Gorius . 27. B. 64. C. 106. A. 177. C. GRUBISSICHIUS. emend. 11. C. & seqq. 30- C. GRUTENSTENIUS. 42. C. GRUTERUS . 25. B. 64. C. 66. A. . 134. B. . 135. A. 175. B. 189. C. 191. B. GAURNERIUS OTTONIUS . 185. A. Guascus Franciscus Eugenius. emend. 135 A B C. Gudius. 163. B. 178. A. GUYOT DE MARME, 144. B. emend. 144, C. 150. C.

GYROL-

Gyraldus. 68. A. 101. A. emend. 174. B.

### H

O-H ALLORAN SILVESTER.
emend. 176. B. HARDUINUS . 22. A. 109. B. C. 141. B. emend. 152. B. Heinsius. 107. C. Hemsterhusius . 78. B. HERACLITUS. 101. C. HERMANNUS CONRIGIUS . vid. CONRI-GIUS . HERODOTUS . 7. C. 8. A. 9. C. 10. A. Hesiodus. 16. B. 164. B. Heavenius . 63. A. HIPPOCRATES. 65. B. 115. B. HOMERUS . 8. A. 19. A. 164. B. 175. A. 86. B. Horatius. 10. C. 85. A. 98. C. HYGINUS. 107. A.

I ANSONIUS AB ALMELOVERN. 183. A. IGNARRA. 127. C. S. IOHANNES EVANG. 137. C. Ionstonus. 49. C. Iosephus Flavius . 136. B. C. Isidorus . 12. B. 195. B. IULIANUS IMP. 65. B. Iulius Caesar. 172. A. 180. B.

K Usterus, 48. B.

ACTANTIUS . 203. B. LAMIUS . 112. B.

LANCELLOTTUS. vid. CASTELLIUS. LANZIUS . 20. B 24. C. 31. C. 151. C. Lipsius. 99. A. 181. A. Livius . 86. A. 112. A. 129. B. 127. B. 184. C. S. Lucas . 137. C. LUCIANUS. 76. B. illustr. 76. B. 77. B. 78. A. B. Lucius Ion. 89. B. 180. C Lucretius. 86. B. Lupius. 167. A.

# M

MAFFBIUS. 88. C. 110. B.C. emend. 190. B. C. & seq. MAGIUS - 109. A. MARINIUS CAIRTANUS. MARIUS VICTORINUS. vid. VICTORINUS. Marmora Oxoniensia. 110. C. 193, C. & seq. illustr. 194. A. DE MARNE. vid. GUYOT. MARTIALIS . 99. B. Martinius . 168. B. 172. A. MARTORELLIUS. 125. C. 145. B. dmend. 124. A. B. C. 126. C. 134. A. B. 146. A. B. MATTHABIUS XAVERIUS. 16 B. 20.A. 28 B. emend. 5. C. 18, A. 19. A. B. C. MAXIMUS TYRIUS. 8. A. MAZOCHIUS. 14. C. 24. B. 145. A. 180. A. emend. 125. C. Memorie per servire alla storja let-TERARIA . 176. A. Meursius 49. C. 83. B. emend. 48. A. B. Minucius Felix. illustr. 172. A. Monachi Maurini. emend. 14. C. 131. A.

MONT-

Montfauconius. 4. C. 10. C.

Morellius. 126. B.

Morilus. 42. C.

Morisanis. 147. A. B.

emend. 136. A.

Mouke 104. Henric. 21. A.

Munkerus. 107. C.

Muratorius. 77. C. 89. C. 90. B.

134. B. C. 135. A. 163. B. C.

167. A. 168. B. 175. B. 178.

C. 198. C.

Museum Florentinum. 83 B.

Odescalchium. 80. C.

### N

ICOSTRATUS. 102. C.
NIMPTSCHIUS. 21. A.
NIQUETUS. 137. C.
NONIUS. 195. B.
NONNUS PANOPOLYTA. 166. A.
NORISIUS. 126. C.

# O

ORIGENES. 11. B, ORPHEUS. 17. C. 108. B. 165. A. OVIDIUS. 86. B.

# P

PAGIUS. 183. A. 178. A. Palamedes . 13. C. Panvinius. 79. B Passerius. 66. B. 80. C. 81. A. 83. C. 87. A. 88. B. 314. C. 179. A. 183. B. emend. 88. C. 139. B. 5. PAULLUS AP. 203. B. Pausanias 6. A. 22- C. 25. C. 29. A. 68. B. 88. B. 107. A. 162. C. PERBLLIUS . 12, B. 20, B. MI. B.

22. C. 26. B. 29. B. emend. 5.C. 22.B. 23.B. 27.A. 33.A. Perezius Baierus. 127. A. 131. C. Persius. illustr. 84. B. PETITUS. 42. C. 102. B. PETRONIUS ARBITER . 98. C. PFANNERUS TOBIAS. 203. A. PHALAEPHATUS. 102. A. Phavorinus. 25. B. PHILOSTRATUS. 100. C. Phurnutus. 173. C. 174. B. Pightus. 17. A. Pindarus. 77. C. 79. B. Piriscus. 108. C. 188. B. emend. 171. C. 172. A. PLATO. 49. A. PLAUTUS. 195. B. PLINIUS . 13. C. 22. C. 109. A. 114. B. PLUTARCHUS. 13. C. 49. C. 50. A. 110.B. 104.A. 175.A. 179.B. Politic. 174 C. Potterus. 109. C. PRIDEAUX. 43. A. PRILESZCHIUS. 141. B. Priscianus. 6. C. illustr. 13. A. PRUDENTIUS . 204. B. PSALMISTES. 203. A. illustr. 205.

# QUINTILIANUS. 99. C.

# R

RAPONIUS. 107. A.
REINESIUS. 107. C. 135. B.
163. A. C. 168. B. 169. A.
170. C. 175. A.
emend. 170. A. B. 186. B. C.
192. C. & feq.
REINOLDUS. 7. A.

BHEN-

RHENFERDIUS.

emends 130. C.

LE ROY. 29. A.

DE RUBBIS IOH. BERNARDUS. 138. A.

141. A.

### S

SALMASIUS. 193. A.
SCALIGER. 17. C. 99. C.
emend 192. A.
SCAPULA. 164. A.
SCHEFERUS. 107. C.
SCHMID ERASMUS. 10. B.
SCHOLIASTES ARISTOPHANIS. 104. C.
THEOCRITI. 109. A.

110. A. SEGUINUS. 139. A. Seneca . 65. C. 86. B. .. SILLA ANT. 21. A. Silvestrius. 90. C. 91. A. B. Soncietus. 141. B. Spanhemius . 7. A. 17. C. 31. C. 63. A. 78. A. 101. B. C. 163. C. 164. A. 183. B. SPARTIANUS. 180. B. Sponius. 10, C. 229. A. 141. C. 142. C. 148. A. 163. B. 164. A. 178. B. 179. A. emend, 189. B. C. STATIUS. 99. B. 100. A. 104. B. Stesicorus. 79. B. Stephanus Byzantinus. 8. A. STEPHANUS HENRICUS. 38. C. SUETONIUS. 52. AI SUIDAS. 8. A. 11. B. 63. A. Swintonus. 5. A.

# T

T Acitus. 52. A.
Terrerius. 127. A.
Tertullianus. 79. B.
illustr. 172. A. 206. C.

THEOCRITUS. 25. C. 68. A. 76. C. 79. B. THEODORATUS . 113 ° C. THOMASINIUS. 67. A. THUCYDIDES. 11. C. TIBULLUS. 66. C. Tiliobroga . 107. C. TRENTA PHILIPPUS. 204. A. Triphoninus . 142. A. TRISTANUS. 139. A 152. B. TULLIUS . 12. B. 39. B. 84 C. 125. A. 134. B. 162. A. B. illustr. 75. B. A TURRE PHILIPPUS. 168. B. 171. A. 191. B.

### V

T AILLANTIUS . 126, C. 127. A. V. 139. B. 152. B. VALERIUS FLACCUS. 86. B. Valerius Maximus 112. A. 115. A. 142. A. Valtenus. 29. B. VANDALBUS. 55. A. Varro . 51. A. 109. A. 169. A. 195. B. Vegetius, 181. B. VELASQUESIUS. 5. A. 126. C. VENUTI. 80. C. VETERANUS - 124. B. UGOLINUS. 141. B. VICECOMES ENNIUS . XVIIII. P. Victor . 180. C. VICTORINUS MARIUS. 6. C. illustr. 13. B. C. VILLOISONIUS . 20. A. Virgilius . 86. B. 90. C. 108. B. 164. B. DE VITA IOH. 180. A. 203. A. Vitruvius . 28. A. Vood Robertus. 123. B. Yossius, 188, B. URBICUS AGGENUS. 188. C.

VUL-

VULPIUS. 189. C. 190. B. 192. B. Z

Winckelmannus . 110. B. 111.
A. B.

X Enarchus 103. A. ZACCARIAS ANTONIUS. 126. A. 111.

A. 184. B.

illustr. 126. B.

ZANNETTIUS. 4. C. 30. C.

emend. 5. B. C. 8. B. C. 30. C.

ZEIBICHIUS HENRIC. AUG. 21. A.



INDEX IL

# INDEXIL

# RERUM ET VERBORUM MEMORABILIUM,

Quae in hoc volumine continentur.

# A

ΑΓαλμα diversas babes significationes . 8. A.

Alphabetum Graecorum non idem eadem aètate apud Graecos omnes. 15. B. Anaglyphorum interpretatio plerumque inanis fit ab ἀξχαιολόγοις. XIIII. Ouomodo infituenda eadem fit? ibid. & seqq.

Afininum caput in monumento coenam exprimente insculptum fortasse est, quod ex veterum sententia symbolum esset indicans vini incunditatem. 103. A.B.C.

Attalus archen idem Atheniensis a CORSINIO adscribitur ex errore diversis Olympiadibus. 44. C. & seq.

### B

BAcebi mentio est apud HOMERUM. 18. B. C. Eius cultus apud Aegyptios. 19. A. B.

# C

C Oena Diis sacra in rarissimo monumento expressa. 97. A.

Castor & Pollux ab AELIANO describuntur sicuti apparent in monumentis. 74. B.

Castor a Polluce ex vultu distingui în monumentis non potest. 76. A. B. Quam tradit Lucianus eos distinguendi rationem, irrisoria omnine est. 76. C.

Castori & Polluci additur quandoque Lunae symbolum. 80.C.

Qua de caussa? 81. & seq.

lisdem adduntur alquando bini serpentes. 83. C.

Rationes de bac re afferuntur. 84. & seq.

Ovum quandoque unum, quandoque plures adduntur. 85. C. & seq. Sub Castorum imagine aliqui repraesentabantur plaribus de caussis. 88. C. & seq.

Castorum tria genera agnoscebant veteres . 73. A.

H h Qui

Qui in monumentis express sunt, ad secundum genus a CICERONE descriptum pertinent. 73. B.

Cur ex ovo geniti dicantur? 78. A. B. C.

Columna Naniana cum vetustissima instriptione Graeca. 3. A.

De eius antiquitate diversae eruditorum opiniones. 29. B. C. & seqq. Columnae striatae, aliae ordinis Dorici, aliae Ionici. 28. B.

Earum mensurae. ibid.

Ipsarum antiquitas. ibid. C. & 29. A-

Culinae multiplex apud veteres significatio. 188. & seqq.

Cymbalum in monumento coenam exprimente Cybelem indicat fortaffe. 1 . 8 . A.

# D

DEF. sive defunctus sive defuncta baud rare in veterum querumdam inscriptionibus reperitur • 198. B.

Hinc ergo omnibus Gentilibus eadem vox ominosa minime suit • ibid.

# F

E Quinum caput in veteri monumento forte Castorum symbolum. 105.C. Idemque in monumento funebri fortasse eorumdem signum positum ad immortalitatem implorandam. 106.A.

# F

Amiliarum & Gentium Romanarum generalis investigatio est utilissima; semper vero prope inutilis, quum ad illustrandam inscriptionem aliquam ea suscipitur pertractatio. 187. B. C.

# G

GImnasiarcha apud Athenienses modo menstruus, modo annuus suit. 54. C. & seqq.

# H

ABITAT IN AETERNAM DOMUM formula est sam in Gentilium quam in Christianorum inscriptionibus aliquando usitata. 202. B. C. & seq. Christiani vero sine ethnicismi aut subspicione, aut colore uti eadem retissime potuere. 204. B. C. & seq.

Heren-

Hercules initeanisio, mensis praepositus. 99. C. & seq.

Quibus de caussis? 100. & seq.

Idem în mensis quoque sunebribus locum babere potuit - 101. C. & seq. Hereulis Saxani desenditur vetus inscriptio. 190. & seqq.

I

Inscriptio vetustissima columnae Nanlanae. 3. A. Plures eiusdem interpretationes. ibid. & seqq.

Inscriptiones in veteribus Graecorum monumentis versibus modo aequalibus modo inaequalibus conscriptae. 24. B.

Aliquando vetustissimis characteribus exaratae aetate posteriore. 33.A. Eiusdem inscriptionis plura quanduque exemplaria. 43.B.C. & seq.

In columnis exaratae sursum deorsum ac vicissim . ibid. B. C.

In allis monumentls varia methodo exsculptae. ibid.

Quantum Intersit, inscriptionum ἀυτόγραφα consulere. 42. C. & seq. Ratio distinguendi aliquas inscriptiones genuinas ab apocryphis. 33. B.C. 34. A.

Inscriptionis Amicleae tanta forte non est antiquitas, quantam eldem tribuunt Monachi Maurini. 14, C.

Inscriptionum Graecarum vetustiorum stilus. 9. C. 10. A.

I

L Itterae quaedam Graecae vetustioribus ac insolitis formis. 4.BC. & seqq.

M

M Ensae Gentilium simulacris Deorum ornatae & sacratae. 98.C.& seq. Simulacro nempe Herculis. vid. Hercules.

Aut ayalis Saiporo, boni Genii. 102. B. C. & seq.

N

Nomen paternum raro occurrit in Graecis ἐπιγραφαῖς appositum viris, qui nobilioribus fungebantur magistratibus. 53. C.

Numerus ternarius myficus apud Gentiles. B. C.

Νύμφαι δμπτιαι . ldest salutiferae . 62. B. C. & seq.

Salutares dicuntur in Latinis monumentis. 64. B. C:

Hh 2

Terna-

# 244 INDEX II. RERUM ET VERBOR. MEMORAB. Ternarius earum numerus. 68. B. C. Veresimilius en nomine intelligendae sunt Nymphae aquatiles, seue aqua-

Verosimilius eo nomine intelligendae sunt Nymphae aquatiles, see aquariae . 65. B. C.

Qulina · vid. Culina .

:

S Tatuas privatis esiam personis apud Graecos columnis impositae, 25. C.

T

TΕλώω pro παμέχω praebeo . 25. B.

(Dids we) (Dià antonomaftice posita in Atheniensi inscription: iuxta CORSI-NIUM significant Romam & Augustum. 43.B.C.

Apollinem & Dianam interpretatur quidam privatus scriptor anonymus. 47. A.

Iovem & Minervam, multo verosimilius interpretari possumus. 47. C. & seg.

Tintinnabulum in monumento coenam exprimente pluribus de caussis insculpit potuit. 109. & seq.



INDEX IIL

# INDEX III.

# RERUM ET NOMINUM

QUAE IN MONUMENTIS MUSEI NANII

A PASSERIO, PACIAUDIO, ATQUE A NOBIS EDITIS CONTINENTUR.



Huiusce indicis partes praecipue erunt duae, quarum prior Graeca, posterior Latina exhibet: utraque bifariam dividetur ita ut in prima parte res, in altera nomina contineantur.

Passerii quadripartitae observationes innuentur hoc modo Pas. sect. I. sect. ii. & ita porro.

PACIAUDI I opus bipartitum indicabitur hac ratione PAC. T. I. vel T. IL

Nostrorum voluminum, quibus praemittitur littera B. ordo hic est:

- B. T. I. MONUMENTA GRAECA.
- B. T. 11. DE DECRETIS ATHENIENSIBUS.
- B. T. 111. MONUMENTA GRAECA ET LATINA,



enchar on various of the first principle of the con-

The Mile Character of the second of the second of the second

 $(A^{-1}(A^{-1}A^{-1})) = (A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{-1}A^{$ 

# INDEXIIL

# RERUM ET NOMINUM

QUAE IN OMNIBUS EDITIS

# MUSEI NANI [

INSCRIPTIONIBUS OCCURRUNT.

# PARS I.

# Index rerum & nominum Graecorum.

# SECT. I.

# Index rerum.

	A	was that			
Araga tyxa	PAC. T	. 1.	pag. 86. & 87	• .	
AFAGEI TTXEI	<b>B.</b>	ıI.	XX. V. 21		
HXTT HOATA		I.	5	A	
• •	• • • •	ni.	41-	A	
АГАЛМА	PAC.	I.	78	FIA	
ΑΓΑΛΜΑ ΑΜΕΜΦΕΣ	<b>B.</b>	nI.	110 13 1 20 20 20 20 20 20 20 20 20 20 20 20 20	Α	
APPETETEAT		I.	195		
$\mathcal{A}_{\mathcal{A}} = \{ \mathcal{A}_{\mathcal{A}} : \mathcal{A}_{\mathcal{A}} : \mathcal{A}_{\mathcal{A}} \in \mathcal{A}_{\mathcal{A}} \}$		111.	xviI.	В	
ATONOGETH2	PAC.	<b>-1</b> :	1 /86 · · ·		
ATONOGETHE AMONIOS	<b>B.</b>	L	224	Α	
AAPIANOS ZETE OATMINOS		r			
ΔΩΔΟΝΑΙΟΣ		: m.	57	A	
AO. AOHNA	PAC.	I.	204	C	
AOHNAIETE	B.	nl.	59	· <b>A</b>	
AIANTIZ		11.	XX. Y. 2	1:1-	
<b>\</b>				AAIA	

248	IND	E X	R E	R U	M		
ΑΛΙΑ	7	1	B. 7	Γ. 1 <b>Ι</b> . p	ag. 303		C
ΑΛΑΙΕΥΣ	A Like	ا معادد تيم	<u> </u>	•	xxII	V.21.28	3
ANAGENAL E	KONA TPAI	NHTI	,	:	; i , '	* t	
ΕΝ ΟΠΛΏ	T E AVE O	r t		3 * 4	XX.	v. 17	
ΑΝΑΘΕΣΙΣ ΤΗ	HTINATI, EL	E EI-	, سب				•
ΚΟΝΟΣ						V. I 2	
ΑΝΑΛΩΜΑ	ilvi	LA	PAC.	ıI.	145		
							A
ANAE ZIZATANA	CUXXLIVT	08 OC	PAC.	i iI.	114		В
ΑΝΕΘΕΣΑΝ					207		
<b>ANEOHKE</b>	المعيم	e : /	۱ نست	ıI.	51		
			<b>B.</b>	I.	195		B
ΑΝΕΣΤΗΣΕΝ		: 2:	PAC.	II.	62	•	
•			В.	III	XVII	[.	
ANAPA ATAO	ON ATAGO	n: Tė		James 1			
ΤΑΙΔΑ ΟΥ	KAITAI AFAG	PAI	Pas. f	ea.II.	xxI.		
ΑΝΘΟΣ ΦΥΣΕΟ							
<b>ΖΟΤΑΠΥΘ</b> ΥΑ					fragm. v.	,	
ΑΠΟΛΛΩΝ ΣΊ	MEAPOE TO						
ΕΛΛΑΔΙ ΘΕΩ	)N				pag. 1 0 2		
APETHE ENEX	en	, i	PAC.	ıI.	6		
APETHE ENEX	EN KAL TH				•		•
ATTHN ETN	ΙΟΙΑΣ	•		ıI.	145		
ΑΡΧΑΔΕΣ	. i			I.			
APTEMIAOS, I	ΕΡΟΣ Ο ΚΩΡ	οΣ	-		142	•	
ΑΡΤΕΜΙΣ 🦸	Ţ				78		
APTEMIX KEA	XAIA Jii	.5S			8		, ,
APTEMIX KIN	ΉΓΕΤΙΣ,	-			163	-	
APXEION		يعني بده الدينيد	В.	ıI.	XX	. V. 21	
APXIEPAZAME	NH THE ZEB	ATTHE	PAC.	I.		TT36 vii	
APXIEPETS.	2	.7		200	ALLEN	.8.87	*. *.
APXIEPE 12 A	IN RIOL		Pasa	ea.il:	O ZWIL		
ΑΡΧΩΝ Ο ΜΕ			В.	T. 11.			
ΑΣΚΛΗΠΙΟΣ Κ	AI YTEIA			I.			Α
APXON		,		11 <b>I.</b>	_	.:	A
ATTOXPATOR	BAZIAETZ	· ***		I.	57		Ā
* . * .						•	BA-

-	_
- 7	
	_
	_

B AZIAEIA	В.	T.III. pag.216	y. I	
ΒΑΣΙΛΕΙΣ ΕΥΣΕΒΕΙΣ	-		. V. 7	
ΜΑΚΑΡΙΣΤΟΙ		•	v. 14	
ΘΕ <b>ΦΙ</b> ΛΕΙ <b>Σ</b>			V. 20	•
ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΑΕΙΜΝΗΣΤΟΣ		118	3 v. 24	
ΑΟΙΔΗΜΟΣ			V, 2 I	
KAI AYTOKPATOP PO-				
MAION		218	β γ. 40	
BAZIZ	PAC.	L 8	•	
ΒΙΑΔΙΝΟΥ ΠΟΛΕΙΤΗΣ		II. 131	[	
<b>BPENTE ZINH</b>	В.	I. rene. VI	[•	
BOTAETTHPION	~~~	II. pag. xx		
α ΒΟΥΛΑ ΚΑΙ Ο ΔΑΜΟΣ	PAC.		5.&87	
ΒΟΥΛΗ ΕΝ ΒΟΥΛΕΥΤΗΡΙΩ	<b>B.</b>	ıI. x	K. V. 6	
η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ		I. 1826. XI	<b>7.</b>	
η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΝΑΕΤΑΙ				
ΖΑΘΈΗΣ ΕΠΙΔΑΥΡΟΥ	PAC.	II. pag.	5	
n botah kai o $\Delta$ hmo $\Sigma$ $\Pi$ aaein $\Omega$ N		I, 99	· ·	
I	•	•		
$oldsymbol{\Gamma}$ amiai $oldsymbol{\Omega}$ N	В.	ıI. x	K. V. 4	
TONEY IN TOIR TATKYTA-	PAC.	ıI. 112	1	В
επι ΓΡΑΜΜΑΤΕΟΣ ΔΑΜΩΝΟΣ		77	7	
ΓΥΘΕΑΤΑΙ		125	5	
η ΓΥΘΕΑΤΑΝ ΠΟΛΙΣ		145	5	
ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΩ. Τω. Β.		87	7	
4	7	•		
• $\Delta$ amos proeatan	PAC.	ıI. toı	· •	
•	B.	_	-	
ΔΕΔΟΧΘΑΙ ΤΕΙ ΒΟΥΛΕΙ	D.	I i	<b>ζ. γ.24</b> Δ	EIII.

250 1 N D. E X	R E	R U I	M.	
ΔΕΙΠΝΗΣΑΣ ΛΑΜΠΡΩΣ	B. 7	Г. І. ра	g. 195	В
ΔΗΜΑΡΧΗΧΗ ΕΞΟΥΣΙΑ			gm. v.	
ΔΗΝΑΡΙΑ ΔΕΚΑ		pa	ig. 195	A
ΔΗΝΑΡΙΑ ΔΙΣΧΕΙΛΙΑ ΠΕΝΤΑ	•	_		
ΧΟΣΙΑ	.PAC.	I.	198	
ΔΙΙ ΚΑΙ ΗΡΑΚΛΕΙ			168	
ΔΙΚΑΙΩΜΑΤΑ ΕΓΤΡΑΦΙΔΙΑΦΟΡΑ	ъ.	III.	216 V.	<b>3</b> .
ΔΟΓΜΑ ΤΩΝ ΑΧΆΙΩΝ		ıI.	77	
ΔΟΔΩΝΑΙΟΣ ΣΕΥΣ	<del></del>	I.	<b>57</b> .	$\mathbf{A}$
ΔΟΥΛΕΥΤΗ		ibid.	218 v.	23
ΑΙΛΥΟΔ	-		ibid. v.	24
ΔΟΥΛΟΙ seu αγιοδογλοι			V	. 26
	E	· 		
<b>E</b> pammateten	В.	ıI.	XX. v	. 4
ΕΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣΕΝ		. III.	41	A
ΕΓΓΡΑΦΙΔΙΑΦΟΡΑ ΔΙΚΑΙΩΜΑΤ	A —	ibid.	216 V	. 2
ΕΔΟΞΕ ΤΑΙ ΑΛΙΑΙ	-	ıI.	303	Ć
ΕΔΟΞΕ ΤΕΙ ΒΟΥΛΕΙ	^		XX. v.	10
ΕΙΧΟΝΙ ΤΗΔΕ ΓΕΡΗΡΑΝ ΘΕΩ	N			
ΒΟΥΛΑΙΩΝ ΑΝΑΧΤΩΝ	PAC.	ıI.	6	В
ΕΙΧΩΝ ΓΡΑΠΤΗ ΕΝ ΟΓΙΛΩ	<b>B.</b>	ıI.	XX. v.	17
EIGEN			V.	•
ΕΚΚΛΗΣΙΑ ΚΕΡΚΥΡΑΣ			· <b>y.</b>	9
ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ	PAC.	<b>I.</b> .	8	
ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΑΝΕΘΗΚΑΝ	*****		100	
<b>Ε</b> ΛΕ <b>Υ</b> ΘΕΡΙ <b>Α</b>	В.	nI.	21.6 V.	2 2
ΕΜΠΟΡΟΙ ΚΑΙ ΝΑΥΚΛΗΡΟΙ		II.	XX. V.	14
ΕΠΕΨΗΦΙΞΕΝ		,	Y.	7
ΕΠΙΧΥΡΩΣΑΙ ΨΗΦΙΣΜΑ			٧.	23
ΕΠΙΜΕΛΗΤΟΣ	PAC.	I.	8	•
ΕΠΙΜΕΛΗΤΟΣ ΕΠΙ ΤΟΝ ΛΙΜΕΝ	AB.	ıI.	XX. y	.19.20
ΕΤΕΛΕΥΤΑ		I. n	up. XXI.	
ETIMHZE		· P	ag. xv.	
Exthre htpron			143	<b>.</b> . <b>A</b>
	,	,		ETTE-

ET NOMINUM GRAECORUM.				
ΕΥΓΕΝΕΣΤΑΤΟΣ			pag.225	A
έντ' ΕΥΈΡΓΕΣΙΑΣ ΤΗΝ ΠΟΛΛΑΧΙ				
ΔΩΧΕ ΓΙΟΛΕΙ	PAC.	ıI.	6	
<b>Е</b> ТЕГРЕТАІ	В.	ıI.	303	C
ETECPETHS	<del></del>	I.	195	В
	-	III.	xvIIL	C
eteamenoi aneθeΣan	PAC.	I.	207	
EYZEBHZ	В.	I.	fragm. v.	
ЕФНВЕТЕМ	•	•	pag. 41	A
ЕФНВОІ			fbid.	
	Z	`		
Zeye botaaios	В.	I.	pag.225	В
ΖΕΥΣ ΟΛΥΜΠΙΟΣ ΔΟΔΩΝΑΊΟΣ			57	
	H			
Haioe kai eeahnh	<b>B</b> :	T. I.	pag.225	В
ΗΡΩΣ ΕΠΙΦΑΝΗΣ	•		verp. XII.	
ΗΡΩΣ ΝΕΟΣ	PAC.	I.	pag.102	
	Θ			,
$oldsymbol{\Theta}$ eoi botaaioi anakte $oldsymbol{z}$	•	1 <b>I.</b>	6	• •
ΘΕΟΙ ΕΠΙΦΑΝΕΣΤΑΤΟΙ	В.	I.	225	A
ΘΕΟΙΣ	,		93	A
ΘΕΟΙΣ ΠΑΣΙΝ	PAC.		•	•
<b>Ö</b> YTATHP	В.	I.	fragm. II.	
	I	• •		
I EPA OTIIIIA	В.	I.	pag.195	A
ΙΕΡΕΥΣ ΘΕΟΥ ΚΑΙ ΘΕΑΣ		III.	41.	A
ΙΈΡΕΥΣ ΤΩΝ ΕΠΙΦΑΝΕΣΤΑΤΩΝ ΘΕΩΝ ΔΙΟΣ ΒΟΥΛΑΙΟΥ ΚΑΙ			-	
CEMIT DIVE DOLLMAN I MIN		Ī	i 2	нлют

252 I N D E X	R E	R U M			
ΗΛΙΟΥ ΚΑΙ ΣΕΛΗΝΗΣ ΚΑΙ ΑΣ.	•		-		
<b>ΚΛΗΠΙΟΥ ΚΑΙ ΥΓΕΙΑΣ</b>	B. T.	I. pa	g.225		A
ΙΕΡΕΥΣ ΚΑΙ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΚΑΙ ΑΓΩ-					
NOGETHE KAI HANHFTPIAP.			·		
ΧΗΣ ΤΑΣ ΘΕΡΙΝΑΣ ΠΑΝΑΓΥ-					
ΡΙΟΣ	Pvc.	I.	86		
ΙΕΡΟΦΑΝΤΗΣ	В.	I. frag	m.III.		
1	K				
				•	
$\mathbf{K}$ AISAP APISTOS	PAS. fe	Ct.1I. pa	g. vIII.		
KATA ONAP		r. I.	5		A
ΚΑΤΑ ΤΟ ΤΗΣ ΒΟΥΛΗΣ ΨΗΦΙΣΜΑ	PAC.	II.	25		
ΚΑΤΑ ΤΟ ΤΩΝ ΑΧΑΙΩΝ ΔΟΓΜΑ			77		
KEPKTPA	<b>B</b> •	III.	216	v. 9	
ΝΗΣΟΣ	*******		116	V. 19	
ΚΕΡΚΥΡΑΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑ			216	v. 9	
KEPKTPAIOI				v. I	
KAEOE A@ANATON	-	I.	297		· <b>A</b>
KAHPIKA OIKIA	-	III.	218	v. 26	
<b>Κ</b> ΛΗΡΙΚΟΣ			216	V• 23	
KOIMHTHPION EΩΣ ANAΣTA:				•	
ΣΕΩΣ	PAC- T	· II.	114		В
KOZMHZAZ .	<b>B.</b>	I. fraș	gm.11 <b>I.</b>		
ΚΟΣΜΗΤΗΣ ΕΦΗΒΩΝ		III. pa	g. 41		A
	<b>\</b>				
Λ ΑΜΠΡΑ ΑΥΘΕΚΕΩΝ ΠΟΛΙΣ	В.	I.	225		A
ΔΑΜΠΡΩΣ ΔΕΙΠΝΉΣΑΣ		I.	195		
ΛΟΧΟΙ ΤΩΝ ΒΑΡΒΑΡΩΝ	P****	nI.	143		A

MAT-

# M

Мегаретъ	PAS. sect.il. pag.xiiil. PAG. T. H. 203				
ΜΗΔΕΝΙ ΕΞΟΝ ΕΙΝΑΙ ΑΝΟΙΞΑΙ ΤΟΝΔΕ ΣΦΟΡΟΝ, ΕΙ ΔΕ ΤΙΣ ΑΝΥΣΕΙ ΔΩΣΕΙ ΤΩ ΦΙΣΚΩ ΔΗ- ΝΑΡΙΑ ΔΙΞΧΕΙΛΙΑ ΠΕΝΤΑΚΟ- ΣΙΑ ΚΑΙ ΤΦΕΞΕΙ ΑΟΓΟΝ ΑΣΕ-					
BEIAS		t.	198	. •	
ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΗΣ ΠΑΝΙΕΡΩΤΑΤΟΣ ΤΩΝ ΚΕΡΚΤΡΑΙΩΝ	В.	III.	216 <b>V.</b> 26	<b>5</b> ,	
7	1	•			
Ν ΑΥΚΛΗΡΟΙ ΚΑΙ ΕΜΠΟΡΟΙ ΝΕΙΚΟΜΗΔΙΣΣΑ	B.	ıI. I.	xx. v. 14	<b>F</b>	
ΝΗΣΟΣ ΚΕΡΚΥΡΑ	-		pag-216 v. 19	<b>9</b> .	
NOMHE AHNAPIA		•	195	A	
NTMOAIS ETEAMENOI ANEOE-	D		· · · · · · · · · · · · · · · · · · ·		
ΣΑΝ NYMANE KAI OFOIE ΠΑΕΙΝ	PAC.	I.	207 fbld.		
ΝΥΜΦΑΙΣ ΚΑΙ ΘΕΟΙΣ ΠΑΣΙΝ ΝΥΜΦΑΙΣ ΟΜΠΝΙΑΙΣ	<b>B</b> .		59	<b>A</b>	
	•				
	_		, ,	· ''Ţ	
O IKIA KAHPIKA	В.		pag. 218 v. 26		
ολτμπιος ζετς δοδωναίος		ıI. L	xx. v. 13	A	
ΟΠΛΟΝ		1I.	57 xx. v. 18		
OPKION ZEBAZTON	PAC.	ī.	198	.: <b>)</b>	
ΟΤΙΙΣΙΑ Η ΙΕΡΑ	В.	I.	195	A	
			÷ ,		

# 3

# ZENOZ KAI IAIOZ EYEPTETHZ PAC. T. II. pag.131

J	LA	· .	,	
T AIANIETE	В.	T. 11I.	41	Å
ΠΑΝΗΓΥΡΙΑΡΧΗΣ ΤΑΣ ΘΕΡΙΝΑΣ				
ΠΑΝΑΓΥΡΙΟΣ	PAC.	1. A	17 <b>86</b> 0	
ΠΑΝΗΓΥΡΙΣ ΘΕΡΙΝΑ	## (c	~ CIO\$6	<b>M.</b>	
ПАРОІКІАІ Т	В.	III. p	ag.218 v. 25	
ΠΑΡΟΙΚΟΣ		· , · • • •	v. 23	,
HATHP PIAOTEKNOS		ıI.		v .
ΠΕΡΙ ΤΟΝ ΒΙΟΝ ΣΟΦΡΟΣΥΝΗΣ		I.	95	
•ι ΠΛΗΝΗΣ ΝΥΜΦΑΙΣ ΕΥΞΑΜΕΝΟΙ	7	`		
ΑΝΕΘΗΣΑΝ ΚΑΙ ΘΕΟΙΣ ΠΑΣΙΝ			207	وسم ما
ΠΟΙΗΜΑ ΤΟΥ ΠΑΡΙΟΥ ΚΑΛΟΝ			•	
ΔΙΑΈΟ ΕΡΓΟΝ			78	•
TOIHEAT THE ANAGESIN THE				
ΓΡΑΠΤΗΣ ΕΙΚΟΝΟΣ				
ΠΟΛΙΣ Η ΛΑΜΠΡΑ			225	A
η ΠΟΛΙΣ ΤΩΝ ΑΒΕΑΤΩΝ	PAC.	II.	77	•
			13 t	•
i.ΠΟΛΙΣ Η ΤΩΝ ΗΡΜΙΟΝΈΩΝ				• •
	Pas. f	ea II.	xviI•	
TIPIHNIE	<b>B.</b>	T. IL.	303	C
ΠΡΟΕΔΡΟΙ			xx. v. 7	
not zolaon zat ignæeogn			* * * * * * * * * * * * * * * * * * * *	
KQPXTPAION .II			303	C
IPOEENOX .I —		. n.	XX. v. 18	··
ПРОПАППОЕ	'	III.	216 V. 21	•
ΠΡΟΣΟΔΟΝΕ ΠΟΙΗΣΑΜΕΝΟΣ				`
E TIPOS THIN BOYAHN			/ XX. V. 12	
ΠΡΟΣΤΑΓΜΑΤΑ ΧΡΥΣΟΒΟΥΑΛΑ			V. 15	
ΠΡΥΤΑΝΕΥΣΑΣ		I.	93	A
ПРТТАМІА ЕВДОМН	•	1I.	XX. v. 3	
• • •			•	PAM.

# P

PAMNOTEIOE	В.	T. II. pag	. XX. V. 4	· .
ΡΩΜΑΙΩΝ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟ-	•		•	
ΚΡΑΤΩΡ		III.	218 V.40	
	5.			
		_	,	• -
$\sum$ eahnh kai haio $\Sigma$		I.	225	В
TO EHMA	PAC.	II.	113	A
ΣΟΥΝΙΕΥΣ	В.	•	XX. y. 8	
ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ ΥΠΑΤΟΣ ΡΩΜΑΙΩΝ	PAC.	: • • •	101	
ΣΥΓΓΕΝΗΣ ΙΔΙΟΣ			6	
ΣΥΝΑΡΧΟΙ	В.	I.	93	- <b>B</b>
ΣΥΝΟΔΟΣ ΤΟΥ ΔΙΟΣ ΤΟΥ				
EENIOT		11.	XX. V. 15	
ΣΥΝΠΡΟΕΔΡΟΙ	-		v. 9	
ΣΩΤΗΡ	PAC.	·	101	
ΣΩΤΗΡ ΤΟΥ ΠΑΝΤΟΥ ΚΟΣΜΟΤ	-		vIII.	
_		•		
	Γ ΄	•		•

T AMIAE NATKAHPON KAI EM-ΠΟΡΩΝ ΦΕΡΟΝΤΩΝ ΤΗΝ ΣΥ-NOAON TOT AIOE TOT . EE. NIOT

B. T. 11.

XX. V. 13

ΦιλΟΠΑΤΡΙΣ ΦΙΛΟΣΕΒΕΣΤΑΤΟΣ ΦΙΑΟΤΕΧΝΟΣ

Pas. sea.il. pag.viil. ibid.

PAC. T. II. 62

KAI-

# 256 INDEX RERUM ET NOMINUM GRAECORUM.

	X				
XAIPE	В.		mag. XIIII. XI		
XAIPETE			pag.121 &	alıbi.	
ΧΑΙΡΕΙΕ ΧΡΥΣΟΒΟΥΛΛΑ ΒΑΣΙΛΙΚΑ	PAC.	п.	211		
ΠΡΟΣΤΑΓΜΑΥΑ `	В.	1110	216 V.	•	
XPHΣTE XAIPE	-	T	<b>V.</b> 1	7.2	
<del>-</del>	PAC	I.	rexe. xI. pag.132. &		
	Pac. B.	.11.	pag. 132. CC	153.	
XPHETOLXAIPETE			pag. 238		
ΧΩΡΟΣ Ο ΙΕΡΟΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ	PAC.	I:		•	
ALLPOZ O ILPOZ APTEMIAOZ		1.	-4-		
	Ψ				
$\Psi$ H $\phi$ I $\Sigma$ AMENH $\Sigma$ TH $\Sigma$ NOAEIO $\Sigma$	PAc.	ıI.	6		
	•	I.	95		
	· ·	ıI.		C	•
<b>ΨΗΦΙΣΜΑ</b>	В.	ıI.	XX. V	22	-
Ψ. Β. ΨΗΦΙΣΜΑΤΙ ΒΟΥΛΗΣ		I.		B	3
Ψ. Γ. ΨΗΦΙΣΜΑΤΙ ΓΕΡΟΥΣΙΑΣ		ī.	195	E	
	Ω				
$oldsymbol{\Omega}$ poaotion .	PAC	. ī.	8		



# SECTIO IL

# INDEX NOMINUM GRAECORUM.

# A

A BAEKANTOE IAPOENIOE AFAGOKAHE	Pas. sect.		pag. VIII.	,
ΑΓΟΥΣΙΑ	PAC.		pag. 213	· <b>A</b>
ΑΔΡΙΑΝΌΣ ΒΑΣΙΛΕΤΣ	B.	I.		A
— F	D.	4.	<b>57</b> .	
ΑΔΡΙΑΝΌΣ ΒΟΥΛΑΙΟΣ ΑΥΤΟ-	Dec	<b>-T</b>		
КРАТΩР	PAC.	II.	77	Ð
4.546-4	PAS. sea.	•	Liux	В
ΑΔΡΊΟΣ	PAC. T.	ıI,	6	1
ΑΘΗΝΑ ΕΙΡΗΝΟΦΟΡΟΣ	-	I.	31	
ZINTPO401	В.	I.	5	A
ΑΙΣΧΥΛΟΣ	PAC.	ıI.	£bid.	
ΑΛΒΙΑ ΕΤΦΡΟΣΤΝΑ			62	•
<b>κο.</b> ΑΛΒΙΔΙΟΣ ΠΝΊΑΡΧ <b>ΟΣ</b>			lbid.	
AAEEANAPA		•	211	
AEEANAPOX			fbid.	, <b>B</b>
<b>A</b> 1KEI∆O∑	-		6	
ΑΛΚΥΩΝ	-		.i ^57	•
ΑΝΤΙΝΟΟΣ ΗΡΟΣ ΝΕΟΣ	-	I.	103	
ΑΝΤΙΟΧΟΣ	B.	I.	fragm.IIII.	· <u>*</u>
λ. ΑΝΤΩΝΙΟΣ			pag. 86.	
λ. ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΣΕΡΒΙΛΙΟΣ	_ 7·	. 1 .	Ebid.	
ΑΠΟΛΛΟΔΟΡΟΣ ΑΠΟΛΛΟΔΟ-				. 1
	Male - 1, 30		1064 <b>93</b> .	. A.
ΑΠΟΑΛΟΦΑΝΗΣ ΕΥΠΟΡΙΜΟΣ		I.	207	
- ΤΟΙΝΟΛΛΟΠΑ ΖΟΙΝΩΛΟΝΙΑ				
"NIKOAAOT"			1 SbidA	
APIZTAINOZ ĀPIZTAINOT I		I.	· · · · · · · ·	-
		-	Kk	API-
				0000

258 Ι Ν D ΑΡΙΣΤΟΜΑΝΤΙΣ ΑΡΤΕΜΟΚΑΗΣ ΑΡΤΕΜΩΝ ΑΣ ΛΗΠΙΟΔΩΡΟΣ ΑΣΦΑΛΙΟΣ Μ. ΑΥΡΗΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ	PAC. T.  PAS. fc&. PAC. T. B.	ıI.	pag. 95 179 203 A XXIIII. 78 fragm. V.
-1	B		
B AΣΣΟΣ ΑΛΚΕΙΔΟΥ Π. ΒΕΙΒΙΟΣ ΒΕΤΟΥΡΙΟΣ ΒΙΩΝ	PAG.	ıL. I.	pag. 6 213 A 181 95
	Г		
ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ *. λ. ΓΕΩΡΓΙΟΣ ΜΕΤΡΟΠΟΛΙΤΉΣ ΤΩΝ ΚΕΡΚΤΡΑΙΩΝ ΓΛΑΤΛΟΣ ΠΙΘΟΔΩΡΟΣ	Pas. sca B. T. Pac.		ym <b>I.</b> 216 <b>v.</b> 2 95
	Δ		
Δ AMOKAEIA  ΔΑΜΟΚΡΑΤΗΣ  ΔΑΜΟΕΕΝΑ  ΔΑΜΩΝ  ΔΕΞΙΠΙΌΣ  ΔΙΟΓΝΉΤΟΣ ΕΞ ΟΙΟΤ  ΔΙΟΜΟΠΕΙΘΉΣ		I.	vereg. III.
ΔΙΟΔΩΡΟΣ ΤΟΥ ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΑΛΑ ΕΥΣ	· Colored Color	•	Ų, 20
AION THOS APRON O META TIA PAMONON AIOPAS	Bunga	Į,	ν. 1 Εξε

nominum (	RABCO	RUM .	2	59
DOEA NIKH		C. II. yex	e. xxI.	
ΔΟΥΚΑΣ	-	III. pa	g. 218 v.	40
ΔΩΡΟΣ Ο ΠΟΛΥΧΑΡΜΟΥ ΤΡΟ-		•		-
φικοΣ		11.	1147	A
Фикоз по		,		-
. 1	E	*		-
	Ľ			
EIPHNAIOS O MAIANIETS	В.	nI.	41	A
ΕΙΡΗΝΟΦΟΡΟΣ	PAC.	I.	3 t	
ΕΠΑΦΡΑΣ		ıI.	133	_
ΕΠΑΦΡΟΔΕΙΤΟΣ	B.	I.	195	A
ΕΠΙΚΤΕΣΙΣ	-		179	·•
EPMIONH HOATKPATOTS	-		132	
ΕΡΜΟΓΕΝΗΣ	•	I. vi	ne. XXI.	
ETTENEIA	PAC.	II. p	ag. 133	
ETENOE		I.	87	
ETTIOPIA ATAGOKAEOTE MI-		••		
ΑΙΣΙΑ	В.	I. n	exp. xVI.	
ΕΥΠΟΡΙΩΝ	PAC.	I. p	ag. 207	
ETTXH	-	_	95	
ETTYXHE HPA			viii <b>I.</b>	. •
ΑΛ. ΓΤΦΡΟΣΤΝΑ ΚΟ. ΑΛΒΙΔΟΥ ΙΝΙΑ	•			L
ПАРХОТ		ıI.	. <b>62</b> 0	
ΕΥΦΡΟΣΙΝΌΣ	<b>B.</b>	I. v	exe. XIHL	• •
ΕΧΕΣΘΕΝΉΣ ΔΙΟΜΟΠΕΙΘΟΤΣ		ml, g	oag. 363	C
	-			٠.
	Z			
			•	• •
ΖΩΑΓΟΡΑΣ ΖΩΠΥΠΡΟΥ	PAC.	I.	207	
ΖΩΥΠΡΟΣ ΖΩΑΓΟΡΟΥ			lbid.	
Mullipos Mullion .	•			
			1	
Commence of the second	_		and the state of t	<b></b>
	;	Kk a '	Ĥ	$\mathbf{ZOII}$

1		1	ľ
J	Γ	1	l

			•	
PAC. T.	μL.	pag.	132	
	•	. •	•	
В.	III.		XX. V.	3
PAC.	ıI,		238	•
· · · · · · · · · · · · · · · · · · ·			133	
	•			
Θ				
PAC.	ıI.		206	
• •	,			
В.	ul.	•	218 V.	40
PAC,	I.	•	9 I	•
В.	ıI.		XX. V.	20
PAC.	ıI.	•	145	
I		<b>.</b>		
· B.	· 1.			A
	,	•		
PAC. T.	ıI.	•		В
_		£0.		A
				В
PAC.			62	
K				-
B.	T.	984 A	YV.	
674 Danies		*****		
PAC.	ıI.	D29.		В
		1.9.		WO-
	B. PAC.  PAC.  B. PAC, B. PAC.  I  B. PAC.  PAC.  PAC.  PAG. T. B.  PAC.	B. III. PAC. II.  B. III. PAC. II. PAC. II. PAC. II. PAC. II. PAC. II.  PAC. II.  PAC. II.  PAC. II.  PAC. II.  PAC. II.  PAC. II.  PAC. II.	B. III. PAC. II.  B. III. PAC, I. B. II. PAC, I. PAC. II. PAC. II. PAC. II.  PAC. II.  PAC. II.  PAC. II.  PAC. II.  PAC. III.  PAC. III.  PAC. III.  PAC. III.  PAC. III.	PAC. II. 238  133  PAC. II. 206  B. III. 218 v. PAC, I. 91 B. II. XX. v. PAC. II. 145  I  B. I. 93 PAS. fect. II. 8 PAG. T. II. pag. 211 B. I. 195 XVIII. PAC. II. 62  K  B. I. verp. Xv. XVIII. PAC. II. pag. 13

NOMINUM G	RAECORUI	M .		<b>26</b> I
καλοκλής	B. T.	I.	pag. 4	
ΚΛΑΤΔΙΑ ΓΛΥΚΕΡΑ	PAC.	ıI.	23	
` NEIKHΦOPI <b>∑</b>		I.	8	
ΚΛΑΤΔΙΑΣ ΣΩΓΙΟΣ	<del></del>		•	
ΚΛΑΥΔΙΟΣ Ο ΑΔΡΙΟΥ ΥΙΟΣ				
<b>SENOKAHS</b>	-	II.	6	
KAEOEENA	-		179	
КЛЕОПАТРА		_ ,	23	
ΚΛΕΟΦΑΣ ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ	Pas. sect.	_	XVIII	•
•	PAC. T.	I.	100	•
KOILKLIOZ	-	IJ.	101	
ΚΟΛΕΙΡΙΟΣ ΣΟΥΠΕΡΒΟΣ	-	I.	8	
KOMNHNOE O AOTKAE	В.	III.		v. 40
ΚΟΜΝΗΝΟΣ ΟΥΑΛΕΡΙΟΣ	-	_		21.22
KOPINOIOZ		11.	205	
ΚΟΣΑΠΕΛΑΟΣ	В.	I.	93	V
Ω ΚΟΣΣΙΝΙΟΣ		nI.	105	
KCTTION	-	I.	rexp. IIII.	
TOMBETS ZIAN ZCHSZYN	_	•	•	
AUTTONOS ETEENOT	PAC.	I.	pag. 87	
	•		i i i i i i i i i i i i i i i i i i i	1.4
,	•		. 1. y	• .
	Δ			<u> </u>
AMIAE	В.	; <b>I.</b>	vene. VII.	•
ΤΟΙΦΟΣ ΖΑΙΜΑΛ	- PAC.	11.	pag. 204	
ΛΑΜΠΡΙΟΣ			6	
Μ. ΛΑΤΙΝΙΟΣ ΠΑΝΔΟΥΣΑ	-		131	-
ΛΕΟΝΤΙΩΝ	<del></del>		211	
ΑΕΥΚΙΟΣ	*****		234	•
ΛΕΩΝ	В.	I.	143	
<b>AIKIEKOE</b>	PAC.	11.	2. 3	B
AOTKEIAIA IIPIMA H KAI				
ΦΙΛΑ	В.	I.	yeng. XX.	<b>1</b> 1-

262 I N D	. 3	X		
ΛΥΚΙΣΚΟΣ ΚΑΙ ΕΧΕΣΘΕΝΗΣ				. •
ΔΗΜΟΠΕΙΘΟΥΣ ΠΡΙΗΝΙΣ	B. T	· II.	pag. 303	C
ΛΥΣΑΝΔΡΟΣ	•	; <b>I.</b>	resp. VI.	
ΛΙΣΙΔΟΣ	-		V-	•
<b>)</b>	Л			
	_			
M ANHE	PAC.	I.	pag. 207	
MAPAIOS seu MAPAIOS AAMIAS	<b>B.</b> '	I.	mxe. VII.	
ΜΑΝΟΤΗΛ ΒΑΣΙΛΕΤΣ	В.	nI.	pag. 218	
ΑΟΙΔΗΜΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ				<b>V.</b> 29
мемміа клеопатра	PAC.	n.	23	_
ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ	<b>B.</b>	Ī.		ł.
`MHNOAOTH	PAC.	nī.	. •	•
ΜΗΤΡΟΣΑΣ ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ	В.	I.	verp. XVIII	I.
MIAAZ	PAC.	L	pag. 207	
				<b>V</b> .
**	N			
<b>N</b> EPBA	PAC.	11.	87	_
ΝΕΡΟΥΑ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ	Pas. f	ea. II.	viiI.	•
ΝΕΙΚΑΝΔΡΟΣ	B. 7	Г. І.	225	A
	- PAC.	ıI.	155	•
NIKANOP NIKOZTPATOT	В.	I.	93	A
NIKH			vexe. NXL	
NIKHPATO'S	*****	•.	pag. 59	A
NIKIAE		m.	145	
NIKIOZ	PAC.	L	300	
ΝΙΚΟΛΑΌΣ	•	ıI.	238	
ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΣ	В.		93	A
ATT MERCHAN		1.	407	

OATM-

•	<b>O</b>			
OATMUIAE	PAC.	T. I.	pag. 198	,5
ONTMINE NIKIOT			100	
ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΣ	•			
ΟΥΛΠΙΑ ΑΓΟΥΣΙΑ	-	II.	- 213	A
ΟΤΑΛΕΡΙΟΣ ΚΟΜΝΗΝΟΣ	В.	111.	218 V	.21.22
OHINIA	PAC.	Ar.	158	•
	П		•	•
ΠΠΑΝΔΟΥΖΑ	PAC.	11.	131	
ΠΑΝΚΙΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥ			205	•
	В.	ı1.	xx.	⊀′
ΠΑΡΑΜΟΝΟΣ	PAC.		237	
ΠΑΡΙΣΙΑ ΠΡΟΤΑΡΧΟΤ		sea. I:		•
ΠΑΤΛΙΝΑ ΕΡΜΟΓΕΝΟΥΣ	<b>B.</b>	L.	veng. XX.	XXIL
ΠΕΙΣΙΤΕΛΗΣ			pag. 212	<b>B</b>
ΠΙΘΟΔΩΡΟΣ ΓΛΑΥΚΟΣ		1.	95	
ΠΟΛΥΚΡΑΤΕΣ	PAS.	sea. L	XXIIIL.	• 1
	PAG.	Т. Л.	51	. ,
ΠΟΛΥΚΡΑΤΗΣ	PAC.	L	, 307	
ΠΟΛΥΧΑΡΜΟΣ		ON A IL	114	<b>A</b>
TIMMA	В.	I.	rexe. XX.	t -1
ΠΡΟΘΥΜΟΣ	Pas.	sea. L	pag.xxvI.	
	PAC.	T. 11.	247	• •
TPOTAPXOX		O VARRYA (	П	•
Secretary State Commen			A\$1+:::	
	D	•	<b>3</b> 577.	
	T.		Service	•
Phaoe aptemonos anates	rz B.	11.	XX.	. <b>7. 11</b>

ZABEI-

 $\Sigma$ 

T MADAMATE ANTO				
EPATOPOΣ TPAIANOT A-				
ΔΡΙΑΝΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑ-	PAC.	I.	100	
STOT	rac.	1L	213	B
SABEINOS SABEINOT TIOS		140	189	
ΣΑΤΥΡΟΣ	-		•	
ΣΕΜΠΡΩΝΙΟΣ			145	•
<b>∑ENOKAH∑</b>		7 G	•	
<b>∑EOTHPO∑</b>	<b>B.</b>		ragm. V.	
∑EPBEIAIO∑			ag. 86	
ΣΙΝΙΛΙΔΑΣ ΘΗΣΕΩΣ	PAC.	IL.	145	
ΣΟΣΙΣ	-	_	8	
<b>EOTHEPBOS</b>	-	I.	8	
ΣΟΦΙΟΣ	-	11.	204	
THOUGH ALVOORVEOLE WI-				
ΛΉΣΙΑ	В.	I,	rexp. XVI.	
Τ. ΣΤΑΤΙΛΙΟΣ ΛΑΜΠΡΙΟΥ ΥΙΟΣ				
TIMOKPATHE	PAC.	II.	pag. 6	
Α. ΣΤΡΑΤΟΛΑΟΣ ΦΥΛΑΣΙΟΣ	В.	III.	41	3
ΣΤΡΑΤΟΚΑΗΣ		· 1L	XX.	V. 9
ETPATOGON ETPATORAEUTE,				
ZÓTNIEŤZ"			4	<b>v.</b> 8
ZYNTPOOUZ	-	I.	5	A
ΣΩΚΡΑΤΉΣ		I.	verp. XII.	
TOATKPATOTE"	PAC.	I.	pag.207	,
ΣΩΣΙΓΕΝΊΑ	PAC.	T. II.	pag.114	В
ΣΩΣΙΚΡΑΤΗΣ		ıI.	212	A
ΣΩΣΤΡΑΤΟΣ	B.	I.	mae. VII.XVIII;	
ΣΟΤΗΡΙΩΜ	-	<b>4</b>	XIIIL.	
WATER COMME				٠٠,

ΤΕΜΑΡΧΟΣ ΤΕΡΤΙΑ ΙΑΣΟΝΟΣ ΒΡΕΝΤΕΣΙΝΗ ΤΙΜΟΚΡΑΤΗΣ ΤΙΜΟΤΧΟΣ ΤΙΤΟΣ ΤΙΤΟΤ ΚΟΙΓΚΤΙΟΣ ΓΡΑΙΑΝΟΣ ΑΔΡΙΑΝΟΣ ( ΑΥΤΟ- ΚΡΑΤΟΡ ΚΑΙΣΑΡ ) ΘΕΟΤ ΤΡΑ- ΙΑΝΟΤ ΤΙΟΣ ΘΕΟΤ ΝΕΡΒΑ ΤΊΩΝΟΣ ΤΊΙΑΤΟΣ	B. PAC. B. PAC.	II. II.	y. xviil. g 6 xx.	<b>v.</b>	3 B
ΤΡΑΙΑΝΟΣ ΑΔΡΙΑΝΟΥ	_	I.	57		A
ΤΡΙΦΩΝ	-	I. ven	exviii.		
ΤΡΟΦΙΜΟΣ	PAC.	II. p	ag.114		A
	Ф				
$\Phi$ aaanooe eqetpatot	В.	I. res	ce. VIII.		
ΦΑΛΛΟΣ ΛΕΥΚΙΟΥ		I. pa	•		
ΦΕΡΣΙΣ ΑΣΦΑΛΙΟΥ ΜΗΤΗΡ		•	78		
ΦΙΛΑ	В.	I. yes	cp. XX.		
ΦΙΛΟΚΡΑΤΗΣ		III. pa	ag. 1 2 I		В
ΦΙΛΟΚΡΑΤΙΔΗΣ ΝΙΚΗΡΑΤΟΥ			59		A
ΦΙΛΟΥΜΈΝΟΣ ΔΙΟΦΑΝΤΟΣ	PAC.		233		
ΦΙΛΩΤΑΣ	В.	I.	93		A
ΦΛΑΒΙΑΝΑ ΕΥΤΥΧΗ ΠΙΘΟΔΩΡΟΥ					
TAAKOY TYNH BIΩNOΣ API-	_	-			
ΣΤΟΜΑΝΤΙΔΟΣ	PAC.	I.	95		ΦΛΑ-
	70	T	WIIT		W/VW•
ΦΛΑΒΙΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ	B.		cg. XIII.		
ΦΛΑΒΙΟΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ	PAC.	1. p	ag. 198		ΦOP-
• •		<u></u>	4.		+01-

ФОР-

# 266 INDEX NOMINUM GRAECORUM: ΦΟΡΜΙΩΝ ΑΡΤΕΜΩΝΟΣ ΜΕΓΑ PETΣ PAG. T. II. pag. 203 ΦΩΚΙΝΟΣ — I. 188 ΦΩΚΙΩΝ ΠΟΛΤΚΡΑΤΕΟΣ — 155 Χ Σ ΡΗΣΙΜΟΣ Β. Ι. ΜΑΘ. ΧΙΙΙΙ.

Ω

Ω ΣΤΑΣ PAC. 1. pag.291



# PARSIL

# INDEX, RERUM

# ET NOMINUM LATINORUM.

# SECT. L

# INDEX RERUM.

# A

. <b>A</b>						
A Bellio. Abdem Liberi Patris faciendam coiravere	<b>B.</b>	T.	nī.	pag.	169	C
· LUB. NER.	Pas.	<b>f</b> e	a. nī.		xxv.	
Aedem signa viiil. porticum maceriis il, culinam et locum in quo ea sunt. Amico B. M.	B. Pas.	fec	nī. Luil		í 9 i XXXXII.	
Annos mecum habuit xiiil.	В.	T.	nI.		201,	exviiI.
Aparcias idest septentrio.  Apheliota ventus	PAC.		I,		117	ibid.
Apollini Beleno Aug.	Б.		μI,		168	A
AVI MISMA FFCERUNT	<i>D</i> .		*14*		302,1	-
В					•	
<b>T</b>						
В. м.	Pas.	fe&	tint.		XXX.	
Be. Cos. REG. I. AD,	В.	T.	пI,	-	184	Y
Belino Apollini.	-				1.68	
Bellenus.	_				169	Λ
Bellinus.	<del>4-4</del> ) -				Wid.	
BILIENO.	-				ibid.	
Boreas,	PAC.		I.		117	
. :						

C

	_			
Ecias ventus	PAC.		I.	117
CELLAM ET CULINAM FACIENDA CURARUNT.	В.		nI.	194 C
CENTURIO COHORTIS BELG.	-			177 A
Cocinatorium.	_			194 <b>A</b>
COHORS BELGICA.	PAC.			177 A
Col. AA. Patr.	PAC		I.	106 C
Compari coniugi dulcissime et obsequen-	Des	۲a	T	pag. xxviiI. B
TISSIMAB.		ica	.ш.	pag. xxvnI. B
Coniugi B. M.	_			xxxvI. A
Benemerenti.	В.	T	nI.	
DIGNISSIMAE .	D.	1.	111.	201 XXVII.
DULCISSIMAE B. M.	Pas.	CO	***T	EXXVIII.
D	PAS.	1tu.	,Lll Lo	exvil. B
RARISSIMAB.				EXXXV. A
SUAB B. M.				ALLY. A
SUAB OPTIMAE ET MERITISSIMAE, SUIS				
CARISSIMAE, CUM QUA VIXIT AN-				mil.
NIS XXXII. TULIT ANNOS LIT.	Б.	T.	πI.	194 C
Culina vid Qulina. Culinam aedem Zothecam pecunia sua a	ω.		***	194
SOLO RESTITUIT, IDEMQUE DEDICAVIT.				190 A
CURAM AGENS THEATRI.	_			177 A
CURAM AGENS TREATER!				-//
•		•		, · , · , · ,
$\mathbf{D}$	,			
D				,
D. D.	В.		nI.	177 A
DEFUNCTA.	PAS	<u>lea</u>	. ml-	vil.
Dep.	_			xxil.
Dic. Col. Salon. Sacerd.				xxxI.
D. M.				nl. B
D. M. S.				nI. A
Dis Man. S.	-		,	xl.
DIS MANIBUS.				xxxml.
DIIS MANIBUS.	-			XX.
D. S. I. Q. M. AEYERNO SACR-	В.	T.	nI.	, 16t A
				•
E				
177				
E URUS.	PAC.	,	I.	117 Filiat

F.

T	PIENTISSIMAE .
I ILIAB	PIENTISSIMAE .
FILIO DUL	.CISSIMO .

INFELICISSIMO:
OPTIMO ET BENEMERENTI.
FRATRI CARISSIMO.
FRATBI PIISSIMO.
in F. P. IIII. IN AGR. P. V.
in Fr. P. x. IN AGR. P. xVI.

in Fronte P. xl. in Agr. P. x.

Pas. sect. ml.	pag, xxxv.	B
<b>—</b> * · · ·	.lvxx	A
-	' L.	B
-	xxII.	
<b>—</b>	$\mathfrak{m}_{\cdot}$	À
B. T. 11.	200 xvnl.	.J.
	199 xv.	
-	xxxv.	
-	18 <i>6</i>	A
Pas. sect, ml.	xxIII.	

GENIO PLEBIS . GENIO PLEBIS SAC.

B. T. III. 176
Pas. sec. III. xxvI.

H

G

HERCULI SAXANO SACRUM.
HERES POSUIT.
ob. H. M. M.
H. M. H. N. S.

B. T. III. 202 xxxl.

190 A

197 yml.

Pas. fect. III. xxvl. xxvml.

B. T. III. 197 z.

I

Neantibus infelicissimis:
Iovi Casio sac.
Iovi Casio V, S.
I. O. M. S.
Iuoastes ventus.
Iunonibus sacrum.

Leo:

. Used

Ł

Li-				
L Eg. I. Adi, P. F. LIBIBNS POSUIT.	В.	nl.	184 161	A A
LIBONOTUS	PAC.	I.	117	••
Libs.	<b></b>		ihid.	
L. D. D. De	<b>B.</b>	nt.	197 VIII	I.
			•	
<b>M</b>			•	
M. M. ob. H.			•	
<b>1V1.</b> M. ob. H.		nl.	126	
Magistri .	C	. OY	193	C
MATER CASTRORUM.		ea. uI.		Ŧ
INELLICISSIMA OB PIETATE POSUIT  MATRI KARISSIMAE.	D. I	. nl.	102 XXVI P <b>ag.xxx</b> xviiil	
INFELICESIMAB.	~ ~	ou mii.	XXX.	• л
PIISSIMAE •	=		xxviid.	
MERCURIO AUG. SACR.	В. Т	. III.	113	A
<u>-</u>	-		176	A
N	·			
Out of the second	:		• .	
EPTUND DIANAR	Pas.	fect. nI,	mil.	

P

PTUND DIANAR NIMER AUG. NYMPHIS 3. LE JIH NOTUS.

ATER INTERICISSIMUS
PATRI DULCISSEMO.

KARISSIMO.

BATRONO B. M.

PERAGENDUM CURAVIT.

PHOENIX ventus.

PICTOR QUADRICULARIS.

PIETAS.

Pas. sea mil. pa	g.i <sup>vr</sup>	B
-	xxxvil.	
<b>→</b>	nl.	B
B. T. nf.	198 xī.	_
-	190	A
PAC. I.	117	
Pas. sea. 1111.	,	A
Pac. T. II.	19	
	Port	L

## 272 INDEX RERUM ET NOMINUM LATINORUM?

ex Viso posuit quod alis vidit.		Pas.	sea.	uI.	•	xxIL.	
VIVOS FECIT SIBI ET SUIS.		-		mI.		xxxxI.	
VIXIT PLUS MINUS AN. XXV.		B.	T.	ul.		200	wmI.
VOLIANUS DEUS.						169	C
ex Voto libiens posuit.						161	Ā
V. S. L. M.	• •	Pas.	ſe&.	nI.	•	xxIIII.	O alibi.
Uzori pilssimae.		-		mL.		XXXXII	



## SECT. II.

## INDEX NOMINUM LATINORUM.

## A

A CELLIA SEPTIMULIA.	Pas. sect. mil. pag	2. XXII.
Acellius Ianuarius.		ibid.
T. Aguttus Tacitus.	<b>-</b>	xxvI. B
ABLIA APULEIA	-	xxxIII.
CAPRIOLA.		xxxxtl. A
MARCIA •		xxxvtI.
SATURNINA.	-	xxxviil.
Telesphoris:	<b></b>	xxviiI.
Tertullina.		zvil.
L. Aelius Secundinus.	В. Т. и <b>ї.</b>	200 xxIII.
P ARLIUS AUG. LIB.	Pas. sect. iii.	xxxxviiiI. A
T. Aelius Hadrianus Antoninus Aug.	_ III.	XXXXV.
AELTUS LEO.	_ ml.	xxxxII. A
Parthenopeus.		ıl. A
Zoticus.	_ ·	A lixxxx
L. Aemidius Eutyches.	<b>=</b>	ıl. A
Aemilia Pelagia.	•	ibid.
AGRIPPA TIVIR QUINQ.	PAC. T. II.	19 B
ALLIA C. L. METHE.	В. иГ.	186 A
C. Allius T. F. FAB. Luc,	<b>-</b>	ibid.
C. Allius Priscus.	-	ibid.
P. Anes. Calsicus Sever.	<b>-</b>	200 xxl.
P. Annaeus :	Pas. sea. nt.	XXV.
Antestia Dorinis F. Thallusa.	- ml.	xxxxvI, C
Veteris L. Doris.	· ·	ibid.
Antistia Dativa.		A lvxx
Antonia Falerna :	B. T. nl.	201 xxvil.
GLYCERA.	<b>-</b>	ibid.
incis.		ibid.
Div. Antoninus fil. D. Hadriani.	Pas. sect. 111.	XXXXII.
M. Antonius Hamillus.	= mi.	XXXXIII.
•	B. T. ul.	200 12.
APRION		xxviil. A
Apuleius Maximus.	В. Т. пІ.	200 XXIII.
Armifius.	· ·	ibid.
C. ATIUS INCENUUS.	· 🕶	xxxviiiI. B
· Albania grafi	M m	Atius

274 I N D ATIUS PRIMATIUS INGENUS. C. ATIUS PRIMUS. AURELIA MAXIMA. M. AURELIUS ANTONINUS AUG. ARMENICUS L. AURELIUS FEBRUNDIS. AURELIUS SYMPHORUS.	E X B. T. III. PAS. fect. IIII. B. T. III. PAS. fect. III. B. T. III. PAS. fect. IIII. B. T. III.	xxxviiiI. B 201 & xxvI. xxxiI.
В		
BABBIA PRISCA FELIX AUG. LIB- T BABBIUS L. F. L BOVIANUS PAREUS. BRETIA MAN. F. QUARTA.	Pax. sect. in L. B. T. ii l. Pas. sect. ii l	194 C
C	•	• • •
C ALLITYCHE.  P. CANINIUS. CARIS A IUCUNDA.  M. CARMBIUS MAXIMVS. CASSIA COSTANTILLA. SECUNDA. CASTRICIA VALERIA. C. CASTRICIUS REGULUS. C. CIPIUS APER. G. CIPIUS APER. SEX. CIPIUS C. FIL. SERG. FIRMINIANUS. T. CLAUDIUS PROCULUS. TI. CLAUDIUS SOTER. L. CINCIUS TROPHIMUS. Q. COBLIUS Q. F. BALBUS.	PAS. fect. HII. PAC. T. II. PAS. fect. HII. B. T. HI. PAS. fect. HII. PAS. fect. HII. B. HI. B. HI. B. HI. B. T. HI.	ibid.  xxvl. B  19 197 viiil. ibid. ibid. 201 xxvil. xxxvl. A  xxil. 201 xxiiil.
L. Cornelius Hamillus. L. Cornelius L. L. Serapion. Q. Cornelius Augustalis. P. Cornelius Cornelianus. A Cossinius. Curiatia Soteris. T. Curiatius Rupinus. M. Curtius Sporus.	Pas. sect. iii. B. T. iii. Pas. sect. iiii B. T. iii. Pas. sect. iii.	199 xIII. 176 A xxxvII. 121 A 198 xII. ibid.

L. Da-

·			, ,	
	D	, , ,		
L. DASUMEUS OCTAVIANUS.  DRAGONTIUS.		Pas. sect. ml.	pag.t. A	_
	E			
Epicardus. Epictetis. Eutychia. Eutychius Ser.		Pas, sect. ni.	XXXXV.	A A A
	F		·	
FLAVIUS EPICTETUS.  M. FLAVIUS PRIMUS.		Pas. sea. mt. B. T. ml.	xxx. 198 xL. ibid.	
T. FLAVIUS ASIATICUS. T. FLAVIUS SURUS. FONATA PRIMITIVA. FORTUNATA. FUDANIA AGATHEMERIS.	\$	Pas. fe&. III. B. T. III. Pas. fe&. I. B. T. III.	xxviii. ibid. 201 xxviil. xxxxii. 200 xxl.	
	G		-	
C AUGIUS FURINUS.  L. GELLIUS MENANDER.  GELUSIUS.		Pas. fe&. I.  iiI.  iiiI.	xxxxi. xxxxv. 111.	В
	Н			
HERENNIUS EUTYCHES. P. HETERIUS RUFIO. HILARION.		Pas. fect. init.		A A
	I	. , .		
I NGENIANA . Ingenuus .		B. T. 11.	202 XXX. ibid. IUI	L <b>IA</b>

Pas. sect. ml. p. B. T. ml.	
Pas. sect. mi.	200 zvul zrvuil
<b></b>	EXECUTE C
	xxvi. 176 B
	× xxxL
<b>—</b>	exxxviul. C
- ul·	XXXV.
	· · ·
D T	
	199 xuil. Lui.
	201 XXV.
Pas. sect. III.	LVIII.
<b>=</b>	mxi.
B. T. nl.	•
•	ibid.
-	ibid.
•	•
•	
B. nl.	190 A
-	191 C
•	ibid.
Des Centrul	ibid. B
PAS ICM IIII	ibid.
_	ibid.
-	xII.
	executif. A
- til.	xxiii.
	xxxviii].
<b>→ IIII.</b>	smil*
	-
B. T. nI.	169 A
	B. T. III. Pas. fect. III. Pas. fect. III. Pas. fect. III. B. T. III. Pas. fect. III.  T. III. III. III. III. III. IIII.

Octa

١.			
1		7	
٦	ľ	,	

•	U		
O CTAVIA, ALETHIA.		Pas. fect. mil. na	g.L. 🗎 🛕
OCTAVIUS PAPIRIANUS.		Pas. sca. ml. pa B. T. ul.	aoi axvil.
3 2 2			
	n	•	
	P		. St. 1
<b>T</b>			
PAMPELIUS VALENTINUS. PEDIMUS.		B. w.	200 wul.
			, 194 A
Philogrates.		<b>—</b>	121 A
Рносіон		· · · · · · · · · · · · · · · · · · ·	mail.
PLADOMENUS CALAS.		B. T. nl.	200 xzl.
M. Poblicius M. F. Aquila.		<b>—</b>	LI <sub>•/</sub> B
L. Pomponius Valentinus Gemellus.	•		xxxhirl.
P. Publicius Philetus.		В. Т. ш.	197 K
•	. :		
	R	•	
•	11		ì
D			
K ESPECTA.		B. T. nl.	
Restitutus.		Pas. sed mil.	id 🗯 🖓 💝 .
RETINIA QUETA.		B. T. 111.	200 AAHIT
RETINIUS FELICISSIMUS.			ibid.
REVOCATA.			T. Vielling
L. Rufus Corinthus.		•	ni. C
		**	
	S		
	3		
<b>C</b>		•	
AEN. ALVIA		Pas. sea mi.	XXX.
L. SEPTIMULENUS VITALIS.		– nl.	xxvI.
, 2		B. T. ml.	176
T. SEPTUMIUS T. L. CHARITO.		· ·	188 <b>A</b>
C. SERVILIUS APOLLONIANUS.		Pas. sect. in I.	xxvinf.
C. Servilius Proculus.		- -	ibid.
C. SILIUS HEMA.		•	xx.
Q. SILVIUS Sp. F.	•	B. T. nI.	177 A
C. SUBLLIUS T. F. AEMIL.			194 C
Q. SUELLIUS Q. F.		***	ibid.
SER. SULPICIUS TROPHIMUS.		<b>=</b>	190 4
Symiorima.		<b>,</b> ,	201 xxvIII.

TEREN-

	Ţ			
T				•
A TERRITER; HEIPIS!		Pas. sect. mil.	XXXXV.	B.
MIAGNA .		<b>—</b>	ibid.	£ .
A. Terentius Callistus.			ibid.	
Tersinia Pantera.	1	B. T. 11.	167 K	_
THREPTUS.	_	Pas. sect. mil.	nl.	В
Titianus. T. Titisenus Convictorianus.		B. T. 111. Pas. fe& 1111.	184	A
Valentinus.		PAS. ICCL IIII,	xxxI- šbid.	
Trophimus Lib.		<b>~</b> .		_
L. Turpilius dexter.		B. T. 11.	xxxvIII.	C
Turrarbus Firminianus.		Pas. sect. mil.	xxxvII.	A
Turrianus Felix.		- Wo. 1000 1110.	XXXXV.	A
Turselaus Stactus.		, a 💆 😘 💮 💮	XXXXVI.	. <b>B</b>
B. L. H. 11. 127 X.		.73		• •
	V		•	
* *				
M ALERIUS CORVINUS,		Pas. sect. ni.		D
L. VALERIUS EUTYCHIANUS.		= IIII.	XX. L.	B B
C. VARRIUS BURRIUS		B T. III.	199 XV.	, <b>D</b>
C. VARRENE LUCIPER			ibid.	
VESTANA VALENTINA.			ibid.	
T. VETULENUS T. L. ABASCANTUS.		B. T. nl.	176	A
ULPIA SUPERA.		Pas. sea: ihi.	XXX.	
ULPIUS PRIMUS.		-	ibid.	
M. Ulpius Aug. Lib. Nedymus.	4.79	B. T. nl.	176	A
L. Volcaius Cerdo.	C	-	ibid.	-
L. Volceius L. F. Silvester.		-	173	Λ
C. Volusius.		-	168	A
C. Ursulus.		Pas. sect. ml.	EVIL.	
		•		
$-\frac{1}{2}$ .				
$A_{ij}$ , $A_{ij}$				
·	•	of the second	•	
: 	37		Ŧ.	
	N	I $S$ .		

+7172170307

